
NAZIONALE
6
H
12
EMANUELE

~~6-42-f-60~~

6·42·d·46

ANTONII CERRII
SATYRARVM
SCHOLIASTICARVM
Centuriæ Duæ.

Cum triplici Indice.

Eiusdem Carmen De Deiparę Virginis Imagine, & Symbolicis eius nominibus.
Ad S. P. Q. Bononien.







ARIMINI.

Ex Typographia Ioannis Simbenei. MDCVII.
Permissu Superiorum.

I liber, vt circum vendens diapasmata, temnit
Qui se transabiens, quiq; optat lætus adoptans.

ILLVSTRISSIMIS BONONIÆ SENATORIBVS

Antonius Cerrius S.



LLVD *Horatij*, Principibus placuisse viris non vltima laus est, *semper ego feci plurimi. Itaq. cum superioribus annis Carmen de Deiparæ Virginis Imagine à D. Luca picta Vobis Amplissimis Senatoribus dicatū gratum fuisse agnouerim, nunc idem maiori parte auctum de Symbolicis eius nominib. & de summa preclarissimæ Vrbis vestræ religione, & cultu in sanctissimam eam Imaginem cum Prima Satyrarū Scholiasticarum nunc edita Centuria Vobis dicare volui, sperans me felicioribus vestris excitatum auspicijs breui grauiora editurum. Hoc igitur munusculum qualecunq. sit, vt mei in Vos amoris, obseruantiæ, & pietatis pignus, & argumentum certissimum accipiatis rogo; sic Vobis Illustrissimis Senatoribus, & Reip. vestre Augustissimæ à Deo semper ad vota omnia contingant exopto. Valete. Arimini Nonis Septemb. MDCVII.*

INDEX ADHIBITORVM AVCTORVM. QVOTIES

verò correcti, expositi, aut re aliqua notati sint, tertio quæratur indice.

mius Episcopus Argolicensis.
Higinus.
Hippocrates.
Homerus.
Horatius.
Hortensius Lambertus.

I

Iacobus Crucquius.
Iacobus Pontanus.
Iacob' Sãnazarius.
Iamblicus.
Ianus Parrhasius.
Ianus Vitalis.
Iason de Nores.
Ieremias.
Inscriptiones.
Institutio ciuilis.
D. Ioannes.
Ioannes Auratus.
Io. Baptista Marinus.
Io Baptista Pigna.
Io. Britannicus.
Io. Costæus.
Io. Curapaltes.
Io. Damascenus.
Io. Goropius Becanus.
Io. Marius Mattius.
Io. Monachus.
Io Zonaras.
Ioseph Castilio.
Iosephus historic'.
Iosephus Scaliger.
Iouianus Põtanus.
Isaias.
D. Isidorus.
Isocrates.
Iulius Antonius.
Iulius Capitolinus.
Iuli' Firmic' Christianus Auctor, non gerro ille Astrologus.
Iulius Obsequens.
Iulius Pollux.
Iustinus histor.
Iustinus Martyr.
Iustus Lipsius.
Iuuenalis.

L

Lactantius.
Lapides varij.
Latinus Pacatus.
Licophron.
Liuius.
Lucanus.
Lucianus.
Lucilius.
Lucilius Tareus.
Lucretius.
Luctatius.
Luisinus.

M

Macrobius.
Mecenas.
Manilius.
Manlius Chrestus.
M. Antonius Muretus.
Martialis.
Martianus.
Martinus Delrius.
Mathiolius.
Menander.
Mercurius Trimegistus.
Modicius.
Musæus.
Mussonius.
Myrsilius Lesbius.

N

Naeuius.
Nascimbenius.
Natalis de Comitibus.
Nemesianus.
Nicander.
Nicolaus de moribus.
Nicolaus Erithræ'.
Nonius Marcellus.
Nonnus.
Nummi varij.

O

Olaus Magnus.
Olympiodor'
Onufrius Panuinus.
Oppianus.
Orosius.

FINIS.

INDEX SATYRARVM
PRIMAE, ET SECVNDAE
Centuriæ Antonij Cerrij.

Transla-

voto d'o-

Coniectu-

Syllaba-

eafdem

olim

Hasta

Virgi-

Dan-

qui-

INDEX RERVM,

ET VERBORVM, IN QVO C. correctos. D. defensos. ex. expositos. N. notatos, siue reiectos indicat auctores.

Amor

Ari-

Auarus

Bastone

D

De

Hydra

I

Impru-

Iulius

Lumina

N

Nasi

Religio-

Sæuire

Sedentes

Silentium

Theue-

inter

V dicta

V

actio-

præmõſtraſſe indicat. 95 lectio luſtrauitq; viros aſſerta contra Turneb. ibid. quàm familiaris ei epegezeſis à. 97. vſque ad. 108. qua exponuntur magna æquora. 98. cratera corona induit, vina coronant, in menſam lęti libant, laticum libauit honorē, oſcula libauit natę. 99. melior remis. 100. fecere pedē, verſu impellunt. diſtulit vlmos. ſola in acta. comiſſi ludi. ſi, alm⁹ dies. 101. ſi qua pios reſpectāt numina, oculis afflarat honores, primo aſpectu, faces in caſtra tuliſſem 102. ægida concuteret, aurē vellit, ſiluis ſcena coruſcis, pulſatos diuos. calcem calce terit. 103. ſeſe mucrone induat. 104 ſtudijs ignobilis oci cõtra Iac. Põt. ibid. imprudentibus imber obfuit. ignobilis Virbius. nobilis Anſancti valles.

quid veſper ſerus vehat. 105. veſpere ab atro cõſurgũt vēti. Dura quies. Ferre⁹ ſopor. Dat sõnos, adimitq;. lumina morte reſignat, canentia lumina, lábuntur frigida. conduntur natãtia. 106. reſignat lumina. preſſi oculos. claudũtur lumina. 107. affectuũ proſopopeiæ cur in veſtibulo inferorum. 108. inuadunt vrbem ſomno. nec turpi ignoſce ſenectæ. conſanguine⁹ Lethi ſopor. 111. mala mentis gaudia furiæ ad ſolium Iouis. ferrei Eumenidum thalami quid ſignent. Furiæ cur non nupſerint, curq; Plutonem, & Proſerpinã ſteriles faciat. 112. cur vlmũ in veſtibulo, cum alij taxũ ſtatuant. per Gorgones qui. 113. per Harpyas, & Lerneã Hydrã qui. 114. ſtabulari in foribus cur dixit Centauros. exp. Tu nu-

per

per Aeneę. parta meæ Veneri. Dijs genite, & genituræ Deos. 138 & iuncti currũ dominę subiere leones. Phrygias turrita per vrbes. 139. alias inter caput extulit vrbes. 140. Def. qualis vbi hybernam Lyciam cõtra Quintil. 141. Iuli ꝓgenies cæli ventura sub axẽ. Et Dionæi processit Cæsaris astrũ. Tuus iam regnat Apollo. cõt. Turneb. 142. Accipꝰ hęc ter nens arcum intendebat Apollo. patriũ aperitur vertice sidus. exp. ꝑ nũmum. 143. alba solo recubãs capitolia ad alta. 144. Def. effusęq; genis lacrimæ, & vox excidit ore. cont. Iac. Põt. 145. magna mei sub terras ibit imago. animãq; vocabat Anchisæ magni. 146. camini partes delineauit, & periphrasim confecit à 146. vsq; ad 148. in quibus de foco, fornacibus, culminibus, turribus, & domorum tectis exp. villarum culmina procul fumãt cõt. Mazz. 148. de Atlante fulciente cęlũ. 149. æripes ceruа. 150. Def. quòd septem interfectos ceruos dixit in Africa exp. ex etymo cui littus arandũ. 151. ibid. ærea limina, ære nexæ trabes, micat ęreus ensis, ensem collo suspendit eburnũ, nec de ferro egit ꝑ anacronismũ cõt. Mazzon. bellum cũ gente deorum inuictisq; viris dictũ Hydrę spectata natura. Hydram tremefecerit arcu ad diminutionem Græci Herois dictum. 153. Acestem in sagittando victorem cur non fecit, telũq; haud debile dextra spargimus. Missilibꝰ longè. Camillam sagittis non gladio pugnantẽ facit. Extra sidera tellus. 154. vltima Thule. 155.

secunda

lio subnixa resedit. Phlegias oēs admonet. 171. *ignotus egēs.* 174. *Latinus sede sedēs, sedens niueo templi sub culmine Cęsar, per herbā uescentes. nitentes pascere equos.* 177. *flebāt pōtum aspectantes flentes. fatur Tene inquit. fatē ad aurē, Dic ait. compellat honore Vade ait. Qua uictrix redit, pedemq; ex hoste reportat. constitit, & uestigia pressit, ubi Tautotis cum quodam neglectu.* 178. *Siluius Alban⁹. posthuma proles, tibi lōgæuo.* 179. *quē alibi iuuenem facit exp. aliæ panduntur ad uentos, aliis sub gurgite eluitē scelus, aut exuritu igne.* 180. *oscilla suspensa è pinu. Proserpina patrui seruat limē.* 181. *Quem nō incusaui amēs hominumq; Deorumq;. Demētis nomen carminis initio sępe ponit Homeri, & Hesiodi imitatione.* 182. *septem circundabit arces. septima ęstas post Troię excidium vbi indissolubilis solut⁹ nodus cōtra Modicium. Clypei septemplicis orbes, septem surgēs amnib⁹ Gāges.* 183. *quo tpe anni Carthaginē appulit Aeneas indicatum uersu.* 184. *Def. de siderali scientia feminā peritā faciens. à.* 185. *vsque ad* 188. *def. de pastoribus docta afferentibus* 186. *Vsum pyxidis cū magnete ignorasse ueteres ostendit Maro sub Palinuri persona contra Posseuinum, Alciatū, & Piū.* 188. *populata tēpora, trūcæ nares.* 190. *Vlcisci iniurias honestū habitum ostēdit priscis.* 191. *Holocaustū per periphrasim exprimit ibid de intonsa bidente.* 192. *victimas aurata fronte, cretatas, uel nigras adhibebant,*

ton

FINIS.

Quercus cur Ioui Sacra, eaque coronarentur Ciuium Romanorum seruatores. Ad Serenissimum Franciscum Mariam Feltrium de Ruere Vrbini Ducem VI.



VM vulgò iactetur, fortiorem hinnulorum exercitum Leone duce, quàm Leonũ duce hinnulo, imbecillitati, & timori dabis veniam SERENISSIME PRINCEPS, si Cerriũs non aliunde, quàm à Quercu Scholiasticas suas Satyras auspicari voluit: eas enim insito suo vidit cassuras robore, nisi Iouiali tuo roborarentur ROBORE. Huiusmodi enim arbor etsi quercui sit congener: infirma tamen, & corruptioni facilè obnoxia est, non vt istec tua, quæ cum vna prima arborum edita dicatur, reliquas omnes nobilitate longè antecedit, firmitudineque, & diuturnitate superat. Nam quercus Mãbræ, sub qua Abramus quieuit, ad Constantis Cęsaris tempora perdurasse legitur apud D. Isiodorum lib. 17. cap. 7 quos inter annorum penè tria millia intercidernnt; ne dicam vt nisi cæli, aut violenta alia lædatur iniuria, interitus omnino expers esset lignũ; vnde meritò immortalitatis eã ferè esse dixerunt symbolũm. Ideo enim factum crediderim, vt Athenienses suorum sepulchris crium, vel surrectum imponerent robur, quale in Thucididis tumulo agnouit Ammianus, quippe

vt vita functos, immortalitate tamen donatos, & æterna fama vigere ostenderent. Quin cum quercum Ioui sacram multi afferant auctorum, & pręcipuè Maximus Tyrius, qui apud Celtas quercum omnium maximam deligi, & pro Iouis signo haberi solitam testatur, reiq; causam mihi eorum expiscentur, & explicent nulli:nam ex eo quòd olim Romanorum ciuium seruatores quer na donabantur; quòd veluti ex ea arbore fructus victum olim suppeditauit mortalibus, sic ij vitam dederunt ciuibus, colligi non posse video, id ad Iouem vlla in re referendû; cum ille potius docuerit mortale genus, vt neglectis glandibus inquit Maro,

Paulatim sulcis frumenti quæreret herbam.

Itaque penitiorem hanc perscrutatus sum rationem, nec forsan negligendam, vt cum illa, vt ait idem Georg. 2 (etsi aurium aucupio quæ quercus sunt propria, ibi tribuat æsculo.)

Multa virum voluens durando sæcula vincat.

meritò vt æternitatis hyeroglіphicum, Ioui dicata erat, qui ζεὺς à ζωή, vel vita dictus est, vt hinc etiam iure ei data agnoscatur, qui ciui Romano seruasset vitã, cui à Gręcis, & Indis à fortitudine, & robore est nomen inditum, eique roboris, & Iouis ipsius fuisset loco, iuxta vulgatum illud, HOMO HOMINI DEVS.

Quamobrem ne mireris SERENISSIME PRINCEPS, si Certius suæ non nescius infirmitatis: vitæ tamen appetens Iouiali isto, & immortali ROBORE, roborari, & Centurias suas ab eo auspi-

auſpicari, & eodem ſub ſigno quaſi extra caſtra explicare, Teque ſibi, vt alterum Iouem, & ſalutis ſuæ auctorem deligere & parare nititur. Fuit enim illi à teneris hoc animo inſitum, & perpetua voluntate conſeruatum; vt in Te animi propenſione, & beneuolentia fuerit ſingulari, à Teque vno ſua infirma aliquando confirmanda eſſe ſperarit, ſæpiuſque pro re nata huiuſmodi ſpe certa teneri indicarit. Nam

Virtvtem, Imperivm, Vitam, Tvtamen, Honorem,

Robvr, Et Aeternvm Feltria Qvercvs Habet.

Hinc quę Roborea *eſt dono ſtirps edita Diuum*
Roboris ęterni ſpes eſt vt compleat orbes.
Vt tibi noſcenti hęc prorſus data munera cęlo,
Nomine qui fuerat dictus Federicvs Vbaldvs
Ex proauo, atque patre eſt cognomine dictus Ioseph,
Siue incrementum Domini, à Dominoue profectus.
Quare ideo lætus felices Neſtoris annos
Hic felix ſuperans gaudes ſpectare, viciſſim
Non modò pręripiat blandus puer oſcula: verùm
Alcides tanquam ipſa intra cunabula fortis
Fronte ſeuerus adhuc prænunciet eſſe regendis
Se grauibus ſolum Imperijs, & legibus ortum.
Natales quod & ante dies prędixit Olympo
Igne nouo affulgens ſidus noua lumina fundens.
Moxque tibi ſimulatque polo eſt demiſſus ab alto,
Vota per, atque preces populi ſub tegmine Qvercvs
Vſque Feretranae *optantis ſua iura tueri,*
Eſt

ANTONII CERRII
SATYRARVM SCHOLIASTICARVM
CENTVRIA PRIMA.

Satyra quid, præter tritam notionem. Iuuenalis, Horatius, Varro, Petronius, & Martianus Capella expositi. Notatus Gratianus.

Satyra I.



VAE tibi, Candide Lector, dantur Satyræ, in iis quidem non eruditio mira: quomodo enim anser olores referet? libertas quidem, sed non cum sale acerbitas qualem in Lucilio agnoscit Fabius: non enim hæ à ringendo dictæ, vnde Satyros dictos vult Aelianus; nam ad notandos hominum mores non sunt scriptæ, quales habemus Horatij, & Persij; quoniam & si liberè de omnigenum Auctorum scriptis affertur sententia; eo tamen consilio omnia afferuntur, vt veritate elucente magis, magis etiam iuuentur, & edoceantur hæc lecturi; vel ad communem vtilitatem meliora edenda excitentur, non Cerrio interim Cerrio, sed silente, & gratias agente, atque habente maximas. Scriptionis igitur genus est rerum varietate mistum, ducto nomine (vt sensit Hellenius Acron) à satyra cibi, vel lancis genere varijs saporati rebus; quod ignorasse

Videri potest Iacobus Mazzonius in Danthem libro secundo capit. 39. cum reliquis, qui de Satyræ nomine tam multa scripserunt. cum vulgoque putarunt. Satyram solum esse maledicum dicendi genus. Quam tamen miscellam quandam rem esse non ignorauit Gratianus Decreti. part. 1. distin. 11. canon. viij. inquiens Satyra verò lex est, quæ de pluribus simul rebus loquitur: dicta quidem à copia rerum, & quasi à saturitate. *& Acursius explicans illud Iustiniani ad Ioannem præfectum* de libertate Latinorum titubata, & quasi per Satyram inducta. per Satyrã inqt, .i. per varietatẽ nimiã siue diuersitatẽ *quare Iuuenalis.lib.*1.*ver.*85. [voluptas, Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, Gaudia, discursus, nostri farrago libelli est. *& appositè dixit farrago translato ducto à mixtione farris, viciȩ, hordei, & leguminum. Quali farragine cum summa quadam hilaritate conspersas Varronis Menippeas agnoscit Satyras Cicero, admistis multis ex intima philosophia, & dialectica. Et quamuis veteris comœdiæ loco ad vitia carpenda datam agnoscat Horat. idẽ tamen cum per Satyros* populum illecebris, & grata nouitate morandũ *inquit, videtur non accepiße, in quam sententiã illam accepit Aelianus, qui Satyros etiam Silenos à conuiciando dictos aßerit: quæ enim illecebrȩ, & grata in conuiuio nouitas? Nec causa vlla est, quis inquiat, Satyram tantũ cõfici carmine. debereq́ ad Poeticos redigi canones, Ut stultè putarunt multi ducti forsã illo Gratiani in eodem loco.* Vnde Satyram scribere est poemata varia condere, vt Horatij, Iuuenalis, &

lis, & Persij: *sed decipitur cũ præter Menippearũ Varronis fragmenta, Satyricon etiã extet Petronij, & Martianus Capella de Philologiæ suæ libris scripserit,*

Habes senilem Martiane fabulam,
Miscella lusit quam lucernis famine
Satyra Pelasgo, dum docere nititur
Artes creagris vix amicas Atticis.

Nisi legas potius criagris, quod crij dicantur Aeliano, ab insigni marini arietis, quod gestabant; vel quòd crios dicerent asperiores conchas, quas nauticam exercentes legebãt, ut Ariminenses maritimos Trachalos vocat Festus à trachalis superioribus muricũ partibus. Satyræ igiť quasi lances in mensam dantur; ex his quod libet accipe; quod minus sapit, finito degustandum alijs, vel tuas cõdito suauius, nec tamen prorsus omnium expleturus appetentiam.

De Aeneidos principio expenso, à multisq́, indicato, Horatiano carmine hactenus non percepto. De iudicio non ferendo de Poetis ex epygraphe.

Satyra II.

CVM Probus, & ab eo Pompon. Sabinus, & Seruius in Tuccæ cuiusdam commentarijs sextę Aeneidis initium esse inquiant,

Obuertunt pelago proras,

Agnoscimus Bæothum huius Tuccę ingenium non animaduertentis, sic Poetam oblectatum cõiungere reliquos breuiore nexu, hicq́, imitatum Homerum Odyß 6 (ses

Sic quidẽ ille dormiebat multa passus diu⁹ Vlys

Certaremq́, uel pignore, ut idem subueritus turgere ni-

alias carmen illud, Arma, virumque cano *assuit de suo quatuor illa*, Ille ego, qui quondam. *Nam etsi Scaliger in Poeticis, Petrus Nannius in Miscellaneis, & pleriq; omnes recentiores hæc Virgilij fuisse asserant timentis plagiarium aliquem; hincq; ideo simili attestatione clausisse Georgica*,

Carmina, qui lusi pastorum, audaxq; iuuenta
Tytire te patule cecini sub tegmine fagi.

Ego tamen colligens eum M. Licinio Crasso, Cn. Põpeio Magno Coss. natum ann. ab Vr. cond. DCLXXXIII. *agros amissos recuperasse post triumphũ. C. Assinij Pollionis de Parthinis an.* DCCXV. *iisq; temporibus quasdam scripsisse Eclogas decimam præteruectũ trieteridem; Cæsareque, quẽ deinde Augustũ dixere, post Actiacam victoriam ad altum Eufratem (ut ipse inquit) bello fulminante, eum agnoscens quadragenariũ, neq; in fine Georgicorũ de iuuenta ea supra trigesimũ audaciore gloriosius quicquam prædicasse censuerim, & cum supra modũ verecundiore, & modestiore esset natura, iamq; se, & sua in tutum collocasset, apud Romanum populum sic gratiosus, ut uniuersum sibi tanquã Augusto assurgẽtem in theatro viderit, si credimus Tacito, uel quisquis ille fuerit, qui dialogum de Oratore scripsit; eaq; auctoritate apud eundẽ Augustum florens, vt Aeneidẽ efflagitanti denegaret, nõ eo animo unquã elatũ crediderim, vt inflatis buccis insonuerit*, Ille ego, qui quondam. *Neque tam illustri, & excelso loco laude suã constituta, sic animum abiecisse putauerim, vt aliquem fuci similem partos sibi nectareos thesauros & in Augusti principis terrarũ orbis sinu sæpe reconditos subrepturum timens à Parthenia ea vere-*

cundia aliena iactabundus prædicarit,

Ille ego, qui quondam. *Sed potius, quale grauissimum decebat opus, exordium fecerit,*

Arma, virumq; cano, *Quod & reliqui poetæ omnes sunt imitati, hodieq; imitantur. Quod ut verissimum credam, hoc etiam facit, quòd nulli veterum interpretum ne verbum quidem illorum quatuor carminũ exposuerũt, aut meminerunt,* & Arma virum, *vulgatum esse operis initium, multi testantur veterũ poetarũ: sic Martialis,*

Protinus Italiam concepit, & Arma, virumq;

& Ne nugis positis Arma, virumq; legas.

Propert. Qui nũc Aeneæ Troiani suscitat Arma.

Politian. canit Arma, virumq; Virgilius

& Seu siluas, seu rura canit, siue Arma, virũq;

Ouid. Et tamen ille tuę felix Aeneidos auctor

Contulit in Tyrios Arma, virumq; toros.

& Iouian. Pontan. libro primo Eridan.

Dum profugum Aeneã, dum canit arma, virum.

Hocq; decantatum operis initium ostendit Ausonius de infausto matrimonio Grammatici, (tus

Arma, virumq; canens, atq. Arma virumq. peri-

Non duxi vxorem, sed magis Arma, virum.

& Flauius Vegetius lib. 2. Ars militaris [sicut Latinorũ egregius auctor carminis sui testatur exordio] Armis constat, & viris; *& Persius eos culpãs, qui lasciuis dũtaxat, & ad libidinẽ paratis delectãtur paginis, Aeneida ppõnẽs omni exceptione maius opus, inq̃t,*

Arma virũ? nõ ne hoc spumosũ, & cortice pingui

Vt ramale vetus vegrandi subere coctum?

Quod tamen inquit ironicos, vt censet ibi Aurelius Cornutus,

nutus, vel potius, vt reor, auditorem sibi respondentem inducit. Quare ei subirascens addit,

Quid igitur tenerum & laxa ceruice legendum?

quanquam Sebast. Corradus Persij locum non percipiens inquit, vt si Arma, virum esset initium, vereretur, ne verè hoc Persij dici posset, vt item illud Horatij de Cyclico scriptore.

Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum,

Cui concinit Iacob. Pontan. Symbolarum initio ad primam Aeneidem inquiens, exordium heroici poetę non esse debere par, ac simile reliquo contextui sed aliquantò siccius, demissius, ac simplicius, à quo omnis ingenij, & doctrinę ostentatio; omnis grãditas, nimius, & exquisitior cultus absit, in quo Cyclicũ poetã castigat Horati°, Homerumque cõtra laudat. *Verùm hic certe cum omnibus, de quibus sentit, vt etiam omnes, quos adhuc videre licuit, Hellenius Acron, Achilles Statius, Aldus Iunior, Christofor Landin Colon. Dionys. Lambin. Luisinus. Iacob. Crucq. Ianus Parrhas. Ias. de Nores. Ioan. Baptista Pigna, Io. Britann. P. Cubotius, Philipp. Pedemontanus. Porphirio, Riccobonus, Robortellus, Sebast. Corradus, Vitus Arbermachius, & Vincent. Madius Horatij carmen* Fortunam Priami cantabo, & nobile bellũ *non percipiunt, nec bene expendunt. Non enim Horatius Cyclicum scriptorem culpat, quòd grauiore, & altiore in eo, quod ad litterarũ sonum attinet, vsus sit operis exordio, vel exquisitiorẽ quendã cultũ, & nimiũ adhibuerit, vt videtur ibi agnoscere Iacob. Pontanus, cũ omnino in eo cultus sit nullus. & exornatio nulla : quid enim po-*

pulare,

pulare, & plebeium magis? non ne ipse poeta ibi se ipsum explicat, cur culparit; addens,

Quid dignũ tanto feret hic promissor hiatu?

& paulo infra simul ac Homerum laudauit, eandem affert rationem, quòd non largiora promisserit, inquiens,

Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo,
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri.

Quod fecit Iulius Antonius, ut ait Hellenius Acron, qui Diomedis vitam duodecim libris conscripsit, & Gordianus, qui apud Iulium Capitolinum in tribus Gordianis triginta libris Antonini Pij, & Antonini Marci vitam carminibus descripsit, Antoniadaq; appellauit. Agnouit Horatij sententiam Anticlaudianus pessimum quendam culpans poetam, qui res gestas Alexandri aggressus est: ait enim Priami fortunas intonat ille
Mæuius in cœlis audens os ponere mutum,
Gesta ducis Macedum.

Tu vide Papiniũ, Lucanũ, Siliũ, & inter nostros Ariostũ ad quod albũ referas. Torquat. Tass. nostra memoria felicibus auspicijs illa affert totũ se ad Virgiliũ suũ effingens,

Io canto l'armi, e'l Caualier sourano,
Che tolse il giogo alla città di Christo.

Nam de ijs, quorum hodie scripta non extant, qui iudicium ex operum epigraphe se ferre posse sibi persuadẽt, mihi certè id nunquam suaserint. Colligit Iacob. Mazz. in Danthis comœdiã lib.3.cap.60. multos, quos errati arguit, ꝑ actionẽ vnã non sint imitati, & fabulã vnã, sed tamen quorũ argumenta locupleti teste non afferũtur, aut hodie non spectãtur, qui iure culpari ex operis inscriptione possint, nõ video: non.n. acquiesco, vt Panyasin culpet,

qui Heracleida scripsit, atque in quatuordecim digessit, libros, sed si ex Scholiaste Aristophanis eum omnia Herculis praeclara facinora recensuisse referat. cũ ex Aristotelis sententia non satis sit, Unus sit heros, sed vnica tantum eius actio recenseatur: non enim sub idem genus cadere possunt vitia, & virtutes, Aeneae actionem vnam sibi proposuit summus poeta, vt vir insigni pietate praeditus, reliquijs Troiae ex ardente receptis, in Italiamque translatis mansuram perpetuò urbem reponeret. Itaque nusquam ille mihi eum Argos attrahit dolo malo cum Paride Helenam, & eius affines cum thesauro subripientem, Tyrùmue appulsum interfecto rege omnia depraedatum, ut Dictis Cretensis testatur, demumque patriam cũ Antenore hosti prodidisse canit, etsi ex Darete habeamus, Impius Aeneas, & tantis conscius ausis.
Haec enim heroem haud decent, & sub genere vitij cadũt; cum contra omnia, quę noster retulit, ad illius attineant pietatem, & sub uirtutis genere meritò recenseantur. Itaque cum idem Mazzonius ex his Ouidij verbis,

Trinacriusque suę Perseidos auctor,

colligit poetam eum culpandum, quòd Persei res gestas scripsit, mihi hoc solo nomine non probatur: nam si Homeri hodie Odyssea, & Virgilij periisset Aeneis, tantumquè de operum inscriptione extarent testes, vt de Homero hi versus Horatij.

Troiani belli scriptorem maxime Lolli,
Dum tu declamas Romae Praeneste relegi,

& de Aeneide Virgilij epistola ad Augustum apud Symachum, & alios. Aeneam quidem meum, si dignum auribus tuis haberem, ad te mitterem *an*

ille mihi

ille mihi persuaderet, ab Homero, quęcunque circa Ilium gesta sunt, fuisse scripta, actionesque plurimas pro vna relatas, Aeneaque vitam Virgiliano conscriptam carmine? Expendantur igitur poetæ non ex lemmate, aut inscriptione solum, vt Lucanus apud Martialem se à quibusdam poetam non haberi dolet, sed ex præmisso insigni titulo à bibliopola.

Sunt qui iam qui me dicunt non esse poetam,
Sed qui me vendit bibliopola putat.

Verùm de iis potius feratur iudicium ex opere integro bene perspecto, nec extra poeticas fores quinquaginta, aut plures poetę eliminentur, aut quasi in eundem sacculum à Mazzonio coniecti vellicentur, & verberentur, ipsiusque poetæ carmen,

Arma, virumq; cano, Troię qui primus ab oris

graue esse, Ut tanti operis decet exordium, & non turgidum, Uel ex ipso litterarum sono agnoscatur. Nam si vera sunt, quæ de litterarum sono notat Scaliger in Poeticis; quamuis ipse etiam ab Ille ego inchoandum dicat. A. & O. grandisonæ litterę biulco ore pronunciatæ sunt in ipso septem, V, Q. obscuræ: L exilis: E, mediocris, R aspera, P. firma: B. non mutans orationē: M. ita muta, ut nō nisi pressis labris pronunciari possit. In C obscurus est sonus, in S. sibilus, vel spiritus; ita vt grandisonis constet septem, asperis quinque, firma vna, sibilantibus duabus, Quę omnes summam litterarum granditatem facientium conficiunt quindecim; Ut ex altera parte obscuris constat sex, una orationem non mutante, exilibus quinque pressis labris pronunciatis tribus: pressi soni duabus, totidem mediocribus; ita ut ad exiguitatem spectantes numero sint undeuiginti; ad

ginti;ad granditatem quindecim. Quod si quæris, quomodo etiam inter se subeant, & cohæreant, rem habebis expressiorem: nam in Arma virumque cano granditas est. in, Troiæ qui primus deductio ad æquabile, In aboris est ad eandem granditatem reditus. Ita vt grauis sit, & temperatus, & tantum decens exordium, & opus. ne etiam dissimulem, ut cum Aristoteles in Poeticis numerorum omnium stabilissimum, atque turgidissimum heroicum accipiat, culpæ etiam nullius est affinis, cum præsertim ex persona poetę afferatur, qui sua ornare potest elegantius, quasi ex tripode loquens, & expolitius, quàm si ex aliena persona afferret, sic immitationi addictus, vt personę decorũ seruare magis cogeretur.

Ingemere quatenus permissum viro forti. Aristoteles expositus, sepulturæ honorem quanti fecerint veteres, & quare. Lectio Liuij immutata ex coniectura. Lucum propriè Dianę esse.

Satyra III.

QVONIAM sapienti nunquam timendum, nunquamque dolendum censuerunt Stoici, hinc sępe aliqui stulti nomen ferunt illacrymaße, & indoluisse dicti: ideo enim apud M. Tullium in Tuscul. multi illa obijciunt, Ne ingemiscit quidem vir fortis, nisi tanquam cursor in stadio, vt se acrius intendat ad cursum, quare illa sunt apud eundem sub Herculis persona ex Sophocle,

Heu virginalem me ore ploratum edere,
Quem vidit nemo vlli ingemiscentem malo.

Sic fe-

Sic feminata virtus afflicta occidit? *& idem apud Senecam in Hercule Oeteo*

Vnde iste fletus? vnde in has lacrymæ genas?
Inuictus olim vultus, & nunquam malis
Lacrymans suis præbere consuetus [pudor]
Iam flere didicit! quis dies fletum Herculis
Quę terra vidit? siccus ęrūnas tuli. [*& paulo post*
Flentem, gementem, summi prò rector poli
Me terra vidit? quodque me torquet magis,
Nouerca vidit? *& scena subsequenti*
Si me catenis horridus vinctum suis
Præberet auidæ Caucasus volucri dapem
Scythia gemente flebilis gemitus mihi
Non extitisset. *Vnde illud colligit idem*

Cicero, fletu muliebri viro nil turpius. *Quare Aristoteles in Poeticis culpat eiulantem apud Homerum Vlyssem in Scylla, non ille quidem sibi repugnans, ut quidam male sensit simius, quòd idem scribit in Ethicis fortem virum in eo non agnosci, quòd fortiter ferat mortem, quę in freto accidit; sed eam, quę fit in bello omnium pulcherrima; qualem vocauit ante etiam Thucidides lib. 2. nam sugillat ille quidem Homerum, quòd heroi suo dederit illam non virilem (diceret Horatius) eiulationem; non autem in eo culpat, ut mortem ingemuerit sicut forti ingemiscere licet. vti non culpandus est Aeneas ingemiscens lib. 1. non mortem inquit Seruius; sed mortis genus, sepulturæ honore se cassurum, & fortis dextra non periturum videns, quod vtrunque plurimi fecerunt veteres; ideo enim Achilles Xanthi uorticibus se obruendum uidens sic de matre queritur,*

Hectoris

Hectoris vt fortis fortem me perdere dextra
Deberet; sed fata capi me morte molesta
Amne volunt circumplicitũ,similéq;bubulco.

Quem imitatus Papinianus Hippomedon,

Fluuione [pudet] Mars inclyte merges
Hãc animam?sequesq lacus, ac stagna subibo;
Ceu pecoris custos subiti torrentis iniquis
Interceptus aquis? adeò ne occumbere ferro
Non merui? *Sepulturam uerò quanti fecerint, patet non solum ex Vlysse ipso apud Homerum sic dolente, Sed ad Troiam perijssem,*

Inferias mihi tum Danai, tumulũq. dedissent:

vt flet Laertes, quòd eodem honore filium cassurum censet, & apud eundem senex Priamus noctuabundus solus ad Achillis tentorium accessit, cadauer filij Hectoris repetens, ne sepulturæ honore careret. Quin apud Euripidẽ nulla alia causa bellum Thebanis à Theseo illatum est, nisi quòd Creon Argiuorum cadauera sepeliri vetuerat, illeque ea sepulturæ honore carere nolebat. & apud Sophoclem præter Antigones argumentum in hoc versans (quòd illa cum sepelisset Etheoclem fratrem, humi defossa viuens est) Aiax etiam gladio se transuerberaturus optat ab aliquo de eius obitu nuncium afferri fratri Teucro, ne sepulturæ honore orbatus iaceret. Sicq. apud Homerum, & Q. Calabrum ingens semper miscetur prœlium circa cadauera ad huiusmodi sepulturę honorem vita functis impertiendum. Quod quippe insepultos Stygiam paludẽ tranare non posse existimarent: ut non modo ex Virgil. agnoscitur, qui insepultos centũ annos errare canit, sed ex ipso etiam Euripide in Medea, vbi sic dolet Iason.

Indefleta,

Indefleta, & insepulta pererrant
Cis ripam, Stygiumque fluentum
Natorum simulacra. *vt mirum sit minus, Aeneam Palinuri mortem illacrymasse: nam quanquam Teles apud Stobeum lib. de imperturbatione* vanissimum esse inquit amico mortuo sedere aliquem flentem, & tristantem, cũ oporteret, ut aliquis sapientior videretur, apud homines stupidos mortem amici non fletu prosequi; sed cogitare illum natum mortalem, & hominem: *tamen illud Homeri etiam non negligendum est. Odyß. 4.* Illum nec enim reprendere fas est, qui mortuum fleat, cum solus honos is sequatur mortales, vt defleantur; *tumque præsertim, adderem, cum periissent naufragio: quoniam animam, quam plerique igneæ naturę esse sibi persuadebant, contrario elemento extingui arbitrabantur, quod non dissimulauit Seruius ad Virgilij locum de ingemiscente Aenea, idemq; obseruat ex Homero Synesius epist. 5. Quamobrem Alexander Aetholus quendam in puteum se deiecisse scribens, ne anima extingueretur, fune supereminens aqua sustinuisse ait collum,*

Infelix vndas tumulum sortitus, at ipsum
Collum fune ligans huic comes Orcum adijt.

Quibus addere potes, insepultum relinquere impium habitum, idq; negligentem nullis, inquit Horatius, resoluendum piaculis; ideò enim apud Herodotum lib. 1. Orestis ossa suam in sedem referenda moniti sunt pestilentia Argiui, vt Erigones, & Icari quærenda ossa pestilentia admoniti sunt Athenienses, vt & Lucani idem facere coacti sunt ob insepultum relictum Palinurum. Quamobrem non mi-

non mirum est, vt Galli Boij etsi in L. Posthumium Albinum III. *consulem sæuissent, eius amputato capite, caluaq; auro cælata, & pro sacro Vase in solemnibus adhibita, duas tamen illius legiones repentino contritas collapsu earum, quas in silua dextra, leuaque circa uiam ita inciderant arbores, ut immotæ starent, momentoque leui impulsæ corruerent, communi tumulo condendas uel curarint, vel permiserint, qui locus hodie etiam ideo dicitur Tomba: distat enim nõ procul à Lugo florentissimo, & præcipuo Aemyliæ oppido, quod ab eodem illo cæso luco nomen mutuatum censeo, de quo Liuius lib.* 33. *superiora, & hæc.* Silua erat vasta, Galli Litanam vocant. *forsan à* λιτανεία *deducẽtes: à supplicatione quippe, & sacrificijs, quę ibi Dianæ fiebant. vel à Litath Arabica voce.i.maledictione, quòd ibi se Dianę deuouerẽt: nam ideo postea sacra hæc silua à Latinis Lucus dicta est, atque adeo Dianæ lucus. Nã veluti montiũ iuga sacra erãt Ioui, prata verò Iunoni, ut Scholiast. Eurip. nemora tamẽ pręcipuè dicata erãt Dianæ, quare Horat. ode.* 22. *lib.* 3.
Montium custos, nemorumque virgo. *& Virg. Aen.* 9. Astrorũ decus, & nemorũ Latonia custos *& Statius lib.* 4. *Thebaid. post descriptionem siluę.*
Nec caret vmbra Deo: nemori Latonia cultrix
Additur. *& Catull. carmine sęculari*

Montium domina vt fores,
Siluarumque virentium,
Saltuumque reconditorum,
Amniumque sonantium. *& Hor. ode.* 21. *lib.* 1.
Vos lętam fluuijs, & nemorum coma
Dianam teneræ dicite virgines.

quare

quare etiã apud poetam lib. 1. Aen per iuga Cynthi Graditur. *ne sileam, vt luci etiam nomen retinere potuit in gratiam eorundem defunctorum militum, quòd luci etiam cineribus mortuorum consecrarentur, & seruarentur inc ędui, ut obseruauit etiam Valla lib.* 4 *quod afferam illo Virgilij lib.* 5. *Aen.* tumuloque sacerdos, Ac lucus latè sacer additur Anchisæo. *quanquam subsecutis etiam temporibus per eandẽ siluam iter habens. D. Valeria D Vitalis vxor DD. Geruasij, & Protasij mater flagris malè accepta fuit, quòd nõ Dianæ, sed vero Deo sacrificandum esse persuadere conabatur.*

Quo modo dignoscendum per synecdochen, an per metaphoram quid dicatur, in quo recessum ab Aristotele, purpurei olores non bene expositi Lambino, Passeratio, & alijs. Nix purpurea atra. Purpureus Aspalthus Dioscoridi. Medorus Aethiops cur albis genis, & aureis crinib. Ariosto, Aurea mulier, & vox. Saty. IV.

QVAEDAM *interdũ apud auctores per metaphorã, quædã verò per synecdochẽ dicta nos delectãt, sed hęc interstinguere non inutile est, nec cuiq; facile: nam etsi Aristoteles in Poeticis metaphorę omnia subiecit, latiore tamen via id fecit potius, quàm re vera ad eam omnino cuncta reuocari possint. Neq; verò hic me aliquis temeritatis, aut arrogantiæ arguat si veritati potius, quàm ipsi omniscio adhęream magistro: id enim facio ab eo edoctus Moral.* 1. *vbi rectum, & necessarium inquit pro veritate sua quoq; propria refutare.* Nã licet, inquit, ami-

eos inter sit iudicandum: sanctum tamen est, veritatem ipsis in honore anteponere. *In metaphora igitur necessaria omninò est similitudo, & proportio, ut res in alienum locum tanquam in suum deducta, & non irruisse videatur; cum contra in synecdoche satis sit species queuis pro genere, & quoduis genus pro specie. Palam id faciamus Virgilianis carminibus de Amello,*

Namq. vno ingentem tollit de cespite siluam,
Aureus ipse, sed in folijs, quę plurima circum
Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ.

Aureum dixit per metaphoram: nam qua pars in meditullio est, auri colorem imitatur, ut aurea mala vocauit in Bucolicis vel prematura Cydonea, vti Galenus mala Medica lib. 7. Simplic. aurea dixit Citria; vel ea mala sint Aurantia, quę dicimus ideo Aranci. Purpuram verò nigrę violæ similem appellauit nitorem eum foliorum, vti etiam nitorem eum in albo Narcisso vocauit purpuram,

Pro molli viola, pro purpureo Narcisso.

vides enim per synecdochen non proportione omni seruata, & similitudine satis habuisse speciem eam prestantia pulchritudinis, quę emicat in purpureo, pro toto genere pulchritudinis usurpasse: nā sic etiā lilia vocauit purpurea lib. 6. Manib⁹ date lilia plenis, Purpureos spargā flores. *i. pulchros, & si quidam rosas accipiant. Sic & Dioscorides lib. 1. Aspalthum nigerrimū bitumen colorem habere dixit splendidum purpuræ in morem: purpureum scilicet uocans illud splendens, quod multis coloribus esse potest, dicimus nos Itali,* di bel lustro. *Sic Hor. nitor ille, qui ex Cygnorū candore oritur, cōsideratus animū exciuit, ut ille uocaret purpureos,* Purpureis ales

oloribus,

oloribus. Quod si hac lance expendisset Dionys. Lambin. non visa fuisset vnquam lectio purpureis incpta, corrupta, & insolens prorsus: neq; ea solum ratione ei assensissent non immutandam Germanus Valens, Turneb. Ioann. Auratus, Passeratius, & Iosephus Scaliger, quod purpura instrati, & purpureis habenis aurigati esse potuerint. neq; ibidem Passeratius pro pulchris positos negaret, sed quòd, vt Catullus Cupidini tunicam crocinam attribuit,

Quam circumcursans huc, illuc sæpe Cupido
Fulgebat crocina candidus in tunica;

Sic etiam illi purpurei dicuntur, quòd similem colorem inde contrahere possunt. nam vt illi hoc non denego, sic profectò, ni fallor, illud Albinouani ad Liuiam,

Purpurea sub niue terra latet,

haud vnquam eò attrahet, vt miniatam antea terram dicat, quàm niue conspersa esset; vt in Armeniæ montibus accidere refert Eustathius siuè vt candida nix ex purpureo super iniecto stragulo colorem eum contraxisset: sed purpuream dixit, quoniam ex illius candore splendor reflectitur, qui oculorū aciem præstinguit, quæ tamen si ex plano spectabitur, nigra apparebit, particularū, & corpusculorū causa vmbrā, dum dissita spectātur, facientium: vnde illa sunt Ciceronis. Risi Niuem atrā: nam pro situs diuersitate diuersę intuenti referūtur imagines. Interea & hoc interserā, cū sola purpura ostrū dicta Agellio li. 2. cap. 26. illustretur splendore, quo alia quęuis caret, ab huius luce quāuis aliū splendentē colorē purpureū dici metaphoricos. Quamobrem ante hos Simonides aureum illum arietem aliquando candidum, aliquando verò vocat purpureum, & Græcis plurimis albus color purpureus appellatur.

Itaque, etsi Varroni lib. IV *de ling. lat purpura sit à purpuræ maritimæ colore; arridet mihi tamen magis Isidori sententia, Ut sit à lucis puritate. Qua ratione Trebellius Pollio dixit. Chlamydes veri luminis limbatas duas. & Flauius Vopiscus in Carino lineas micantes purpura appellauit. & Aelius Lampridius in Alex. Seuero ideò chlamydem vocauit clarissimam. Et Euripides animaduertens, quòd verberata, quæ attollitur vnda, ex parte altera splendet, scripsit in Troadibus. Quæ ad sacrum Ilium venis per mare purpureum, quem secutus Maro.*

In mare purpureum violentior influit amnis.

per eandem synecdochen aureum est pro pulchro.

Horatius Qui nunc te fruitur credulus aurea,

Virgil. at non Venus aurea cõtra Pauca refert.

Si enim auream per metaphoram dictam acciperes, in qua spectatur similitudo, pallidam exponeres necesse esset, vt illud Senecæ in Hyppol.

Per has senectę splendidas supplex comas.

id est canas, argentum referentes, vt apud Martialem,

Et facies multo splendeat alba pilo. *Et illa*

Aurea frons erat argento consperſa nitenti,

Quiq. ebur ante fuit dés, auro adsperſus, & ostro.

Quæ Italicè diceremus

Pallida fronte di canuti asperſa,

Già è'l bianco dente, hor sanguinoso, e giallo.

Cesar verò Rinaldus, qui dixit suis in poematijs.

Vn'aurea voce. *vocis præstantiam expressit, auri spectato precio, non autem sonore: nam hunc quidem dant æri, vt apud Homerum, & Politianum, vox ærea, & apud nostrum ferrea. Pectusq. illud æreum in symbolico*

bolico signo Nabucdonosori Græcum Imperium indicare scripsit Theodoretus, quo scientiæ resonuerunt. nam alioqui Plutarchus Symposiorum VIII. *quæst.* III *de ipsis uerò corporibus aurum, & lapis ob densitatem exiles sonos, & obscuros edunt, vocesq; in iis celeriter extinguuntur. Aurea verò tecta Cumæi Apollinis vocauit Vir. lib. 6. vel aurata, ut alibi dependent lycni laquearibus aureis, vel per eandem Synecdochen pulchra; vel trāstulit ex Phœnicia, vt cum lib.* IV. *oraculum Aeneæ datum Lycias vocauit sortes: in Lyciam enim non accessit, nisi subintelligas, vt morem templi Matris Deum, quod precibus recludebatur, ad idem Cumæum templum transtulit. cessas in vota precesq; Tros ait Aenea Cessas: neq; enim ante dehiscent Attonitæ magna ora domus. Sic à Gehenna valle iuxta murum Hierusalem Idolis olim consecrata, cadaueribusq;, & Charoneis plena apud sacros auctores locus dicitur ignis, & sulphuris apud inferos, vt Isidor lib.* XIV. *originum extremo, vt à Baratro loco profundissimo Athenis transtulit: poeta profundam Carybdis voraginem. atq; imo baratri ter gurgite vasto Sorbet in abruptum fluctus. Quoniam igitur in Phœnicia aureis lamnis, & radiantibus lapillis Apollini conspicuum templum erat, vt auctor, nobis est Herodianus lib.* V. *ideò etiam Apollini Cumæi aureum templum dixit.*

Per eandem synecdochen apud Virgilium, Horatium, & alios flauum pro pulchro leges: sic enim illa sunt.

Horat. Vidimus flauum Tyberim. &
Nec villa flauus quam Tyberis lauit.
Et Virg. Ille suo cum gurgite flauo.

Sic & per eandem exornationem candidum pro pulchro

legis in Bucolicis. Candidus insuetum miratur limen olympi Daphnis. sicq; Iuno apud Homerum sæpe alba ulnas dicitur, vt & aliæ deæ, & Hercules etiamsi Melampygus esset, pulcher dicitur lib. septimo. satus Hercule pulcro. vt mireris minus Medorum Aethiopem dictum ab Ariosto albis, & viuidis genis, aureisq; crinibus.

Medoro hauea la faccia colorita,
E bianca, e grata nel' età nouella,
E fra la gente a quella impresa vscita
Non era faccia più gioconda, e bella.
Occhi hauea neri, e chioma crespa d'oro,
Angel parea di quei del sommo Choro.

Nam alioquin, & si Aristoteli qualc accessionem, & deminutionem recipiat: Aetiopes tamen, qui Nigri cognomento appellantur, quiq; præ nimia exustione, & supernatante calore, inquit Alexander Aphrodiseus, arefacto etiam sunt capillo (vt apud Strabonem obseruat Theodectes) aureis crinibus confingere, & albis genis duriusculum adhuc uideri posset non contemplato, quos quasi antesignanos per hanc synecdochen habuit purpureos narcissos Virgilianos, & pulcrum Herculem Melampigum: agnoscens enim quæ pulcra habentur Aetiopas inter, splendidum nempe colorem purpuræ in morem nigrore in eo enitentem, non satis aptè se persuadere posse pulcra esse penes nos, qui humano in corpore non nigra, & arefacta; sed candida, & flaua pulcra iudicamus, sic huiusmodi afflatos primi aspectus honores (vt Virgilianis vtar verbis) suo affinxit Medoro per quandam analogiam pulchri considerati à nobis nihil dubitans, quin, ut hæc semper pulcherrima in nobis iudicantur, sic nitentia illa, & arefa-

cta

cta in Aetiope speciosissima habeantur. Vel dicendum, eum non Aetiopem propriè, vel Nigrum fuisse, qualis Memnon Virgilianus & Nigri Memnonis arma. quales Nigri apud Hesiodum: dū Supra Nigros hōmines, Nigrumq; populum transeuntem inquit solem uenire ad Grecos; quidam enim etiā Homero ad occasum solis, quidam ad ortum sunt, de quorum diuisione multa Strabo lib. 1. Orientales enim Aegyptū, Occidentales Atlanticum spectant, quos Mauros dicunt in Africa, vel Maurisios, de quibus Maro Aeneid. IV.

cui Maurusia pictis gens epulata toris. quos cinganos hodie apellari coniectatio eruditorum est, inquit Cælius, cum presertim sub Africano rege mereret Medorus. horum enim aliquos cum apud nos videamus à nobis viuido colore parum absimiles, agnoscimus in his amplissimum locum esse quali Aristoteleo accessionem, & diminutionem faciendi. sic q; non absurdum videbitur, quod refert Suetonius de Augusto ludente cum pueris, quos facie, & garrulitate amabiles vndiq; conquirebat, præcipue Mauros, & Syros. Africanosq; fusco fuisse colore, atq; eosdem cum Cinganis docet Moreti auctor.

Interea clamat Cybale, hæc erat vnica custos
Afra genus, tota patriam testante figura;
Tosta comam (*sic enim lego, non Torta*) labroq;
tumens, & fusca colore.

Inmi-

Immittere habenas quid, contra Cari, Seruij, Pij, & Mazzonij sententiam. Nauis Elephas, Equus, Currus. Inter frenum, & clauum similitudo.

Satyra. V.

VErba, cum multiplicis sint notionis, alij in aliam sæpe distrahunt sententiam. Immittere quoniam sæpe significat laxare. vt Aen. 8. laxos iam iamq; immittere funes. & velisq; immitte rudentes. & Vetus poeta apud Macrobium. Hac quà sol vagus igneas habenas immittit propius, iugatq; terræ. Annibal Carus illud Aen. VI. Clafsiq. immittit habenas, vertit.

E nauigando
Di Cuma in ver l'Euboica riuiera
Si spinse à tutto corso.

Sed tamen cum amisso gubernaculo fluitaret prætoria hęc nauis, quam per synecdochen classem dixit; quomodo quibusuis rudentibus immissis, & laxatis ferri posset, non video: quæ enim aliqua parte mutilatę sunt, ab alijs trahuntur potius religatæ, quàm ipsę cęteras præcurrere queant, iuxtà illud Liuij lib. 21. de bello Pun. Naues omnes, quę perfregerant proras, littore illisas, religatas puppibus in altum extraxere, quod Veneti dicunt remurchiare.

Pius verò Bononiensis notum non ignorans, vt immittere est intus etiam mittere, explicans illud Valerij Flacci lib I. volat immifsis caua pinus habenis, *id factum asserens habenas, & funes intra nauem immittendo, quod fit, cum è portu soluit nauis: anchoræ enim, retinacula, & huiusmodi reliqua instrumenta nautica, quæ nauim moderantur à discendentibus in naui reponi*

solent,

solent, eiq; conuenire ait illud Maronianum lib. VI. *Aen. Classiq; immittit habenas, cui etsi assentitur Mazz. in Dant. lib. 1. cap. 62 quo tamen iudicio id faciat, non video: non enim poeta agit de Aenea soluente à portu, sed longius ab eo prouecto, simul ac soluit è Sicilia, Syreniosq; iam transabijt scopulos. Qua eadem ratione neq; etiam Seruius prudenter agit, rudentes velis regendis accomodatos inquiens, cum supra sit,*
Neptunus ventis impleuit vela secundis.
Aeneasq; iussit Omnes attolli malos, quare
Vna omnes fecere pedem, parireŕq. sinistros
Nunc dextros soluere sinus, *ideoq; ferebatur* cita gurgite classis, *& Palinuro dictum est.*
Palinure ferunt sua flamina classem.
Itaq; cum immittere sit etiam inijcere, vt immisitq; fugam Teucris, turpemq; timorem. inquiatq; Pierius Hieroglificorum lib. 48. sua memoria placuisse quibusdam habenas hoc in loco clauum significare, quod nec reiecit Modicius, sic rationem, & explicationem, ijs silentibus, astruerem, Cum gubernaculum secum traxisset in vndas cadens Palinurus, cum tanti id faciendum sit, vt eo reuulso puppis partem reuulsam supra dixerit poeta, Aeneas prætoriæ naui, ad quam reliquæ erant cursum contendere iussæ, alterum immisit, & aptauit; secus enim non rexisset, etsi per histeron proteron præmiserit lib. 5. extremo. Ipse ratem nocturnis rexit in Vndis. Vel certè alia ratione id præstitit, quod etiam nostri hodie faciunt nautæ, quodq; agendi rationem non ignorasse credibile est, cum etiam lib. X. Clauũq. regat, velisq. ministret. *Antennæ enim posteriorem partem solutam supra puppim*

ita alligant, ut pars illius ima fretum verrat, claui loco, miluianę caudæ similis. vnde claui conficiendi, & nauigandi rationem primum traditam vult Plinius; & si Seneca, & Possidonius dicant à piscibus. Quæ antenna duplici habena (sic enim etiam hodie nautę dicunt) à læua, & dextra extensa regitur, summa lacertorum vi, nunc attracta à dextra, nunc remissa, & laxata à sinistra. sic igitur dixit immissas habenas, & elaganti quidem metaphora ab animali ad inanimum: nam veluti freno reprimuntur, & reguntur equi, sic clauo nauis, quem ideo etiam gubernaculum dixere; hincq; meritò apud Gyraldum lib. de Nauigijs quidam dixerunt se nauibus vti, tanquã aquatico elephanto, quem suis frenis moderarentur. & apud Plautum in Rudente leges. Nempe equo ligneo per vias cæruleas estis uectę. Et Varro Marcipore apud Nonium, quã nautici equisones per uiã conducerent caro: & per eandem catacresim Catullus,

Ipsa leui fecit volitantem flamine currum,

Et Senica in Medea, Typhin nouã frenare docuisti ratem Quin tanta clauo affinitas est cum freno, vt in Fortunæ manu, quę in his humanis rebus dominari stultè nimis credita est, nonnulli frenum statuerint, & multi etiam indiferenti ratione nauis gubernaculũ; vt in nummis Traiani, Adriani, & Antonini Pij. Et apud Pausaniam lib. 7. Equorum, turritarum, & uelatarũ nauium Neptumnus dicitur auctor. Cum enim inuenisset, quomodo terra uehi possemus, excogitauit etiam, qua ratione nõ minus commodè aqua ueheremur. Et demum sententiam nostram, vt habenas pro clauo dixerit, munit Seneca, qui in Medea de Typhi gubernatore Argus nauis agens inquit,

Palluit

Palluit audax Tiphis, & omnes
Labente manu misit habenas.

Inhibeo quid sit, & obuerterent cur pelago proras nautæ. Turnebi duplex erratum, Valerij Flacci, Horatij, & aliorum loci expositi.

Saty. VI.

VIM verbi alicuius nosse non cuiq; vel literatissimo semper in plano est, aut procliui. sepiusq; multa ex inspectione potius, quàm ex diligenti conteplatione cognoscimus: quòd quippe nos nō fallant oculis subiecta fidelib. M. Terentius Varro, & M. Tullius Cicero olim in urbe Roma omnium peritissimi Inhibeo quid sit, ignorabant: ideo enim cum putassent inhibere esse sustinere, vt sustinerentur remi, cum essent iussi remiges inhibere, rem ita non esse didicit Cicero ex appulsu nauis ad villam suā: nō enim eos sustinere vidit, sed alio remigasse modo; & inhibitionē quidem sensit habere motum remigum; & vehementiorem quidem remigationis nauem cōuertentis ad pupim, ideoq; de eodem monendum Varronē, ne cespitaret amplius, scripsit Attico lib. 13. ep. 21 nam primo de oratore dixerat. cum incitato nauigio, remiges inhibuerunt, i. sustinuerunt. quo sensu accepit & Quintilian. 12. contrahat vela, inhibeatq; remos. cum tamen inhibere sit proram conuertere ad puppim.

Quare Liuius lib. 37. Itaq; ex vtraq; parte signo dato cum rostris concurrissent, neq; retro nauem inhiberent, neq; dirimi ab se hostem paterentur. Itemq; Cum diuellere se ab hoste cupientes inhiberent Rhodij.

&

& Diodorus Siculus lib. XX. Alię obuersis inter se proris concursu rostris facto inhibebant, vt iterum impetum repetere possent. Liuius; vt quæq; rostrata nauis ret o inhibita onerariam post se trahebat. Veneti dicunt Jciare. Cicero in Arato dixit pluribus verbis.

Obuertunt prorus magno cum pondere nautæ.

Et Maro Obuertunt pelago proras.

Quod factum vult Adrianus Turnebus lib 11. c. 8 *non solum ut ad aliam nauigationem parati essent, verum etiam sibi ominantes, quod probat Valerij Flacci verbis*

atq. illi dextra sine versa magistri

Protinus in proram redijt ratis, omine certo.

Atque idem factum apud Maronem asserit: nam longius, inquit, erant progressuri ad agrum Laurentum.

In quibus, nitanti viri de litteris, & litteratis benemeriti auctoritas indicit silentium, duplex erratum video, alterum in Flacci sententia; alterum in Virgilianis carminibus percipiendis: nam apud Flaccum simul ac Iason Phryxo, & Genijs loci vota fudit, nauis sine vlla gubernatoris opera versa est in proram, quod certum fuit omen, vt reuersuri essent in patriam; nec ille dicit eos obuertisse pelago proram, vt sibi ominarentur reditum; sed carmen lege, & perpende, vt cui adiudicandum sit videas: extat enim lib 5

Dixerat, atq illi dextra sine versa magistri
Protinus in proram redijt ratis, omine certo
Fluminis os, pontumq. tuens. promittis vt, ecce,
Vtque vocas, reuehemur ait.

Apud nostrum verò non obuertunt proram, vt sibi ominarentur reditum: nam etiam per Tybrim ad fatale solum.

lum deducti, vnde discessuri non erant, obuerterunt pelago proras, quod videre debuisset Turnebus, libro enim nono,
Sua queq. cõtinuo puppes abrũpũt vincula ripis.
& Reddunt se totidem facies, pelagoq. feruntur,
Quot prius ætatę steterant ad littora proræ.
Obuersæ nempe ad maris littora inde distãtia circiter quatuor stadia, vt Dionys. Halycarn. lib. 1. vt hinc magis explodenda agnoscatur eorum sententia, qui Virgiliano carmine non lecto, aut intellecto, legendum contendebant ad littora puppes.

Obuertisse igitur dicas, quoniam etsi oblongis, & paruis nauibus Troianos vti solum potuisse ex temporis illius more colligimus ex Thucidide lib. 1. qui etiam Aminoclem Corynthium triremis auctorem post aliquot sæcula à Troiano bello fuisse asserit: poeta tamen per anacronismum ad Troianorum tempus reuocans, quæ erant suo, biremes ijs, & triremes tribuit, quæ in portum delatæ obuertuntur, vt è puppi littus prætexente, per scalarum gradus ei de more adnexarum in siccum, protentum vè in mare latiorem murum, vt in Anconitano portu, & alibi descendi possit; cum alioqui commode aliunde nequeat rostro, & remis prominentibus, carinamq. à littore repellentibus, ideoq. addit.
Et littora curuæ prætexunt puppes.
& Anchora de prora iacitur stant littore puppes.
Et Horat. Epo. 9. Hostiliumq; nauium portu latent puppes) Sinistrorsum citæ.
Obuersæ nempe in pelagus fugam arrepturæ: loquitur enim de Cleopatra, quæ in sinistro cornu sita, non pugnatura; sed fugam potius spectare videbatur, vt asserit Plutarchus.

Ardens

Ardens vox multiplicis significationis in Virgiliano Carmine. Saty. VII.

L*ITTVS in Hesperium iuuenum manus emicat ardens festinãs quippe, vt lib. 1. instant ardentes Tyrij. aut armis splendorem effundens. Ut lib. 4. Tyrioq; ardebat murice læna. quod in optimum omen duci poterat gloriæ Troianorum, quæ in ipso Italiæ littore splẽdere incipiebat. vel ardens. cupida. vt lib. 2. Tum verò ardemus scitari, nõ modo quòd cupidi sint natura iuuenes. vt Arist. Rhet. 2 sed quòd diutius errauerant: vel velox vt lib. 1. Ardentesq; auertit equos. vel pulcha vt lib. 2.*

Ad cælum tendens ardentia lumina frustra. quæ omnia in Troianos iuuenes optimè cadere videri poßsunt: erant enim festinantes, armis splendentes, cupidi, nitidi, pulchri: & his omnibus causis læti, & præ lætitia ante omnes exilientes. Ut lib. 5. ante omnia corpora Nisus emicat. Ut ex tam longa transumptione fit. Iuuenũ manus læta, & festina in Hesperium littus prosilit. diceremus Italicè.

Bramando il lido lieta al lido Hesperio
Si getta, è fà di se pomposa mostra.

Medius Fidius qui. Deq; eius triplici simulacro sanctissimæ Triadis symbolo.

Saty. VIII.

M*EDIVS Fidius Festo compositum videtur, & Herculem significare Iouis filium; quòd veteres D. pro L. littera vterentur, quod si est, idem erat iusiurandũ Me Hercule: nam hunc etiam Iouis filium habebant. & si non defuerint qui interpretati sint per Diui fidem. Verum*

rum

rum cum Romæ Parius extet lapis cum Fidij simulacro, quod tribus constat figuris, dextra seniore, sinistra iuniore, ambabus puerum medium inuicem inter se iunctis dextris complectentibus, fit mihi verisimile, eos, & si tanti ignari eßent mysterij, Sanctissimam adumbrasse Triadem. Mirumq; est, ni per medium hunc Fidium videntes non viderint, & intelligentes non intellexerint, qui apud D. Paulum mediator est Christus Iesus: cum Sabini etiam per Sancũ, Fidiũ, & Semipatrũ eandẽ Sacratissimã Triadem retulerint. namq; eos & si tres esse dicerent, vnicũ tñ ijs numen esse credebant, vt patet ex his Ouidij 6. Fast.

Quærebam Sanco nonas, Fidione referrem,
An tibi Semipater, cum mihi Sancus ait.
Cuicunq; ex istis dederis, ego munus habebo:
Nomina terna fero, sic voluere Cures.

Quod eos tanquam in ænigmate vidiße eò magis fit credibile, quòd trium Fidij figurarum vnam Honoris, alteram Veritatis, tertiam Amoris nomine Quirites illi appellabant. Vti nos honorem propriè Patri, Veritatem Filio, Amorem Spiritui Sancto dare consueuimus. Quæ obseruasse libuit, vt Sanctißimæ Triadis cognitionẽ hominibus semper, tamquam inter nubes solem illuxisse constet.

Ablutio preces, & sacra præibat. aqua cur sacra, quomodoq; sacraretur. siluas, flumina, & patriũ solum salutandi mos. Maro exposit us.

Saty. IX.

O*Raturi aras tangebant. Vir. Talibus orabat dictis, arasq; tenebat. anteaq; se abluebant: quare Aeneæ flumina monstrant in Cumæũ templũ ingreßuro, Hesiod.*

Vina Ioui ne funde prius, quàm laueris vnda, &

Dionis.

Dionys. Halycar. lib. 7. Nam manus ipsi lauantes, puraq; aqua victimas lustrantes, ac Cereris fructibus earum capita spargẽtes, postea precati iubent ministris, illas mactari. Et apud Liuium lib. 1. Romanus antistes antistitem Sabinum bouem mactaturum sic monet. Quin tu ante viuo perfuderis flumine? Et Aurel. Victor. prius illum viuo flumine manus abluere debere. Clemens Alexand. Stromatum lib. 4. ablutos, & mundos ad sacra venire opus esse inquiens hos Homeri versus affert.

Hausit vbi lymphas pura circundata veste
Penelope venit ad procos. *Thelemachus verò*
Ablutus pelago palmas dat vota Mineruæ.

Aquę enim aspersione corporis labẽ tolli, & castimoniam præstari putabant, inquit Alexander ab Alex. lib. 4. itaque Aeneas lib. 2.

Tu genitor cape sacra manu; patriosq; penates.
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero. *in quem illud cadit Ouidij Fastorũ lib. 4.*
Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua.

quos etiam merito irridet hoc nomine Lactãtius li. 5. c. 20. Abluebant verò se peremni aqua fluuiali, aut marina, quoniam eam sacram putabant. quia (vt ait Proclus apud Cœlium) omnis aquarum natura cum alendi, & augendi vim habeat, indeficientem, & æternam Dei substantiam imitatur. Vel forsan sacra ideò esse censebatur, quoniam cum hæc sit rerum initium Hesiodo, & elementorum omnium antiquissima, vt etiam Thales Milesius rerum omnium eam vocauit principium, Deum ipsum rerum om-

nium

nium auctorem, fontem, & principium referre videbatur, quo nihil purius, nihil sanctius, nihil antiquius, & nihil inexhausti fontis more est perennius. Vel etiam ideo Dei symbolum, & ideò sacra censebatur, quòd, tanquam Deus omnibus, ita hæc cæteris imperat elementis. Terras enim, inquit Plinius, deuorant aquæ, flammas necant, si andunt in sublime, & cęlum quoq. sibi vindicant, ac nubium obtentu vitalem spiritum strangulant. Sacram vocauit Horat. lib. & ode. 1.

Stratus nunc ad aquæ lene caput sacræ.

Virg. Georg. 4.

Tristis ad extremi sacrum caput adstitit amnis.

vbi caput amnis vocat ostium, cum Horatius contra appellet caput principium, & tamen vterq. optimè: tanquam enim habita ratione ascendentis, & descendentis per scalarum gradus, qui mihi ascendenti primus est, descendenti fit vltimus, & contra. Sic ab amnis ostio accedenti ad scaturiginem, ostium caput, & initium est amnis; scaturigo vero est finis, ut etiam principium ab ea descendenti ad ostium. huiusq. considerationis illa sunt apud Virgilium. isq. parentem te Saturne refert,

Tu sanguinis vltimus auctor. *idest primus.*

Et extremo veniens sol aspiciebat olympo.

idest prima orientis parte.

Sacram etiam se fecisse censebant aquam extinctis in ea facibus adhibitis in sacris; ideò enim ante profana eorum fana vrna erat cum aqua, ceu hodie in ingressu sacrarum nostrarum ædium, ut ex uetustis lapidibus urnæ imaginem refert Guglielmus lib. de antiqua Romanorum Religione. Et idem innuit summus poeta, qui de Ænea

loquens

loquens aureum ramum aduerso in limine proserpinę fixuro ait.

Corripiunt spatiũ mediũ, foribusq; propinquāt,
Occupat Aeneas aditũ (*forium*) corpusq; recenti
Spargit aqua, ramumq; aduerso in limine figit.

neq; enim fores vllus pręter fluebat amnis.

Verum syluæ, & inuenta flumina monstrari etiam ideo potuerunt, quòd fatale solum Italiæ illud forsan censebatur, quod votis, precibus, & ominibus salutare consuerunt. Ouidius 1. Fastorum

Dijq; petitorum dixit saluete locorum,
Tuq; nouos cælo terra datura deos:
Fluminaq; & fontes, quibus vtitū hospita tellus,
Et nemorum nymphæ, Naiadumq: chori:

Nam si sacra, lucos, & aras patrijs amnibus dicabant, vt scribit Tacitus. quare Seneca subita, & ex abdito vasti amnis eruptio aras habet. & Magnorum fluminum capita veneremur. verisimile est Troianos huius rei conscios, ideo & siluas monstrasse, & flumina, quæ omnes ex ritu venerentur. Nam iccirco etiam Iason apud Valerium Flaccũ lib. V. Phryxum geniũ loci, siluasq; Phasinq; precatur,

Vos etiam silue, vos Colchidos hospitis ora
pandite. &
Tunc tibi fęcundę proles Iouis orte niuali
Arcados axe deæ fluuio mod o Phasi quiete
Palladiam patiere ratem; nec dona, nec aræ
Defuerint tellure mea.

Quę omnia Aeneas errorum fine cognito prestitit Tybridis ora ingressus lib. 7. vbi geniumq; loci, primamq; deorũ

Tellurem, Nymsphasq;, & adhuc ignota precatur

Flum-

Flumina. *vbi etiam per Genium loci Seruius accipit Apollinem, eo credo spectato, quod inquit Dionys. lib. 1. Aenea è naui egresso duos fontes prorupisse, quorũ aqua in concauo loco restagnat modica, Soli sacra, vbi primam mactauit Victimam: sed noster subticuit nomen, quoniam dei alicuius loci præsidis, & Genij proprium nomen ex Romano ritu afferre non licebat. Vt verò patrium solum salutarent, patet etiam ex illo Aeneid. 3. vbi conspectam Italiam primus compellat Achates.*

Italiam socij læto clamore salutant.

Quare etiam Franciscus Petrarcha in Italiam rediens sic è Gallicanis iugis eam salutauit.

Salue cara Deo, tellus iustissima salue.
Tellus tuta bonis, tellus metuenda superbis:
Tellus nobilibus cunctis generosior oris.

Et apud Torquatum Tassium lib. 3.

Ecco da mille voci vnitamente
Gierusalemme salutar si sente.

Coniectanea quędam cur facere absolutè Ethnici dicerent pro sacrificare. curq. illi operto capite, vt hodie Hebręi, operarentur. eorumdem templa cur in antris. Catullus, & Horatius expositi.

Saty. X.

F*Acere absolutè dicebant Ethnici, quod nos dicimus sacrum conficere. Vetus poeta. Voueo me facturum porco bidente. Vir. Cum faciam vitula pro frugibus. Cic. pro Mur. cui omnes hospites facere necesse est. in quo eos oracula locutos reor, & si quid dicerent, ignorarent:*

nam qui facit, nec quid faciat, dicit, is mihi nihil facit. hocq. fecisse profanis, & impijs suis in sacris illi mihi videntur, vt fecerint, & profecerint nihil. Quare apostatę Porphyrio lib. 2. de abst. ab esu carn. vocem eam excidisse, diuinoq. impellente numine verissima loqui eum adactum censeo in ijs, vt quod eius memoria theyn. i. sacrificare dicebant; antiquitus erdein. i. facere appellarent. Ante enim Christi mortem, & institutam ab eo transubstantiationem panis in Corpus, & vini in verum Christi ipsius sanguinem, in Ethnicorum sacris factum quidem, sed quid factum esset nunquam legitur. Quodq. etiam obseruatu dignum iudicarem, sacra quidem omnigenis eorũ dæmonibus facta diuersis ritibus, & victimis legimus, sed quæ Verba solemnia in sacrificando adhiberent, nemo vnquam adhuc attulit auctorum. Cum contra transubstantiationis formula à Christo Deo instituta nõ modo fuerit rata, solemnis, & perpetua: sed etiam, quid per Verba ea sit factum, additum est. HAEC quotiescunq; feceritis. Verè nempe thyontes .i. sacrificantes. Itaq. Christus Deus noster meritò auctor extitit addendi Verbo erein, uel facere, quod factum esset. Quod forsan præsignificauit illud Læuitici. 15. Vnum faciat pro peccato.

Verum eorumdem etiam sic elusam reor operationem (nam hæc quoq; uox sacrificium significat, ut Vir. lætis operatus in herbis, & aruisq. nouis operata iuuentus) quoniam operto faciebant capite: nam & si Plutarch. in quæst. Rom. quæst. 10. huiusmodi moris initium ad AEneam referat, qui in operando, hoste Diomede prætereunte, velans caput sacrificium absoluit, & deniq. addat, velasse etiam consueuiße caput, nequa vox mali omi-

nis

nis foris accideret, ego tñ, qui Sacerdotes nostros rem diuinam facientes, & nos Christianos homines preces vero Deo offerentes aperto, & nudo capite ēē video, Censeo aliam prorsus quanquam ijs ignotam fuiße causam, ut caput tegerent, eandemq. omnino parem, geminam, & simillimam, quæ Hebræis etiam fuisse dici potest, qui item operto precantur, & operantur capite: preces nempe, & eorum sacra, nō, Ut nostra, in cælum ad Deum ipsum in sublime euolare.

Qua eadem ratione factum censuerim, vt tanquam in inscitiæ, & prauæ religionis tenebris versabantur, sic etiam in antris antiquiora sua haberent fana. Quò me non reluctantem illud Cæsaris allicit. Pergami in penetralibus tēpli, quæ Græci adyta appellant, tympana personuerunt. Adytum verò cum sit Hesychio spelunca, & abstrusa pars templi, me manu ducit ad illud Virgilij lib. 6.

Talibus ex adyto dictis Cumęa Sybilla
Horrendas canit ambages, antroq. remugit.

vbi epegezesim adyti attulit, & ad illud Papinij.

seu Pesei sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mythram.

.i. solem (inquit Cælius afferens etiam illud D. Hieronymi ad Athletam) Non ne specum Mythræ, & omnia portentosa miracula subuertit? cui adde illud Tertulliani de corona milit. ext Erubescite Romani commilitones eius, iam non ab ipso iudicandi, sed ab aliquo Mythræ milite, qui cum initiatur in spelæo, in castris verè tenebrarum coronam. Sicq. fortasse illud est apud Virgilium lib. 8.

gelidum monstrat sub rupe Lupercal
Parrhasio dictum Panos dē more Lycæi.

In Arcadia enim Lunæ, & Pani Lycæo dicatum erat antrũ, vt in Creta Ioui, de quo poeta Georg. 4.

Dictæo regem cæli pauere sub antro.

Sic in operto Bonæ deæ etiam operabantur. quare Cicero. Si in opertum Bonæ deæ accessißes, exulares. sic Orgya & si nocturno tempore celebrarentur, iuxta illud Vir. Aeneid. 4. vbi audito stimulant Trieterica Baccho Orgia, nocturnusq. vocat clamore Cytheron. in antris tamen celebrata vt credam, facit Horatius, qui ode in Bacchum, quos agor, (inquit) in specus velox mente noua? quibus Antris egregij Cæsaris audiar Aeternum meditans decus stellis inserere. vt Catullus etiam de Nupt. Thetid. ideo ea obscura dixisse uisus sit.

Pars obscura cauis celebrabant Orgia cistis,
Orgia, quæ frustra cupiunt audire profani.

nam nisi ab antri ostijs remoti fuissent, cum in Cytheronis iugis celebrarentur, audiri à quouis potuissent. Tale erat, ni fallor, antrum Amphiarai, in quo ouibus sacra faciebant, quarũ incubabãt pellibus nocturna visa expectantes, vt nobis auctor est Pausanias in Atticis. quod & Latinũ regem sub Fauni specu egisse ait Maro lib. 7. & idem Pauf. in Lacon. in Tænaro promontorio fuiße ait templum speluncæ per simile. vt in Naxo etiam insula antrum erat Dionysio dicatum. & apud Senecam in Hercule Oetęo.

Hic rupe celsa, nulla quam nubes ferit,
Annosa fulgent templa Cænei Iouis.

Erant & Nymphęa templa in antris, vbi colebantur Nymphę, à quibus & Nymphęa Romę multa. Cumarum certè templum Excisum Euboicæ latus ingens rupis in

antrum

antrum fuisse olim, non modo canit poeta, sed etiam Iustinus Martyr exhort. ad Gent. lib. extr. locum inquit esse in star amplissimæ basilicæ cauatum ex vno saxo solido rem admiratione dignissimam. & hodie tale esse spectari potest, quale & Delphis fuiße credibile est. Sed hæc cõiectanea cum sint, forsan erunt volantes pappi.

Per dissita copulata à Poetis Historię deceptos scriptores, & scholiastes.
Saty. XI.

PLAVTI verba ea. Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem, in ijs vera agnoscent, qui locorum seiunctis discrimine, poetica tamẽ libertate copulatis veræ etiam historię scriptores sic in fraudem deductos sentient, vt ea affinia inter se, & assita temere crediderint. Quoniam Lucanus lib. 2. ait.
In læuum cecidere latus, veloxq. Metaurus,
Crustumiumq. rapax, & iunctus Isapis Isauro.
Beroaldo Sapis est prope Rubiconem, qui iungitur Isauro. & ibidem Sulpitius eundẽ ultra sexaginta milliaria distorquet, & Senogalliam urbem præter labentem facit. Abramo Ortelio fluit circa Ariminum. at contra veteris Lexici latini auctor Isaurum accepto Isapi non procul à Cæsena in Adriaticum mare immittit. & tamẽ inter Isapin Cæsenam alluentem, qui Plinio est Sapis, Volaterrano Sauio, *Isaurum, qui Blondo est Foglia: quiq etiam Pisaurus dicitur Vibio Sequestri, & Plinio, cognomini mq. urbem Pisaurum alluit, decurrit in iam ęquor Rubico, Aprusa, Ariminus, Crustumium. ita ut iunctus dicatur*
Isapis

Isapis Isauro eo solo nomine, quòd idem Adriacum uerberet litus fluctibus: nam sic etiam inter se dissita coniungunt reliqui: Philippos enim in extrema Macedonia locatos Ptolomeo, & Velleio Paterculo lib. 2. alijsq; in prima Thracia ad Strimonem fluuium, ubi uictus Cassius, & Brutus: in Thessalia centum aliquot interiectis milliarijs locant. itaq; & si primum prœlium in Thessalia ad Pharsalū cōmissum sit Dioni, Plutarcho, & Petrarcæ ibi.

Quel ch' in Tessaglia hebbe le man sì pronte
A farla del ciuil sangue vermiglia:

secundum uerò in Macedonia sit certatum. tamen quia inter Thraciam, & Thessaliam Macedonia iacet; ideo habita ratione vicini loci, alterum pro altero dictum est: sic enim poetæ vicina, & cognomina loca confundere solent. quare Maro Geor. 1.

Romanas acies iterum videre Philippi.

Vtq; de illis Thraciæ se locutum ostenderet, addit

Nec fuit indignum superis bis sanguine nostro
Aemathiam, & latos Aemi pinguescere campos,

quem secutus Ouidius lib. 15 Met.

Aemathijq. iterum madefient cæde Philippi.

Et Manilius, ut eodem in loco bis pugnatum ostenderet,

ducibus (*inquit*) iurata cruentis
Arma Philippeos implerunt agmine campos:
Vix etiam sicca miles Romanus arena
Ossa virum, lacerosq; prius superastitit artus,
Perq; patris pater Augustus vestigia vicit.

Quos magis quam Historicos imitari sic uoluit Florus. Brutus, & Cassius comparatis ingentibus copijs, eandem illam, quę fatalis Cn. Pompeio fuit, arenam insederant.

Per

Per Metaphoram à natura congenere, more, & re cognomine auctores plurimi à calumnijs vindicati.

Saty. XII.

TRanslationem apud Poetas, & reliquos scriptores inuenio non tantum nominum, sed etiam rerum, loci nempe ad locum, moris ad morem, naturæ ad naturam. Vulturem Orus Apollo concipere ait versam in Boream, siue, vt Plutharcus, in Zephyrum. Id Aristoteles hist. ani. lib. 6. cap. 18. & ab eo Aelianus, Varro, & Solinus trastulerunt ad Equos: prope enim Vlyssiponem, & Tagum in Lusitania eas vento grauidas fieri dixerunt, quod etiam acceptum asseruere Virgilius in Georgicis, & Tassius de Aquilino equo. Id uerò moris Oppianus in Cyneget. transferre non dubitauit ad Tigrim. Claudianus Rhenum filiorum vult esse exploratorem.

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

à Psyllis in Africa obiectos filios ad explorationem scripsit Plinius. quare Tzetzes

Nothos sic Lybicus pueros discriminat anguis,
Celtarum vt Rhenus partus, vt Lydius aurum
Examinat lapis. *Itaq. Nonnus in Dionysiacis vocat Rhenum elexigamon, quasi iudicem, vindicemq. connubij. Suidas verò verbo Lycurgus in Eurota filios abluẽ recens natos consueuisse inquit ex Lycurgi lege. quod Sidonius Apollinaris transtulit ad Cimbros matris ab aluo*

Artus infantum molles nix Cimbrica durat.

& Virgilius retulit ad Rutulos natos ad flumina primũ

Defferimus, sæuoq. gelu duramus, & vndis.

quod tamen Valer. Flaccus fecisse ait Thraces, & Gale-

nus

nus de sanit. tuen. de hoc culpat Germanos. sicq. Euripides in Suplic. Hippomedontem ab ineunte ætate institutũ inquit. Et Aristophanis scholiastes in Nubib. vt Thetis aqua filios immerserit, & examinarit, scribit; quanuis in ignem iniectus Achilles dicatur ab Apollonio, & in lebetem ebullientem ab Aegimione, indeq. extractũ à Peleo, sed non tam cito, vt labrum non adusserit superius: vnde Achilles dictus Licophroni, vel quòd leonum visceribus, aprorumq́, aut ursorum medullis fuerit enutritus, vt Apollodorus. quod & Rugerio suo tribuit Ariostus; si tamen apud eum pro medullis leonum cerebrum accipias: cum medullis alioquin eorum careant ossa, de quo Tertullianus lib. de Pallio cap. 4. Naturam concussit Larissæus heros in virginem mutando, ille ferarum medullis educatus, unde & nominis consilium: quandoquidem labijs uacuerat ab uberum gustu. Hos mores spectans Prudentius in Psichomachia certamine de Superbia ait.

Nempe ò ridiculum vulgus, natalibus oris (ritus,
Totũ hominẽ, & calidos à matre amplectimur a
Vimq; potestatum per membra recentis alumni
Spargimus, & rudib. dominamur in ossib. omnes.

Sic igitur quod de vno primum fictum est, alteri impertiunt, & quod proprium alicuius loci est, alteri communicant: sic quippe Seneca in Hippolyto, quod proprium est Acarnaniæ tribuit Atticæ. vos qua tepidis Subditus austris frigora mollit Durus Acarnan.

Quod & alij fecisse uideri possunt: Strabo enim lib. 4. Acherontem Thesprotiorum flumen ex Acherusia palude profluere inquit; quam tamen Acherusiã Diodorus Siculus lib. 2. cap. 6. in Aegipto agnoscit, transq́, eam

corpora transuehi ait naui Vari dicta, in pratisq; amænis sepeliri. de Acheronte Pausanias lib. X. aqua conspicitur, quem Acherontem esse fluuium facile existimare possis, plurima in eius luto palustris arundo, & piscium formæ quædam adeo exili corpore, vt piscium potius sublustres umbras, quam pisces ducas. quæ Natalis de Comitibus Mythol. lib. & cap. 3. male ex eodem Pausania tribuit Stygi. Quod Sybillam quandam Thessalam fuisse constat, Thessaliæq; Amphrysus est fluuius, Cumæa Sybilla Amphrysia uates dicitur Virgilio. In Sicilia fons est Palicena Stephano, cuius aqua periuros vexat, si potent, quod Philostratus, & Brussonius tribuunt Thyanæ, Plinius verò Olachæ fluuio Bithyniæ, Solinus, & Rhemnius fonti Sardiniæ. Lincestis aquæ acidula dicta temulentos facit, & si in Paphlagonia id fieri alij dicant. Et ex agro Caleno similis effundi dicitur Domitio Brussonio, Lethes aquæ potus obliuionem gignere dicebatur; amorū suorum obliuisci censebatur, qui Selemno amne se abluebat, vt Pausan. in Achaicis. Hercules, Bacchos, & Orpheos dixrunt plures: & tamen ad eorum vnum facta aliorum referunt. Quin & si Hesychius quatuordecim recenseat Olympos, & Lucillius Tharaeus sex, Eustathius tamen omnem montem paulo altiorem ob Idam Phrygiæ, & Olympum Thessaliæ, Idam, vel Olympum uocari ait; & omnes feminas vates Sybillas à ueteribus appellatas scribit Lactantius.



Citrum

Citrum Medicam ab Itala non satis discreuisse Plinium, Solinum, Macrobrium. Medicam effinxit praeclare Galenus, Italam Maro. de ea pharmaca, & versus expensi, & quorundam lapsus.

Saty. XIII.

QVID *cognominum, & congenerum confusionem in scriptoribus miramur rerum, cum plantae etiam quaedam, vel congenita proprietate, vel exteriori specie ita sint congeneres, vt cum, quod vnius est proprium, promiscua quadam ratione alij etiam penè sit datum, in ijs describendis, & interstinguendis aliqua auctorum interdum desideretur diligentia? Malum Asyriam quam uocant Medicam, uel citrium Plinius lib. 15. cap. 28. odoris accerrimi, & saporis asperrimi, pomumq; ipsum ex ea non mandi inquit, lib. 12. cap. 3. quod & ante scripserat Teophrastus lib. & cap. 4. ob miram forsan amaritudinem, quam in eo agnoscit Solinus cap. 49. cogimur dissimilem agnoscere ab hac, de qua Galenus Simplic. Medic. 7. Mali Medicae fructus non amplius malum Medicum, sed Citrium ab omnibus nuncupatur, cuius caro crassi est succi pituitosa, & frigida, ipsaq; editur, sicut & cortex. sed eum potius, quam ab aureo colore dicimus Arancio, quamq; descripsisse reor Virgilium Geor. 2.*

Media fert tristeis succos, tardumq; saporem.
Felicis mali, quo non prȩsentius vllum
Pocula si quando sęuae infecere nouercae
Miscueruntq; herbas, & non innoxia uerba
Auxilium venit, & membris agit atra venena

Ipsa

Ipsa ingens arbos, faciemq; simillima lauro:
Etsi non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud ullis labentia uentis.
Flos apprima tenax: animas, & olentia Medi
Ora fouent illo, & senib. medicantur anhelis.

Quę singula ideo expendere non grauabor,

Media fert) Medię acceptum refert, quod pleraq; ei inesse nouerat, quę Medico dantur.

Tristes succos, tardumq; saporem felicis mali) hyppallage. malum felix tristis succi, tardiq; saporis. Felixq; dixit utile, & fæcundum, ut Geor. 2. Felicemq; trahunt limum. & Aen. 6. ramo Felicis oliuę, vt contra Infelix sterile est.

Georg 1. infelix lolium. Et in 2. infelix superat folijs oleaster amaris. Omnibus enim horis pomifera arbor est, alijs cadentibus, alijs maturescentibus, alijs verò subnascentibus, inquit Plinius lib. 12. cap. 3. Solinus, Macrob. Theophrast. & alij, quod illi cum Medica est commune. Tristis uerò succi dixit, idest amari. vt Geor. primo Tristesq; lupini. & Tristia deformes pariunt absynthia succos apud Ouidium. Tardi uerò saporis, asperi, & amaritudinis mirę inquit Solinus, in quo à Medico pomo differt, cuius etiam cortex manditur inquit Galen.

Ne tamen dissimulem huius etiam Galenici corticem à carne seiunctim mansum esse amarissimum; coniunctim uerò suauem. ni tamē apud Seruium refers ad carnem mediam citri, & explicas tardum, uix intelligibilem, quod utiq; Aurantio nostro conuenit: cum præsertim afferat ex Apuleio in libris de arboribus, arborem hanc diuersam à Citro.

Quę

Quo non præsentius ullum) utilius, amicius, ut Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos. uel ad manum, & in promptu in Pausilyppo præsertim Virgiliana uilla, ubi & sponte sua, ut in reliquo Neapolitano agro ingentes succrescunt syluę, ut mirere minus apud nostrum in Bucolicis pastorem dicentem.

Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Ne Cydonea acciperes, quamuis colorem referentia in maturitate; nam hæc certe ea sunt mala aurea Hesperidũ, de quibus Antiphanes apud Atheneum lib. 3. c. 5. & si ille quoq. vocet Citria, pro quibus tribus itidem Eriphus, ait quod uix obolum daret punica commendans magis.

Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ,
Miscuerunt q. herbas, & non innoxia verba.)

philtris, & excantationibus à ueneficis morbos pueris præsertim gigni, & tiria, quos lumbricos, & uermes dicimus excitari coniectatio multorum est.

Membris agit atra uenena) siue foris immissa, siue insita: Hippocrati enim Epidim. VI. & Galeno in linguis. Tiriados Græce, latine ferinum significat non modo lumbricosum, seu lumbricorum copiam, sed etiam omne malignum uitium. constatq; ex huiusmodi feris uermibus sæpius improuisam lethi uim afferri, putresq; gigni febres, quibus pellendis aurei mali succum, ut etiam tritum, & tunsum semen experimento medicorum utiliss.mum esse patet.

Ideoq; non modo hodie ex eo, ut ex citrio Medico acorem conficiunt, sed eiusdem etiam grana ad dia hyacinthum componendum uermibus, & putredini fagandis præsentissi-

tissimum pharmacum adhibent. quanquam (quod ad immißa uenena expellenda attinet) Medico Citrio propriam messe uim, & facultatem ex eo colligatur, quòd Athenæus aspidum ueneno illæsum fuisse inquit, qui Citrium comederat. de quo & Mathiolius apud Discoridem libro Tertio cap. V.

Ipsa ingens arbos) cum contra in sublime parum tollatur Citrus, ideoq. ut plurimum fictilibus in uasis conseruata, & uix Palladij institutione tandem in Italia seri cœpta, & adhuc rara.

Faciemq. simillima lauro) Regiam quam dicunt, quę Romæ plurima: nam nostra procerior. de Medica satis habuere Plinius, & Solinus afferre ei Vnedonis esse foliū. Nemoraq; eam sibi optasse, sed solū benefitiū Medię datū.

Etsi non alium latè iactaret odorem) per flores, quorum fragrantia ultra quatuor stadia nares pertingit, cum propè Citri flores inambulans uìx suaue quiddam naribus hauriat.

Laurus erat) sic prorsus Orpheus de Opallio lapillo. similis erat uisu ex aduerso Chrisolytho, & si non haberet Cęsariem Chrisolythus erat.

Folia haud ullis labentia uentis) cum Citrina Borea facile adurantur, & decidant, quare ut plurimum plantæ hyeme paleis, & filicibus circumseptæ non ualde procul remotis calentibus focis conseruantur, Italis interea Citris subdialibus, & in quorumuis furentibus penè uentorum flabris.

Flos apprima tenax) neq. tenax adeo in Citro arguit minorfructuum copia. in ea enim quicumq. flores (inquit Theophrastus) quasi colum quandam habent in medio

fertiles

fertiles esse putantur, & qui minime habent, inutiles sunt prorsus ad generandum.

Animas & Olentia Medi ora fouent illo) halitũ Plautus Asinar. sc Aedepol. animam suauiorem aliquantò quam uxoris meę? & rursus, ieiunitatis plenus animam fœtitat. non enim placet Isidorus, Orig. li. 17. cap. 7 qui de hac re loquens malum eius inimicum scribens uenenis hoc esse ait, quod Poeta intelligi uoluit, tradens illo foueri animã: multoq. minus arridet Roberti Titij lib. 6. cap. 19. suis in Controuersis ad id interpretatio, significari spiritum ueneni ui commotum, & corpore iam migrare properantem retineri, nam ueneni antidotum aperte attulit supra, Membris agit atra uenena. hicq. addit ad epegezesim Olentia ora fouent. quod Theophrastus, & Plinius granis in iure incoctis cur dederint ad odorem, & halitum commendandum quæri forsan poßet in experimento non acquiescenti. cuius (inquit Plinius) grana Parthorum proceres incoquere diximus (uel potius didicimus) exculentis commendandi halitus gratia: nam noster interea prudentius dat Floribus, quibus saccharo conditis, vt hodie presertim à Virgilio docti Neapolitani faciunt. nihil suauius, ut nihil eius cortice, ut etiam citrino condito Cardiacum est magis, ut mirere minus Poetam in Medicis præstantissimum addere, & senibus medicantur anhelis, ex literaturę enim spectatę, & probatę fidei Medicis me audire memini. prouectiore, & defessa ætate senes bis produxisse condimentis qui breuiores præstituti uidebantur uitæ limites. Vt demum Poeta in medicis celeberrimus, ad uenena, & maligna uitia expellenda, halitumq. commendandum, corq. ipsum, & uitales spiritus recreandos

dos, & diutius producendos hæc de Citro Itali. uel malo aurea, nondum Romæ cognita, siue frequenti multum malo Medica, & Citro tanquam alter cranium maximus Chous ad medicinam corporibus faciendam ea pretulerit, quorum pleraq. ob congeminam, aut congenerem naturā conuenire postea, & inesse reperta sunt in Citriis etiam, siue horum fructuum nos Itali alios Cedri, alios limoni, alios pomi d'Adamo uocitemus.

Translatio à minus noto ad notissimum. sic boues Vri, Asini Onagri, Iuniperi, Cedri, Buxi Taxi, Vindicatus à Turnebo Maro,

Saty. XIV.

NEq; verò Auream malum Medicę nomine appellasse quis absurdum putet, aut inusitatum: est enim boc quoddam quasi translationis genus, cum rei minus noto nomine apellatur res notissima: credo dignitatis maioris aucupio: delectat enim quenq ante pedes posita transilire, & longe repetita sumere inquit M. Tullius lib. 3. de Orat. sic eidem Maroni Geor. 3. libuit boues appellare Vros.

Siuestres Vri asſidue, capræq. ſequaces.

asinos Onagros.

timidos agitabis Onagros

Iuniperum Cedrum, quoniam hæc montana arbor Plinio, odorato ligno, folio tamen acuto, latiore, baccis rubris, & crassioribus, quàm sunt Iunipero. cui sunt nigrę, & stipite altiore, & Crassiore, pręsertim in Syria, ita ut ex ea trabes fecerint olim Hierosolymitani templi. de hac sic lib. VII.

Vris

Vrit odoratam nocturna ad lumina Cedrum.
& libro XI. *olentem scindere Cedrum.* *cum prǽsertim in Alpinis Italię iugis sit, & à nobis uisa non crassiore tamen, & altiore stipite, quàm Iuniperus, quam & vulgo Cedriam dicunt, quanuis P· Victorius li. 38. cap. 1. in Italia Cedrum pertinaciter esse deneget, & tamen constat, & cuiq, intueri uolenti est facillimum: Narnię, & Nucerię in lucis, & iugis eam esse vberrimā. Taxus etiam quoniam arbor montana est, frigore gaudens, umbraq & odore, & noxio succo nocens, cui folia non decidunt, tanquam etiam Buxo, quæ cum crassissima sit in cortice, vt Plinius li. & cap. 16. flore non spernendo graue olenti tamen, vt ille buxi, quæ causa amaritudinis mellis. quod etiam asserit Diodorus li. 6. hinc factum crediderim, vt Poeta inquiens de cura apum Geo. 4. Neu propius tectis taxum sine. Pro Buxo acceperit. sic quod male sonabat. Sic tua Cyrnęas fugiant examina buxos.* immutauit. *Sic tua cyrnęas fugiant examina taxos. ne Turnebus eum negligentię, vel vanitatis accuset, & uerum tamen scripsisse censeat: nam nihil dubito, ut taxum pro buxo dixerit, cum prǽsertim ament aquilonem, & frigora taxi, rarissimęq. in planis, & apricis locis spectentur, frigidis uerò, alpinis, & Aquilonaribus locis apibus nil minus sit idoneū: ferre nam pabula uenti domum prohibent, inquit Vir: cum prǽsertim supervacanea Videri posset pręceptio, cum quęq; animantia natura fugiant sibi obfutura. Idem Turnebus cum apud Aratum legisset; sic enim ad verbū translata latina habemus.*
Quin etiam ad terram cum Ardeola non rite,
E mari veniat voce multum pręstrepens

Com-

Commoto sanè mare, superferatur vento
Interdum etiam Fulicæ cum sereng volitent
Contra futuros ventos glomeratim feruntur
Sepe etiam ferè anates, aut in mari vrinatores
Mergi terras quatiunt alis. *Ipse iure suo sic uertit ordine non seruato.*
Cum medio celeres reuolant ex æquore Mergi,
Clamoremq; ferunt ad littora, cumq. marinæ
In sicco ludunt Fulicę, notasq. paludes
Deserit, atq; altam supra volat Ardea nubem.
Ne tibi videatur cum Turnebo, quę Gręce Erodios Arato dicitur, Maroni Mergus esse, Ciceroni Fulica, Plinio, & Auieno Ardea, & qui Cepphus Gręco est, Ardea esse Maroni, & Ethian vocasse Fulicam, quam alij verterunt Mergum: nam Græcorum nominum vim non ignorabat; sed ordinem naturę in transferendo sibi licere censuit, nulla præsertim re allata, quæ naturalis rei historiam perverteret.

Translatio à noto ad ignotum, ferę Lybicę, oues ferę, tauri Aethiopici, boues Lucę, vrsi Numidici. Plinij erratū. Statius expositus, & Seruius de Africanis feris.

Satyra XV.

DIVERSVM à proximo est *translationis genus à noto ad ignotum, quo non modo vsi sunt Poetę sed Romani etiam ipsi rem inuisam, & incognitam nomine rei visę, & cognitę appellantes. sic Seruius apud Virgiliū lib. 5. pelle Lybistidis Vrsæ explicat ferę Africanæ, edoctus, credo, à Xiphilino in Caligula. Pręebebantur uariæ*

Spectacula, in quibus vrsi quatringenti cum aliis Lybicis belluis. & infra quingenti ursi uno die interfecti, ac postridie eius diei totidem belluæ Lybicę, & Iulius Capitolinus. feras Lybicas unô die centum exhibuit, ursos uno die mille. Ibidemq; datas inquit oues feras centum, siue eę sint à quibus, quas pascimus, ortę sunt, vt à capris feris caprę ortę sunt, quas alimus, inquit Varro de re Rustica lib. 2. cap. 3. de quibus etiam Xenophon, Aristoteles, & Plinius. siue eæ sint, quas in lucis Ethiopiæ vicinis carne, & lacte nutriri inquit Strabo lib. 17. quas, ni fallor, Gręci uocant Camelopardales, nostri Giraffe. quas cum primum uidere Romani ouibus similes, oues feras dixerunt, de quibus Plinius lib. 8. cap 18. ut Rhinocerotem, ait Festus, quidam esse aiunt bouem Aegyptium, vel Aethiopicum, ut Pausanias lib. 9. forsan quòd post victam Aegyptum Augustus exhibuit spectaculis, vt Dio lib. 54. & Suetonins cap. 39. & si Plinius lib. 8. c. 20 à Pompeio Magno ante datum scribit.

Vti eodem Varrone auctore cum maximam quadrupedem, quam habebant, uocaßent bouem, & in Lucanis Pyrrhi bello primum vidißent apud hostes Elephantos identidem quadrupedes cornutas (nam quos dentes multi dicunt, sunt cornua) Lucam bouem, idest Lucanam appellarunt. ubi etiam non dissimulat Varro Pantheras, & leones Africanas bestias dictas, Quos leones quoniam ex Numidia fuerant asportati, à Romanis ursos etiam Numidicos dictos vult Lipsius in Amphiteatro cap. 4. quod non displicet; quin illius coniecturam sic fulcire, & confirmare libet.

Si centum Vrsos Numidicos à Domitio Aenobarbo in Aedi-

Aedilitate datos legimus apud Solinum cap. 29. & Plinium lib. 8 cap. 36 qui etiam adirectum miratur Numidicos fuisse, cum in Africa, inquit, vrsos non gigni constet, vrsos pro leonibus accipiamus necesse est, nisi mendacij arguere velimus Plinium, cum presertim ad indicandum illos leones, & non Vrsos fuisse in argenteo Cn. Domitij Aenobarbi apud Fuluium Vrsinum lib. de fam. Rom. uir cum leone pugnans impressus sit, & in aereo eiusdem idem Domitius leonino sit tectus capite. sic & Pantheras translato ducto à simili eosdem Africanos mures vocasse censeo: cum enim apud Plautum Poenus dixisset, Muphursa, Quesissetq. Agatoschocles, quid uellet, respondet Milphio, non audis? mures Africanos predicat. Etsi à similitudine uocis Vrsos potius Africanos mures dixisse uideri queat, nec omnino sit verum in Africa vrsos non esse, ut scribit Plin. cum eos ibi agnoscat Herodotus libro quarto. Eadem ratione nos hodie mures Indicos appellamus porcellos Indicos. sic apud Statium li. 5. Theb. Scythicos armenta per agros

Hyrcanae clausere leae: idest Tigres Hyrcaniam *Arabiae in hospitalis siluam incolentes.*

Mira quorundam pernicitas. Equus pro celeritate. Catullus non bene à Mureto, & alijs expositus. In foribus olim multa picta, & efficta, In pro ante. Virgilij expositus, & Tassij defensus locus. Saty. XVI.

CVM Orionem Summum mare, & Iphiclem aristas super inambulasse canat Orpheus apud Tze-

ecem, & in fabulis referat Higinus. idemq. Dardani equas præstitisse dicat Homerus, fierent penè credibilia, quę de Camilla affert Poeta libri septimi extremo quouis Elysio amœniora.

Illa vel intactę segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas;
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret ęquore plantas.

nisi statim ab omnibus occurreretur, Poetica mancę adeo, & fugientis esse fidei, ut ad ea tanquam in Pegmate conseruanda, ne euanescant, ex historicis septis stabiliora producenda sint succidanea, qualia hęc damus. Ladem Macedonis Alexandri cursorem non modo poetę (Martialis, & Catullus) sed etiam Historici (Patricius de regno, & Alexander) sic celeripedem fuisse canunt, ut uestigia eius in puluere non apparerent. neq hoc acquiescentes, Lasthenem Thebanum à Chromo Thebas usq cū equo currente certantem victorem prędicant. quibus succinit Plinius, puerum nouennem à meridie ad vesperum quinq; & septuaginta pāssuum millia. præcipiti celeritate confecisse. & extremos Aethiopes cursu feras assequi dicunt. quę quoniam Græcam sapiunt historiam, ex Romanis Sacrarijs hoc euocandum erit. Alanis à Probo imperatore deuictis repertum in præda equum, qui centum passuum millia in die decurreret, cursu ad decem dies prorsus perpetuato. Vt prudenter uideatur Maro fugam pro equo vsurpasse lib. XI. in illis Auni ad Camillam, Dimitte fugam idest, inquit Seruius, equi celeritatem, qua fidis. cum presertim in antiquis nummis res celeriter confecta, uel currentis equi imagine, vel currentibus Dioscuris in

equis,

equis, vel Pegaso exprimeretur.
Catullus etiã in Camerium multorum expreßit celeritatẽ
Non custos si ego fungar ille Cretum,
Non si Pegaseo ferar uolatu,
Non Lades ego, pennipèsue Perseus,
Adde huc plumipedes, volatilesq;
In quibus male Muretus, & interpretes exponunt Custodem Cretæ Dędalũ: nã hunc recensuit inter volatiles. Custos verò Cretę Talus est, quare Apollon. Pio interprete.
Concretus Calybe è duro ter obambulat oras
Dictæas Talus; huic rigido stant corpora ferro
Dura, nec humano frangi potuere labore.
ab Vulcano enim datus est Minoi Custos Cretę, pernix adeò, ut ter die eam circuiret. ut Didymus, & Apollonij scholiastes. cum Dædalus contra fugiens Minoia regna præpetibus pennis Insuetum per iter gelidas enarit ad Arctos.
in foribusq. Apollinei templi multa affabre effinxit ex veteri more. Ut Solymis templi fores mira arte excusas scribit Ioseph. Antiq. lib. 15.
Sic Georg. 3. in foribus pugnam ex auro, solidoq. elephanto. 1. solo ex Ebore se facturum pollicetur poeta. quem imitatus Propertius de porticu Phœbi.
Et valuę Lybici nobile dentis opus.
& Silius lib. 3.
In foribus labor Alcidę Lærnea recisis
Anguibus Hydra iacet *& Torquat. Tassius.*
Le porte qui d'effigiato argento
Sù i cardini stridean di lucido oro.
Tales (quod ad picturam attinet) censuerim fuisse Iunonis

nis Punicę fores: nam noua res oblata in luco timorem leniJt, vnde afflictis melius confidere rebus cœpit, dum reginam operiebatur. & quanquam legas, Namq. sub ingenti lustrat dum singula templo, sub tamen ibi est pro ante, vt lib. 2. postesq. sub ipsos Nituntur gradibus: non enim alibi niti potuissent nisi ante. & in Georg. sub mœnibus vrbis æquantur. idest ante mœnia. & Ipsa sub ora viri Cælo uenere volantes. frequensq. est huiusmodi prępositionum enalloge. vt lib. 10. vires haud pertulit. pro abstulit. & lib. 8.

Aduersum remis superes subuectus vt amnem

& subuectat corpora cimba. & corpora saltu subijciunt in equos. vt sępe est simplex pro coniuncto. Vt in Bucol. postquam te fata tulerunt. i. abstulerunt. Ael. Spartian. Ergastula seruorum, & libertorum, tulit, vt videndi sint qui culparunt in Tassio.

Scende, & ascende il suo cauallo in fretta.

Intacta Pallas quæ, & cur. omina pro nuptijs. victimę iniuges, & Virgines quàm apte Phœbo mactatę, eædem quomodo legerentur.

Satyra XVII.

I*NTACTA Palladis vrbem dixit Horatius lib. 1. od. 7. idest virginis, nō de prima ea Minerua loquēs, quæ apud Arnobium lib. 4. ex Vulcano Apollinem procreauit; sed de quinta Iouis filia, quæ a Pallante Lycaonis filio educatore Pallas dicta (vt ex Dionysio, & Pausania Gyrald.) quem postea incestorum appetitorem, inquit Arnobius, necauit, vt iure uideatur Horatius intactam*

tactam dixisse; *quanquam Intacta pro virgine est etiam apud Virgilium lib.* 1. *Aeneid.* Cui pater intactam dederat. *quod vt melius perciperes, addit.* primisq. iugarat ominibus, *nempe nuptiis, vt sit praecedens pro subsequenti nota metonymia, ipso etiã id animaduertente Valerio Maximo lib. 2 cap. 1. Apud antiquos non solum publicè, sed etiam priuatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto, quo ex more nuptijs etiamnum auspices interponuntur, qui quanuis auspicia petere desierint: ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia vsurpantur, vt scilicet auspicia, & omina pro nuptijs accipiantur.*

Quin etiam lib. 6. cum monet Sybilla Aeneam.

Nunc grege de intacto septé mactare iuuencos præstiterit. *& si scitè Seruius exponat indomitos: nam alibi inquit, intacta totidem ceruice iuuencas, quas iugo intentatas appellat Seneca in Medea.*

Lucinæ niuei femina corporis
Intentata iugo placet. *quas & vocabant iniuges, vt Manlius Chrestus apud Fulgentium de vocibus antiquis. Mineruæ iniuges boues sacrificantur, quòd virginitas iugum maritale nesciat: cui commento si locus detur, non video, cur minus nobis astruere liceat, non modo iniuges victimas sacrificari consueuisse Phœbo, quia vxorium nunquam nouit iugum, sed etiam eadem causa intactas victimas idest virgines. quæ diceret Horatius allegoricè, Nondum subactę ferre iugum (maritale) valent ceruice: nondum munia comparis Aequare nec tauri ruentis In venerem tolerare pondus: nam ex mactandis victimis fœtus nullos, & fructus nullos collegisse, sed eas in-*

 tegras,

tegras, & ab omni labore immunes seruasse debuerant. quare Georg. lib. 3. Virg.

Continuòq. notas, & nomina gentis inurunt.
Et quos, aut malint pecori submittere habendo,
Aut aris seruare sacris, aut scindere terram.

Ideo libro 12. in fœdere. pura in ueste sacerdos
Setigeri fœtum suis, intonsamq. bidentem
Attulit. *Quin, vt Lucianus de Sacrificijs. Sacrificantes victimam coronant, multoq prius studio perquirunt, num perfecta sit, ne quod inutile iugulent. Quare eodem libro* tempora ferro Summa notat pecudum. *qualis etiam spectatur uictimam ferro notantis imago uetusto in lapide apud Gulielmum. de antiq. relig. Roman. Nec satis erat esse intactas, nisi inter pinguiores, & nulla parte corporis mutilatas legissent: unde fluxit translata vox eximius, & egregius pro re præstantiore, quòd è grege lætiores, & electiores eximerentur, quales etiam, ut nulla parte læsas, & distortas esse debuisse scribit Pollux Onomast. lib. & cap. 1.*

Sacrorum sic vsq. Popę mage pinguia, ventres
Farcire abdomen nati, Venereǹq. vorrabant
Inter se se hilares alieno parta labore
Cœna vna, potuere famem quę explere popelli
Pannosi fibras tantum trepidantis, & exta,
Quæ satur ante aras pingui distentus omaso
Dira minabatur soli sibi lætus aruspex.

De

De Meandro expositus Seneca, de hoc Virgilij, & Tassij ludi. Saty. XVIII.

CVM apud Pausaniam legatur lib. 2. Vt Meander à Celænis per Phrygiam, & Cariam in mare ad Miletum erumpens inde in Peloponnesum subterfluit, & fit Asopus, nemo miretur apud Senecam Hippolytum in cognomine fabula, & si in Attica esset, suos tamen adhortari Canes, & venatores ire,

Vbi Meander super æquales labitur agros Piger.

Nam Meandrum Phrygiæ pro Asopo Græciæ dixit, perinde ac pristinum retineret, & nusquam amisisset nomen. Hic Meander poetis vario modo ludendi locum præbuit: cum enim implicetur crebris anfractibus, & sæpe in vicinum alucum suo admotus, antequam sibi influat flectatur, sinuosis adeò flexibus (ait Plinius) vt sæpius credatur reuerti: nam, vt etiam Ouidius.

Ludit, & ambiguo lapsu refluitq; fluitq.

Quare etiam Seneca in Hercule furente *qualis incerta Vagus*

Meander vnda ludit, & cędit sibi,
Instatq. dubius littus, an fontem petat.

Quæ Vndiq; delibans Tassius.

Qual Meandro fra riue oblique, e incerte
Scherza, e cō dubio corso hor calla, hor mōta,
Queste acque ai fonti, e quelle al mar cōuerte
E mentre ei vien se, che ritorna affronta.

hinc flexuosa, quę vestis orę attexitur, vel assuitur purpura, meander dicitur Virgilio. Purpura meandro dupli- ci Melibœa cucurrit. Eiusdem flexiuagos cursus ante ocu- los

los habuit Troiam ludum effingens
Inde alios ineunt cursus, aliosq. recursus (unt.
Aduersis spatijs, aduersosq. orbib. orbes Impedi-
Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt
Infensi, facta pariter nunc pace feruntur.
nam & si ex vbertate ingenij feliciore à laberynto ceperit similitudinem,
Vt quondam Creta fertur laberyntus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq.
Mille vijs habuisse dolum, quà signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error.
Nihil tamen dubito, quin simul Meandri naturam respexerit, & si cum irremeabilem errorem dixit, Catulli illud spectauerit,
Ne laberyntheis è flexibus egredientem
Tecti frustraretur inobseruabilis error.
Quare post Ouidius *& limina flexu*
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Et Tassius sedulę apis in morem ex his omnibus
Dentro di muri inestricabil cinto,
Che mille torce in se confusi giri, *illud sui poetæ spectans* Hic labor ille domus, & inextricabilis
Ordine inosseruabile, e confuso (error
Di loggie intorno i demon fabri ordiro,
E fra l'oblique uie di quel fallace
Rauolgimento impenetrabil giace. *& li. 12.*
Ma io ui porgo il filo, e lui dipinto,
Si che nessun error fia, che v'aggiri.
Sed esto modus: nam aliqui ad poetica nauseantes hæc cassa nuce non emerent.

Episodia

Episodia Virgiliana expensa, in ijs obseruandis quosdam errasse. Horatianus locus de ijsdem expositus. Dedali volatus cur Aeneę spectandus propositus. Saty. XIX.

CVM Aristoteli in poeticis simplicium fabularum, actionumue episodicę sint deterrimæ, episodicaq; appelletur fabula, in qua non verisimiliter, neq. necessariò mutua Episodia nectuntur; mirum est, quàm parum inter se conueniant nonnulli in Virgilianis recensendis episodijs. Iacob. Pontanus Prodidagmaton cap. IV. lib. I. Aeneidis episodium agnoscit Iunonis furorem, colloquium cum Aeolo (neq. erant omittendę Neptuni minę) Iouis prædictionem de Troianorum posteritate, & Romani nominis gloria, Eucrsionem Troiæ in toto secundo, Amantem Didonem in quarto toto, ludos ad tumulum Anchisę in quinto, Aeneæ descensum ad inferos in sexto, & ibi de Albanis, & Romanis multa: Caci, & Herculis certamen, & descriptionem clypei in octauo. (neq. omittendæ erant Iunonis preces ad Furiam in septimo) Amicitia Nisi, & Euryali in nono, concilia deorum, fœderum ritus, & similia in sequentibus. Quę tamen pauca ducens auctor libelli de Actione in Aeneide, bella etiam ab Aenea in Italia gesta necessaria effutit episodia. Scaliger poetices lib. 3. cap. 97. cum ex Aristotelis sententia episodium sciat quodcunq. introducitur pręter propositum argumentum, solam Clypei cęlaturam, & Camillæ natalitia uocat episodia. Eo reor consilio, quòd videat additamenta omnia, & superuenientia, siue Gręce dicere mauis episodia, sic verisimiliter, mutuò, & necessariò esse insita, vt penè absq; ijs fabula stare, & actio integra apparere non posse videatur. Quis enim (ut diutius in re immorer) è conspectu Sicu-

la

est telluris in altum lætos uela dantes tam subita, & inopinatò emissa procella diuersis illico ventorum excitis flabris, in Africam delatos putet sine Deo? quæ si quassatæ vento, & procella rates, non sine Deo, è breuibus, & Syrtibus extrabi, & in tutũ perduci potuerunt, quis omisisset, ut etiam benigno fauente, & annuente numine alicubi erant resarciendę? Idq. agendi commodiorem expiscari prudens poeta unde potuit occasionem, quàm ex priscis Cartaginiensibus, qui glorię, & opum imperij segetem amplissimam dedere Romanis? & inter genus illud intractabile bello, perfidumq. natura, & bilingue quomodo uersari tutius potuit maximus ille Romulidum genitor Aeneas, quam per cupidineos amores, & illecebras, gẽtis illius fœdifragæ strupratæ ab eo urbis eius conditrice? Indicans interim, sic Pœnos Romanis, ut feminę uiris solent, fore subiectos. à qua cum instauratis nauibus soluisset in Siciliam deductus, cùm tanquam uir pius altera Troiæ Pergama repositurus esset in Italia, non ne de sua pietate multum desiderari passus esset, nisi patrijs manibus anniuersaria iusta persoluisset, quos etiam perlustratis inferis inuisere non dubitauit? Cum enim minata fuißet Cumæa uates, Teucros ad Lauini quidem regna uenturos, sed non uenisse optaturos, ut reliquam & pij, & fortis in bello uiri actionem perficeret, neq. usquam animo caderet, uenturę à se stirpis intuitu, & expectatione excitandus etiam fuit in Elysijs. Hocq. fuisse poetæ consilium ex eo liquet, quòd simulac Romanorum ciuium simulacra quædam, & Iulię familię proceres Anchises ei monstrauit, ad illum magis excitandum, atq. à timore futuri belli ad spem futuri imperij diuturnioris reuocandum, inquit

Et

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis;
Et metus Ausonia prohibet consistere terra?
Quin ideo demum docet bella, quę deinde gerenda,
Et quo quenq. modo fugiatq; feratq. laborem.

Quos acres stimulos forti etiam cuiq; additos poeta tanti faciendos censuit, ut cum in eundem vniuersum Latium conspirasset, ab Euandroq. exiguas prorsus accepisset copias, clypeo etiam Vulcanio iterum exciendum duxerit: sic enim cũ ab Euandro discederet, Multaq. dura suo tristi cũ corde putaret, Clypeum à matre Venere accipit vnum omnia contra Tela Latinorum Cuius aspectu sic animos extulit, ut ea afferre non dubitarit.

Heu Quantę miseris cędes Laurentibus instant?
Quas pœnas mihi Turne dabis? quàm multa sub vndis
Scuta virum, galeasq; & fortia corpora volues
Tibri pater? poscant acies, & fœdera rumpant.

Quin si cuiuis scriptori actio hęc una de profectione è patrio solo in alienum, partoq. regno, uel perpetuę domus, & urbis repositione (huc enim uniuersa actio reuocatur) pertractanda fuisset, nihil horum, quę retulimus, fuisset omittendum. hocq. unum diligentius contemplanti agnosceretur discrimen, ut quę, uel amicorum consilio, aut ipsius ducis prudentia, & diligenti animaduersione facta, aut euitata Historicus diceret; hic noster, qui pedestrem appellatam proprio epitheto non ignorat historiam carminibus & equestri maiestati comparatam, ut omnia redderet augustiora, & singulari quadam admiratione omnib. tanquam in sublimiori theatro suspicienda exponeret, humana transtulit ad deos.

Itaq;

Itaq. demum, ut modum faciam, uniuersum de Aenea tecum diligentius, & accuratius perpendenti immortalitati dicatum opus, uix occurret (crede mihi) quod Episodicę fabulę nomine, illiusq. deterrime appellare possis: sic omnia necessariò insita, & in unam actionem coagmentata sunt, ut cum ea innata uideantur. Hincq. aut ego fallor, adductus criticorum nostri sęculi omnium maximus Cęsar Scaliger, clypei cęlaturam, & Camillæ solum natalitia episodij appellauit nomine. clypeum quàm bene, hactenus habes; Camillę natalitia perpendamus.

Cum Aristoteles in Poeticis in muliebre genus cadere nō posse inquiat prudentiam, & fortitudinem: poeta per educationem, & consuetudinem, quę alterius naturæ loco est, huic occurrens, magnam belli partem huic uiragini ultro de se pręclara pollicenti, & offerenti relictam dicturus: de illius natalitijs ea recensuit, ne incredibile uideretur prorsus, mulierem eße bellatricem; quam tamen cursu potius, & sagittis, quàm stataria pugna decertasse dixit. quod si tamen non omnino necessariò, aut mutuò factum euinceres: illud tamen scito, ut quanquam in hac excursione ab instituta oratione, quę Ecbasis dicitur Gręcis, frequens sit Herodotus, & Homerus, noster tamen ea semel, hoc quippe in loco est usus. quod etiam idem Scaliger non dissimulat Poet. lib. 3. cap. 75.

Quòd uerò Horatius culpare uidetur multa episodia in his
Inceptis grauibus plerunq; & magna professis
Purpureus latè qui splendeat unus, & alter
Assuitur pannus, *agnosce eum sentirè cum Aristotele, cum quippe ijs aptus non est locus. ideo enim addit:*
Sed nunc uon erat his locus, & fortasse cupressū

Scis

Scis simulare. *quod fit, cũ ea nec mutuò, nec necessariò inseruntur. ut si uesti non unus, & alter purpureus assueretur pannus: sed tot, & tanti, ut tota fimbrijs super indu ctis virgata appareret, qualis scurrarum, & circunforaneorum solet, ad risum solum parata. Cui similis fabula meritò episodica, & deterrima dici potest, atq; hoc etiam sensu episodica, ut tanquam mos Gallicus est, quo pleriq; omnes utuntur Galli; sic episodica, quę ut plurimum, constat episodijs ei arbori simillima, quę septis locata in hortis paucos admodum intra, plurimos uerò, & latiores extra parietes, & septa effundit, & egerit ramos, mirantes, diceret Maro, non suas frondes, nec sua poma.*

Fungum uerò sapit, qui Dędali fabulã in eo longius agnoscit episodium: nam Aristoteles probat breuia in drammatibus, longiora in epopeia. & si illud de Dędalo breue sit, uerisimiliter, & mutuò insitũ: præmisso enim Achate ad accersendam Sybillam, necessariò dicendũ fuerat, aliqua re detentũ Aeneam, uel agentẽ, uel contemplantem. Itaq. incõgrui alicuius sermonis, aut operis loco id mutuò est insitum: ut patrem apud inferos, uel Elysios conuenturus, quos sub Australi polo esse censebant ueteres, alicuius excitaretur historię imagine, quę nauigationẽ omnino simi lem referret. Vti enim è Creta à Ioue in Latium expulsus Saturnus ab Ouidio è cęlo dicitur deiectus in Tartarum. Et ex eadem Creta insula Dędalus in Italiam naui perdu ctus, ubi & Iuliam urbem condidit, auctore Stephano, remigio alarum enasse dictus est ad Arctos sic ex huius Dædaleę nauigationis contemplatione in spem uenire pote rat Aeneas, si patrios manes adire cupiebat, nauigandi ad Antipodes, apud quos inferos esse crediderunt, ideo enim

Deipho-

Deiphobus apud inferos interrogat Aeneam. pelagíne uenis erroribus actus? *de quo alibi pluribus. Herculesq; Theseus, Orpheus, Castor, & Pollux, qui inferos adijsse dicti sunt, nauiculariam omnes exercuerunt. Herculem enim Habylam, & Calpen metam nautis præstituisse notissimum habetur. Dioscuros sic felicibus nauigasse auspicijs, ut nautarum dij habiti sint. Theseum, ut reliquos Athenienses, in ea præstitisse, auctor nobis est Plutarchus. Orpheus uerò Argonautas inter recensetur. Itaq. his rationibus effictam in Apollineis foribus historiam nauigationis eiusmodi prænuntiam, & indicem fuisse crediderim, quã poeta fabulæ inuolucro per descensum Aeneæ ad inferos indicauit. uti recentior poeta Torquatus Tassius ante Armidę regiam inextricabilem in forib. affabrè sculpta dixit, quę argumentum eorum prębere possunt, quæ iuueni in regiam ingressuro, uel in eos potius uoluptuarios compedes se daturo euentura erant: ait enim.*

Mirasi quì fra lasciuette ancelle
Fauoleggiar con la conocchia Alcide.
Se l'inferno espugnò, resse le stelle,
Hor torce il fuso, Amor sel'guarda, e ride.
Mirasi Iole con la destra imbelle
Per ischerno, trattar l'arme homicide.



Actio

Actio una in Aeneide Virgiliano carmine indicata. Aeneidos initium male immutatum à Mattio idem quàm preclarum, ut & illud Tassii. Vox pius in ambobus quid. rex Homero Pastor, Virgilio, & sacris Pater. Vindicatus à Mazzonij calumnia Virg.

Saty. XX.

QVANDO *Virgilio opera dari cœpta est, non interrumpatur. Bononiæ nuper primi subsellij vir, cuius ob omnigenam litterarum scientiam, & suauissimos mores amarim ego potius latus, quàm Ariminense omne littus, persuadere mihi frustra conatus est, iussisse Virgilium Aeneida comburendam, quoniam Homerum imitari professus demum ex Aristotelis legibus sub vnam actionem eam cadere non posse vidit, cum demum nunc nuper Mattij opinionum libellus in manus incidit, qui cap. 4. Tuccam illum commendat de abscissione anacephaleosis, de qua nos Saty. 1. & ad euitandum, duplex ne appareat actio, audacius se prudentiorem Virgilio uenditans, ne arma impedimento sint, ea plumbeo gladio abscindit, atq. ut Caligula Iouis amputato è signis capite suum apponebat, sic ille hoc suum nouum illi affigit.*

Dic mihi Musa virum, Troiæ qui primus ab oris.

In quo ego illum non sine multorum risu operam lusisse reor suam: nam si Aristoteles in libello de poeticis præceptis utrunq. Homeri poema maxime commendat, quòd simplicem actionem complectitur; & si enim errores Vlyssis recenseat à discessu à Calypsone, quoadd domo. & vxore potitus est sua, in eo tamen una est actio, vel forma unitatis fabulę, quòd quicquid factum, & erratum est, illius

consequendi gratia est factum, Vt Aeneas cum patriam suis reposuerit, ut pius, uide ut in patriæ repositione habes actionem, in ut pius personam nouam semper sui similem: quęcunq. enim in Troiano excidio, & ab excidio multis etiam conditis urbibus ignoratione oraculorum errans, & in Italia bellando egit, hæc omnia ad unam hanc patriæ, & mansurę urbis repositionem spectant. unde illa ad Appolinem unicam hanc actionem exprimentia libro sexto.

Da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros.

& lib. 3. Da genus, & MANSVRAM VRBEM.

nam & si maximus hic Heros apud Pausaniam libro 3. *Etiadem urbem, Aphrodisiadem, & Sidam: apud Dionysium lib.* 1. *Aeneã in Pallene Thracię peninsula, & in Italia Lauinium; apud nostrum unam in Thracia, alterã in Creta, tertiam in Sicilia, quartam in Italia, & apud Lycophronẽ triginta vrbes condiderit; tamen solum Italica debita erant fatis mœnia, in hisq; considere debebat, ad huiusq; perpetuæ, & mansurę urbis repositionem uniuersa actio reuocatur. quod prestare solum posse uidẽs poeta, Aeneam ab æncin ductum nomen cognoscens, quod significat ab omni partę laudandum, secum animo contemplatus, qui cuiusq. uirtutis sit finis, quod alij obiectum dicũt, illumq. demũ esse sentiens omnium preclarissimum, & eminentissimum, quẽ habet uirtutum omnium regina pietas, cum ipsius actus in Deo præcipuè colendo, & uenerando, deinde uerò in homine iuuãdo existat; uidensq; vnd, vt qui hæc duo præstat, omnia penè præstitisse dici potest, dũmodo rem forti animo aggrediatur, & exequatur; pietatem ubiq. fortitudine condiuit, sentiens hanc virtutem*

esse

esse in Utraq rerum pagina euoluenda constitutam, hæcq. omnia adhibentes per antonomasiam Viros dici, à quibus uirtus ipsa nomen mutuatur. qualis re uera in sacris litteris dicitur fuisse Heros ille, de quo legimus. Vir erat in terra Hus nomine Iob.

Itaq. per periphrasim noster proposuit eximij operis initio.

ARMA, VIRVMQ. *Virum nempe fortem, Heroem. Quem alibi delineauit coloratius.*

Troius Æneas pietate insignis, & armis. & quo iustior alter Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.

ideoq etiam cognomento pium uel vicies ad minimum, appellauit; alicubi quidem tanquam aliquem pietatis gradum præstantem, primum quidem in deos, mox in patriã, parentem, liberos, vxorem, ciues, amicos, etiamq in inimicos; interdum verò id adhibens loco tibicinis, & ornatus, nec necessariò in nostratem sermonem Vertendum: non enim ij mihi faciunt satis; à quibus ubiq. pius Æneas redditur Il pietoso Enea. præsertimq. lib. 8. de sue alba,

Quam pius Aeneas tibi enim, tibi maxima Iuno Mactat sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.

vbi Carus Tosto il pietoso heroe col gregge tutto Al'altar la cõdusse. *hodie enim vulgò hæc uox pietoso significat, quem dicimus misericordem, clementem. quod non Ubiq conuenit, cum & Tigris, & atheos, & hodie apud nos Turca misericors esse possit, etiamsi sit impius, quare redderem uerbis significantibus Heroem, optimum ducem, insignem principem, uel nomine non mutato il pio Enea, aut alicubi tanquam solum ornatus causa additum omitterem, Idemq. seruarem in uoce pater, quam Vel*

terdecies adhibuit loco pastoris Homerici epitheti, quo etiam Hieremias cap 10. insigniuit regem, ut etiam Esaias cap. 44. Cyrum, item Ezechiel, quem etiam Cyrum patrem à suis uocatum ait Suidas. Quin, ut sæpius noster utitur uoce patris, pro nomine dignitatis, Hebræorum more, apud quos præcipuè Regum lib. 4 cap 2. Eliseus de Elia inquit, pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. ut noster lib 5. Quidue pater Neptune paras? & Tum pater ipse manu magna Portunnus euntem Impulit. & 8. fortia corpora volues Tybri pater? & lib. 7. Odit & ipse pater Pluton: loquitur enim de Alecto noctis, & Acherontis filia. Sic dicerem, usum esse hac uoce pius, tanquam nomine præstantię, & dignitatis cuiusdam, eo consilio ei tributæ, quòd quisquis in Deum est pius, & religiosus, in homines clementem, & beneuolum, eisdemq. benignè facientem se præbeat, necesse est. hincq factum crediderim, ut cum Tassius Solymeidos initium fecisset.

Canto l'armi pietose, el capitano. deinde prudenter immutarit (& si non nulli magis suo, quàm Tassii tribuentes iudicio, mutatione non delectentur)

Io canto l'armi, el Caualier sourano.

Sic certè totum ad Virgilianum principium effingens, non ut quidam putarunt, quòd humilius caderet uox illa el capitano; sed quòd uox pietose non id, & tantum exprimebat, & exequebatur in propositione, quod voluisset, & debuisset. quare hac uoce integra conseruata, & non mutata usus est Virgiliana imitatione ad minimum quadragies. Pio Goffredo, Pio Buglion, Pio guerriero, alijq; Christiani proceres, & eorum funebres pompæ eiusdem hac appositione-

positioni nominis orn. ntur, qua nec athei os nec Turca ab ipso, aut alio quolibet dignarentur, quos impios esse constat. quare lib. 9. Cosi aal guerrier pio *distinto è l'empio.*
Vn destinato ai corui, l'altro al tempio.
Ut ex antitheto agnosceres, quem meruè nostrati sermone strictiori acceptione vocemus pio, cum & nomine, & significatione huic opponatur magis hac uox impius, & non misericors. & quanquam apud eundem Tassum legitur non procul a principio
E de pietosi heroi l'impresa, e l'armi,
& lib. 21. Ecco de tuoi l'armi pietose, e l'arte.
id dictum est non de primo pietatis gradu, sed de miseratis Christianorum hominum seruitutem, & sacrorum prosanationem, Illud uerò,
Non prouar la pietà di quel pietoso
I st exulis Ricardi non sine felle, & diminutione glorię Gotthifredi
Vide igitur quam praclara hac sit Actio in Aeneide, & quam egregiè summus poeta eam exordiatur, & si merita eam priuare laude hodie Iacobus Mazzonius non dubitauerit lib. 3. in Danthem cap. 59 commendans enim Homerum, quòd non ante errores Vlyss.s recensendos est aggressus, quam omnes eius perierint socij, ut lectores admiratione compleret uidētes Vlyssem socijs orbatum & omnium egenum unū tamē reperisse necandi procos, patriçq. & uxoris recuperanda, Mantuanum nostrum uatem poeticam hanc artem Homeri non cognouisse inquit: quoniam in Italiam Aeneam suum deducit armatis instructum copijs, nec uidet, ait unum non futurum, ut imperator exercitum auxilijs etiam indigenarum, aliā uincat nationem

strenuam licet, & inuictam. Verum, si cuiq. est liberu dicere, quod sentit, is certe de prudentissimi uiri iudicio modico cum iudicio egit: ad procos enim lasciuum, & luxu perditum genus superandos uiri unius fortis, & prudentis robur, & astus satis fuit. quæ enim contra illiusmodi ganeones, scortatores, & nebulones parandæ erant acies? cũ præsertim uxor ei tulerit suppetias? agnito enim arma ad eos necandos ex armamentario deprompsit. Verum ad uniuersum Latium, quod contra Aeneam conspirauerat, superandum, non unius imperatoris uirtus alioqui bellicis in rebus spectatissima, Troianis tantum septa armis satis erat, sed à Pallanteo, & ex Etruria etiam auxiliares copiæ erant accersendæ. Noster itaq. prouinciæ prouinciarum omnium reginæ omnino bellicosissimæ paucis comitatum domitorem confingit Heroem suum uera uirtute, & fortitudine omnia metientem, Homerus uerò fraude, & dolo omnia molientem de asotis, uentriq; & veneri tantũ natis tanquam de lasciuo grege Vlyssem suum triumphum agentem inducit. Quamobrem uide in hoc qui lynceus, & qui uerè cæcus fuerit.

Nuptię Romanis cum Latinis, & Barbaris non permissæ, sed neq. Athenienfibus, & Hebręis cum externis, nec item Troianis. Virgilij, & Horatij loci expositi. Mulieres causas belli plurimis.
Saty. XXI.

A*CTVM agam, si veteribus Romanis nuptias iure non contractas existimari solitum dixerim, quæ non aut inter ciuem Romanum, ciuemq. Romanam, susciperentur,*

perentur, aut quibus princeps populusue ciuitatem, uel connubium non permisisset, nisi tamen Grammaticos auctorum locos explicaturos repetita hæc crambe non iuuaret. Pergam igitur, & illud asserens, quòd nec erant etiam legitimæ inter Romanos, & Latinos ante Antonini constitutionem. quas tamen leges summo cum probro violare multi sunt ausi, idq. est, quod docet Horatius lib. 3. od. 5.

Miles ne Crassi coniuge barbara
Turpis maritus vixit? & hostium
Prò curia, inuersiq. mores,
Consenuit socerorum in armis
Sub rege Medo Marsus, & Appulus?

Quare demum cum turpitudo hæc inualesceret subsecutis temporibus, Theodosius sanxit, non modo ut Romanis, sed ne cui etiam prouincialium cuiusuis ordinis, & loci cum barbara uxore foret coniugium. ut lib. 3. Tit. 14. de Nupt. quin ita concepti, & nati in patriâ potestate non censebantur, matresq. sequebantur potius. Hinc q. interdum legimus ius Quiritium feminis esse impertitum, hoc est ciuitatem Romanam & ius connubij, ut quippe editi ex eo matrimonio ciues Romani tamen haberentur. quin idem & ante seruatum cognoscitur ex argumento eo Ciceronis in Topic. à consequentibus. si mulier cum fuisset nupta cũ eo, cum quo connubium non esset nuntium remisit, quoniã qui nati sunt, patrem non sequuntur. quin si externo promissa, & desponsata fuisset filia, promissis stare non cogebatur sponsor. quare Seneca, lib. 4 de benef. promisi tibi filiam in matrimonium postquam peregrinus apparuisti; non est mihi cum externo connubium, eadem res me defendit, quæ uetat. Itaq. Vlpian. de reg. Iur. Ti. 5.

connubium habet Romani cum ciuibus Romanis, cũ Latinis autem, & peregrinis si concessum sit. Apud Athenienses etiam non nisi inter se instas nuptias contrahere licuisse ait Demost. nothiq habebantur, qui non ambobus Atheniensibus parentibus nati essent, ut inquit Plutarch. quanquam cum lue, & bellis exhausta esset ciuitas, ad sobolem reparandam, & propagandam sanxerint, ut vrbanam quidem vxorem ciues ducerent, tollereq. ex altera interim possent liberos. quare & si non Atheniensis esset, culpatum tamen ob id scimus Alexandrum, quòd toto penè subacto oriente Rhoxanem Satrapis barbari filiam uxorem duxit è captiua geniturus, qui uictoribus imperaret. externę etiã nuptię Hebręis non permittebantur, quare Dominus pręcepit filijs Israel, ne contraherent matrimonia cum mulieribus Chananeis. quin nec Troianis, qui barbari habebãtur. quare Horatius lib. & od. 3. Ilion, Ilion fatalis incestusq. iudex, & mulier peregrina uertit In puluerem, de quo non modo aperte Maro culpauit Antonium lib. 8. sequiturq. (nephas) Ægyptia coniux. *sed quoniam hic (ut inquit Plutarchus in Antonio) duas eodem tempore adiunxit, quod antea Romanus nemo fuerat ausus, moxq. ciuem, & legittimam coniugem in non legittimæ gratiam non repudiatam reiecit, hinc fit, ut putem, quòd. & si Cumęa uates inquit.*

Causa mali tanti coniux iterum hospitą Teucris,
Externiq. iterũ thalami, *sciamq. ad Helenæ illegitimas reuocnadum nuptias, tamen hic clanculum more suo Antonium carpit, resq; optime conuenit: nam Cleopatra coniux erat iterum hospita Teucris, ijs nempe de quibus Dionysius lib. 1. ex Homero,*

Impe-

Imperitabit .n. Teucris (Romanis) Aeneia uirtus,
Et nati natorũ, & qui naſcentur ab illis,

Miſcens ſe primum cum C. Cæſare, ex quo Cæſarionem ſu ſcepit, mox cum Antonio.

Quare meritò Athenæus lib. 13. mulierum cauſa multa bella excitata, damnumq; & perniciẽ urbibus importatã refert. Herodotuſq. ſuæ hiſtoriæ initio quędam attingit. Heſiones enim cauſa Hercules Laomedontis tempore Troiam obſedit. peſtilentia laborarunt Greci prope Ilium ob raptam Briſei filiam, cuius etiam cauſa Græcis iratus Achilles à Troianis eos opprimi, & in naues ipſas ſæpius reijci paſſus eſt. Thebanum bellum cum Phocenſibus per decennium ob raptam à Phoceo quodam Theano Thebanam genere, Cryſæum etiam bellum contra Phocenſes ad totidem annos ob Megiſtonem Pelagontis raptam filiam, & Argiuorum filias ex Pythij ſacello redeuntes. Cambyſes etiam Aegyptijs intulit bellum, quòd Amaſis Aegyptiorum regis filiæ loco Nicetim Apriẽ filiam acceperat. Vnde illud Horatij veriſſimum

Et fuit ante Helenam cunnus teterrrima belli
Cauſa.

Coniectanea de apparatu triumphorum Cęſaris apud Velleium. Olympiadem quatuor, aut quinq. annis conſtitiſſe quomodo accipiendum, Saty. XXII.

HAEC inter proxima de Cleopatra petijt à me Paulus Antonius Caeculus Medicis in rebus egregiè, & in humanioribus bene verſatus litteris, quid ſibi uelit Genebrardus Cronologus lib. 2. in his de Cæſare. Triumphum

phum egit Alexādrinum Testudine, Ponticum Acantho: Gallicum Citro: Africum Ebore. Hispaniense ex argento fossili constantem non dissimulaui id a me nō obseruatum, moxq́; me ad historiæ monumenta referens cognoui, Cęsarem anni Unius curriculo triumphos egisse quinque, fuisseq. apparatum, dixit Velleius lib. 2. Alexandrini Testudine: forsan quòd tecto consilio victoriam eam suffuratus esset: id enim apposita alicubi testudo indicat, pręter moram, qua delectabatur cum celeritate copulata: notum enim eius uerbum. Festina Lente. unde & Cæsarum infantes testudineis aluеolis ablui soliti, ad idem forsan auspicandum. vel forsan, ut cum imbelli populo sibi rem fuisse ostenderet, qualem etiam eum uocat Maro Geor. 2.

Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.

non Parthum, ut Turneb. lib. 21. cap 9: nam hic inuictus fuit, sed Aethiopes, & Aegyptios quos & coloratos uocat eodem opere.

Vsq coloratis amnis deuexus ab Indis.

ut & Hyginus Indiam superiorem appellat Aegyptum, quam ut per latentes oras Horatius.

Et latentes Classe cita reparauit oras.

& per latebrosa flumina Maro lib. 8. & ille.

Aegyptum petijt, latebrasq. latrantis Anubis.

sic & ipse per testudinē forsan delineauit. & scitè quidem: nam testudines in mari pręcipuè Indico magnę, & multę sunt Plinio lib 9. cap 10. Pontici apparatus Acanthus fuit uel quòd ea herba peculiaris Ponto: vel loci, credo, referens asperitatem: quòd acanthas spinas dicunt. Gallici Citrus; ut sibi cum militaribus, & pugnacibus copijs rem fuisse indicaret: citratas siquidem vestes Iulius Capi

tolinus

tolinus in Pertinace uocat militares, quos virgatos sagulos, ni fallor, uocat Maro lib. 8. de Gallis loquens.
Virgatis lucent sagulis. *siquidem citrosas uestes ab citri similitudine dici censet Festus. Vel forsan, quòd flauo, & citreo sint colore: unde ibidem Virg.*
Aurea cæsaries ollis, atq. aurea vestis. .i barba.
Africani uerò ebur fuit, quòd Elephantis, ut India, affluit Africa. & quòd hoc animal tardigradum illud mihi exprimit, quòd Cæsar in Africa cum callida, & versuta gente acturus redditum se dicebat cunctatiorem. Hispanicus uerò argento rasili constitit, quoniam in Hispania uberrimę sunt argenti fodinę, & metallorum omnium fœcunditas tanta, ut meritò Possidonius Hispanię subterranea Pluton ipsum opulentię deum inhabitasse dixerit. Hęc uerò oĩa foliata esse potuerunt intersito auro, aut argẽto. Et laurum licet reliqui in triumpho solum nominent: meminerunt hi tamen de re nobiliori, reliquis ornamentis, quę alicubi per lemniscos, & lemniscatas coronas accipimus, silẽtio inuolutis: sic .n. & si in Olympicis olea, in Pythijs lauro, ut inquit Lucian: in Isthimys pinu: in Nemeis populo coronarentur; Pindarus tamen uictores aurea corona insignitos canit: quòd quippe aurũ esset ijs insertum. quòd & Vitruuius lib. 9. videtur agnoscere, & colligi potest ex Appuleio, vbi de Olympionica in his. Ibat tertius attollens palmam auro subtiliter foliatam.
Sed quando de Olympicis sermo incidit, addam, Olympiadem quinq. annorum spatium significasse Ausonio, & Ciceroni prę sertim in his de orat. in maxima illa quinquenali celebritate ludorum. cuius deinde loco Indictiones substitutę sunt Theodosii maioris, uel Constantini Imperatoris

toris ętate. Verum cum Solinus inquiat cap. 2. Ita sex medijs olympiadibus intericctis, quibus singulis anni quaterni imputantur, & paulo infra. quater ergo multiplicatis sex, & ducentis olympiadibus erunt anni octingenti uiginti quatuor. in hanc uenio sententiam annũ olim apud Romanos decem fuiße mensium, ut idẽ infra cap. 3. uel quarto quoq. ãno nostrati fuisse ludos celebratos, quinti initio, uel quinquagesimo quoque mense, cũ per dies triginta ãte, post lunæ undecimam quintadecima tenus, si credimus Cœlio lib. 13. cap. 17. exercerentur, qui mensis quinquagesimus Parthenius, uel Apollonius dicebatur, ut inquit Pindari interpres, velut etiam Licophronis scholiastes quinquaginta lunaribus mensibus constitisse asserit. hæc ne pili quidem facerent dictiores: & si Olympiadum rationem difficillimam, & implicitã non denegct Gerebrardus quare de his admonuisse adolescentes, & alios quosuis non erit inutile.

Venatores Dianam, & Apollinem inuocasse. Virg. expositus. Saty. XXIII.

S*I meritrices, & leno apud Plautum in Pænulo Veneri uota faciunt, quę olim in Cypro meretriciam summo quæstu exercuit, Poetæq. Musas, & Apollinem Poeticæ artis auctorem inuocant: nam exametrum Delphici Apollinis inuentũ ait Plin. lib. 7. quare Valer. Flac. li. 2.*

Phœbe mone, si Cumæ mihi conscia vatis
Stat castę cortina domo.

Quid mirum, cum venatio inuentio fuerit Apollinis, & Dianæ (ut Xenophon statim ipso initio libri de Venatione)

si non

si non modo Gratius, qui Augusti tempore floruit, de Venatione scripturus inquit.

Dona cano diuum, lætas venantibus artes
Auspicio Diana tuo. *sed eidē etiā Virgilianus pastor sic uouet.* Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus.
Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.

Et Nisus ab Hyrtaco patre eidem dona lata inquit si qua pater Hyrtacus aris Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi. *& Aruns uenatorio more dolis excepturus Camillam sic precatur.*

Sancte Deum summi custos Soractis Apollo,
Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis.

Troianiq. lib. 3. ad Strophades delati in bouum, & caprigeni pecoris prędam, partemq. uocarunt nō modo, reor, Iouem cognomento prædatorem: sed ipsos etiam uenationis deos auctores Apollinem, & Dianam: inquit enim, & diuos, ipsumq. vocamus In prædam, partemq. Iouem. *vt idem Gratius etiam* In partem prædæ veniat comes. *nam certe Xenophon eodem libro cap. de ornamentis canum. sumptis, inquit, canibus indaginem subeat, & implorato Apolline, & venatrice Diana, ut uenationis participes faciat, unam ex canibus soluat, quæ uestigandi peritissima sit.*

Iuuenalis locus correctus, & expositus aliter, quàm à Titio, Villiomaro, Scaligero, & alijs. saty. XXIV.

I*VVENALIS locus Satyra. V.*
Tu scabie frueris mali, quod in aggere rodit
Qui tegitur parma, & galea, metuensq. flagelli
Discit

Discit ab hirsuta iaculum torquere capella.
torsit adeo Calderinum, Britannicum, Vallam, Mancinellũ, & Merulã, ut eosquouis nomine mihi obseruandus Robertus Titius contr. lib. 7. cap. 2. prorsus ridendos asserat: exponens potius allusum ad morem infantum, qui in hircis equitantes iaculum torquere discunt. quod tamen cachinno excipit Villiomarus infantis non esse inquiens equitare, & iaculum torquere, sed adolescentis. proindeq. asserit Capellam fuisse Campidoctorem, ut etiam Ioseph. Scaliger. sed tamen si hunc Campidoctorem eum accipit, quem nos hodie dicimus Mastro di campo, uilioribus penè subijcit, quàm Homerus Achillem coquinariam exercentem. At ego, ut me ridendum præbeam magis, locum prorsus corruptum, Iuuenalemq. hęc scribentem Maronis uersus eos habuisse in animo crediderim, qui sunt lib. 7.
Teretes sunt aclides illis
Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.
Teretesq. huiusmodi aclides mihi sunt cuspides oblongę quasi acides ab acie, & acumine, quibus asperabantur summa ulmorum. corylorumuè, quæ idem etiam flagella uocat in Geor. suntq. uirgulis ijs acuminatis similes, quib. hodie pharetras suas refarciunt Turcę. quanuis Turnebo lib. 30. Cap. 31. tela sint amentata. & Iusto Lipsio Polier. lib. 4. dubium sit, cur Virg. flagello aptet. an ut summis arborum virgis sint insertę. An ut flagellum lorum sit, & amentum. An ut uinctę loris missę recipi possent, & redire. sed tales ego cateias fuisse puto, de quibus paulo post idem Virgilius.
Teutonico ritu soliti torquere cateias.
hę enim Isidoro lib. 18. cap. 7. Gallica sunt tela propter
gra-

grauitatem non longè euolantia, quæ si ab artifice mittantur, rursus ad eum redeunt, qui misit. in hac q. torquenda cateia se exercuisse censeo tyronē ziziphā comedētem, baccis similiora, quàm malis, castrorum aggeribus precipuè decora Plinio lib. 15. cap. 29. quę Iuuenalis periphrasi ea delineauit.

Tu scabie frueris mali, quod in aggere rodit

Qui tegitur parma, & galea, metuensq. flagelli

idest aclidis, asperatæue cuspide mirti, corni, aut ulmi.

Discit ab ansata iaculum torquere cateia (*sic n. legerem*) *discit quippe certo ferire ictu, & optimus esse iaculator ex crebro ansatę uel amentatę cateię iactu. Quę nisi coniectura placet, ede meliora, & me tot ridendorum adscribe gregi.*

Imbelles, & inepti cur Græcis Pepones; nostris Meloni. num hi fructus olim fuerint pręter Plinii, & Mercurialis sententiam. Saty. XXV.

MIRVM *est, quàm non nulli integra in sua perpetuitate constent mores. imbelles, & nullius pretij homines olim pepones appellarūt Gręci, si illa sunt Thersitę apud Homerum* Opepones, mala probra, Achaides, non Achiui. *& Agamemnonis ad Menelaum fratrem Adresti hostis stultè miserentem, quem interficere debuisset potius, incommoda à Troianis accepta reuocans in memoriam.* Opepon, ò Menelae. *quales hodie homines in aliqua Italię parte dicimus Meloni. Mirum quod esse potest omnibus, qui unq. in Caniculari æstu, quo nunc ardemus, ambrosium horum fructuum*

um odorem, & nectareum saporem norunt, nisi dicant, cũ pepon generatim significet maturum, vt apud Aeschylũ. mollior pepone fico. & apud Atheneum lib. 2. cap. 31. Cucumis pepon, idest maturus. quare Plinius de cucumi. cum magnitudine excessere, pepones uocantur, cum enim in quam maiorem potuerunt excessere magnitudinē, tum sola ijs superest maturitas. asserantq. etiam, ut cum speciatim eadem uox pepon huiusmodi fructum significet, quem nostrum aliqui, prisco penitus nomine retento uocant Pepone, & alij plurimi Melone, huiusmodi metaphora ab Homero & nostris sumitur ex ijs, quib. ob nimiam maturitatem nihil esse potest flaccidum, & insipidum magis; ut contra cum ijs, qui tempestiua sua fruuntur maturirate, suauius degustetur nihil, apud Apollonium Rhodium notãt scholiastę, & Eustath. in Homerũ, ut obseruauit etiam Cælius, O pepon eße pro dulcissime, & amicissime. & apud Aristophanem eadem uox est translata pro re apta, & oportuna, apertissimè dignoscitur, non de nihilo eos transtulisse, sed ijs, ut nos hodie solemus, usos esse suauissimis. cuius rei nobis auctor esse potest Atheneus, qui lib. 1. cap 27. inquit, ut Atheniensis populus non delectabatur uinis Pramnis, sed Antosmia, & Pepone nectareo, Iouis quippe epulis interesse digno, ut noster certe est. non enim in Plinij eo sententiam, qui de Cucumi agens lib. 19. cap. 5. Ecce, inquit, cum maxime noua forma eorũ in Campania prouenit mali cottonei effigie forte primo natura ita audio unum natum, mox semine ex illo genus factum, melopeponas uocant. Non pendent hi, sed humi rotundantur, mirum in his preter figuram, coloremq. & odorem, quòd maturitatem adepti,

quanquã

quanquã non pendentes statim à pediculo recedunt. quod postremum nulli alij cucumerum generi accidit. Nam præter auctorũ veterũ locos eos olim fuisse indicantes, hoc etiã videtur rationi consonũ, & verissimũ cuiq existimã dũ, ut quæ sunt bona, ab ipso rerũ primordio optima edita fuerint, quanquam neglecto cultu intercidere, & mangonio potiora fieri potuerint. quod præsertim huic generi cucumis accidit, in cuius semina hęc Virgiliana Georg. 1. appositè posse cadere videntur.

Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, ni mens humana quot annis
Maxima quæq. manu legeret. *& alibi*
Pomaq. degenerant succos oblita priores.

censeat quicquid velit prudentissimus Mercurialis dè horum præstãtia ueteribus nõ cognita, sed cultura acquisita, ex citruliisq; per mangonium hos ortum duxisse suspicetur.

Imbelles feminas, fortes mares dictos poetis, eosdemq. fictos mentulatissimos Saty. XXVI.

PEPONES *dicens Achiuas Virgilianum exciuit Numinum ad hæc* O Phrygiæ neq. n. Phryges
& Ariostum Ci hauesse scorto per più uil putane,
Che da conocchie mai trahesser lane.
Et Tassium lib. 23. sub Argantis persona.
E si tosto cessando hor sete stanche
Per breue assalto, ò Franchi nò, ma Franche.
contraq. monuit Horatium, ut diceret.
Tyrtæusq mares animos in Martia bella Exacuit
& alibi. Rusticorũ mascula proles militum. *itẽq.*

Ouidiũ Iſta mares tractent, tu ſpes depone viriles. *Quin argumentum prębuit, ut hermæa præstantium olim litteris aut armis ſine manibus, & brachijs, quales Mercurios fingi inquit Dio lib. 54. omnium effinxerint mentu latiſſimos, quale præſertim Catonis Cenſorij cernitur apud Fuluium Vrſinũ : illud fortaſſe ſpectantes, quòd olim Seſoſtrem Aegyptiorum regem feciſſe nàrrat Herodotus li 2. ut quas nullo negotio cæpiſſet urbes, muliebria in ijs inſculperet genitalia, ut uirilia in ijs, in quibus ſibi cum uiris rem fuiſſe ſenſerat.*

Pietatis in parentes exempla plura, & ſimilia. Virg. expoſitus ſecus, quàm à Naſcimbeno, & Caro. filij cari dicti. Saty. XXVII.

Q*VOD Olympiade octuageſima prima accidiſſe ait Ioan. Stobæus Serm. 27. ut Aetna ignẽ eructante Philonomus, & Callias Catanei patres ſuos apprenſos per mediam flãmam extulerunt, ſpretis reliquis opibus diuinitus auxilio accepto, quòd ignis ipſis currentibus ea parte diuulſus eſt, quà ingrediebantur. idem Aeneæ accidiſſe canit Propertius.*

Cum pater in nati tremulus ceruice pependit,
Et verita eſt humeros tangere flamma pios.

& Ouidius. pietas ſpectata per ignes
Sacra, patremq. humeris, altera ſacra tulit.

& ibid. Innocuum uicto cui dedit ignis iter. *& 1. de Ponto* Cũ foret Aeneæ ceruix ſubiecta parenti,
Dicitur ipſa viro flamma dediſſe viam.

& ſi id accidiſſe dicat Maro de Priami regia deſcendenti.

Deſcendo

Descendo, ac ducẽte deo flammã inter, & hostes
Expedior, dant tela locum, flammęq. recedunt.
Quanquam & eũ etiã è flammis eripuisse gloriatur lib. 6.
Illum ego per flammas, & mille sequentia tela
Eripui his humeris. *quare apud Dionysium Halycarnasseum lib. 1. Sophoc. in Laocoonte. Nunc in porta est Aeneas deę filius humeris baiulans patrem. Aelianus Var. hist. lib. 3. Optione ait, Graecis facta, ut Troiani aliquid de rebus suis asportarent, Aeneam penates deos accepisse, secundo verò loco eadem optione iterum data, patrem sustulisse humeris. & Q. Smirnaeus lib. 3. Omnia posthabuit suo patri, & filio: nam hęc nox declarat, illum esse admiranda in patrem pietate, & inculpandum filio patrem. Itaq. ad hanc Aeneę pietatem commendandam C. Caesar, qui se oriundum dicebat ab Aenea, in argenteo nummo eum excudẽdum curauit patrẽ humeris ferẽtem, & manu Palladium litt. Cęsar. quo etiam modo expressus uidetur M. Herennius, ob pietatem similem in patrem, & L. Oppius ciuis Romanus, qui patrem à triumuiris proscriptum mendici habitu seruauit, transferens in Siciliam ad Sex. Pompeium. apud eundem Stobaeum Iulius quidam refert de Agaue in hęc uerba. Cadmum assumens Agaue misera exibat patrem suum trementem gestabat humeris, confectum senio, & onere premebatur honesto. apud Herodotum lib. 1. Cleobis, & Biton Argiui matrem plaustro extulerunt ad Iunonis templum. Aelian. de hist. animal. à Ciconijs patres senio confectos ali, & ad ualetudinẽ exercitatione conseruandam humeris hac, illac circumuectari asserit. Pietatem filiorum in patres spectauit Annibal Carus uertens illud libri primi Aeneidos.*

Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.
Ch'in Ascanio mai sempre intento, e fiso
Sta del suo caro padre ogni pensiero.

Sed de puerulo curam patris suscipiente dictum nō placet: cum satis, & super notum sit, filios nec in amore quidem, ne dum in cura re ponderé parentibus, quorum cura filij ipsi propriè sunt, quare illa de Aenea legimus. Veneris iustissima cura, *& de Ascanio* puer mea maxima cura. *Vnde mos inualuit, ut filij in amoribus, & delitijs esse dicantur parentibus, iidemq. iocundi appellentur, sed non contra patres in amoribus, & delitijs, iocundiq & curæ eße dicantur filijs. Vnde noſces uim illorum uerborum in sacris. & delitiæ meę esse cum filijs hominum. Quin carorum appellatione proprio epitheto accipiuntur liberi, ut Gręci Philla appellant. unde iocus Plautini parasiti. Menecm. domi domitus fui usq. cum Caris meis. Ratio uerò hinc elicitur, quòd cariores nobis sint liberi, quàm parentes, quoniam Zopira quędam, uel semina ęternitatis nobis sunt insita, quam cum per nos comparare nequeamus, in patre enim desinit, quod incipit in filio (inquit alicubi Scaliger) generis propagatione aßequimur. Itaq. demum apud Virgilium exponerem per hypallagen.*
Omnis in Ascanio caro stat cura parentis.
nam quòd Nascimbenus inquit, omnem filij curam suscipit carus pater, nemo reor, sic loqueretur. Quàm uerò cari parentibus sint liberi, hoc probare libet exemplo petito à fera, quæ est in Florida Galliç Antarticę insula, quæ ab indigenis Succarath, à Canibalibus Su nominatur rapto uiuens, ad fluminum littora, quę à uenatoribus agitata filios dorso imponens, caudaq. quam prælongam, & patu-

lam habet tegens sibi, & illis fuga consulit, foueisq. solum capi solet, ut Ambrosius Pareus Parisiensis lib. Chirur. & Theuetus in Cosmograp.

Horatij locus ex Aristotele de tribus præcipuis in amicitia. animi tranquillitatis laus.

Saty. XXVIII.

D*E amicitia & si multi multa obseruanda scribunt, ea tamen, quæ Aristoteles Ethic. 8. scripsit, trib. caussis iungi inter homines, & conseruari amicitiam: utili, delectabili, honesto, omnia uidentur complecti: horum namq. unum si desideretur, ea illico dirimitur. non enim satis est utile spectare: nam quos in amicitia munus, & non gratia copulat, hi amicitiam deserunt, ni semper accipiant, inquit Isidorus lib. 3. de summo bono. si enim, inquit Cic. lib. 1. de nat. deor. ad fructum nostrum, non ad illius commodum, quem diligimus, omnia referimus, hæc non amicitia, sed mercatura quædam est utilitatum nostrarum: sicq. prata. & pecudes amantur. Itaq. meritò etiam Arist. eodem lib. amicitiam, quę ab utilitate, uel delectatione proficiscitur, facile dissolui queri, eisq. minime carere inquit. proindeq. in eadem honestum sit, necesse est quem obrem Platoni in libris de Repub. amicus est, qui uir bonus, & utilis. hocq. uidetur spectasse Seneca in Her. Oetæo.* Decus illud nobis, & præsidium vnicum. *& multò melius Horatius tria ea Aristotelis complexus est lib. & od. 1* Mæcenas attauis edite regibus. O & præsidium, & dulce decus meum. *cuius extrema.* Me doctarū hederę premia frontium Dijs

miſcent ſuperis, *etſi non poſſint non commendare qui non ſunt amuſii, qui tamen non erit atheos maiori efferet laude hæc Syneſii Hymno primo.*

Quid n. vires, q̃d forma,	Dimiſſa ceruicibus.
Quid verò aurũ q̃d fama	Celebris admodum alius ſit
Regijq. honores,	Apud iuuenes, apud puellas
Si conferant cũ curis de Deo?	Nitẽti decore uultus;
Alius arcum bene tẽdat,	At mihi trãq̃llã liceat
Alius aceruos cuſtodiat	Vitã ignotã ducere,
Opum aureas diuitias	Deo autem notam.
Alij verò Deus coma	

De-

Meretricum notæ. Horat. Lucret. & Virg. expoſiti
Saty XXIX.

L*EAENA Corynthi iuxta Laidis tumulum arietem priores inter pedes comprenſum tenens Lydiam eam mihi refert Horatianam* Sybarim amando perdere properantem, *dum apud eam delitet, ab illoq. ſub antro urgetur, ut Pyrrha, quam ſic ſignatis uerbis interrogat poeta lib. 1. od. 5.*

Quis multa gracilis te puer in roſa
Perfuſus liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha ſub antro? *ſic enim luxu perditi adoleſcentes vnguentis madidi ſunt: nam metonymicos pro præcedenti ſubſequens eſt, ut apud Virg. Georg.* 4. liquidum ambroſiæ diffudit odorem. *ſępius enim Heliogabali more in floribus, & roſis ſuas permolunt, ut ait alibi, calcantue, ut Brixiæ in ſepulcro exoletæ ſimilis, cuius*

aſſeram

afferam epigramma ad similiũ dedecorũ maius dedecus.
Valete matronę, matresq. familias. Vixi,& ultra uitam nihil credidi. Me Veneri alumnæ addixi. Quos potui pellexi philtris, & astu. uiro humato non uidua fui,nec mariti nomen adepta. Quæso non inuidete. Portia familia est, Veneris domus, illicium Cupidinum. Caue viator, ne me diu calcatam calces.
Itaq. sub antro Horatius dixit signatissimè, ut qui eadem loca pari ratione uocarunt lustrum, prostibulum, lupanar fornicem: hęc enim dedecora sectantes sunt ueluti pecora, quæ natura prona, & uentri obedientia finxit.meritòq. ijs dantur antra, ut feris belluis. sic enim Megarenses meretrices Sphinges appellatas legimus: quòd humano capite mansuetudinem, leonino verò corpore rapacitatém exprimunt, qualis à Lucretio describitur
Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimera
Eandem formam colligo ex his Virgilij Aeneid. 1.
Cum dabit amplexus, atq oscula dulcia figet,
Occultum inspires ignem, fallasq. veneno.
& Fulgentij Mythologię lib. 3.
Blanda leonino saltu lasciuia amoris
Aggreditur primo, mox ossibus implicat ignem:
Virus at extremo, mens quo perfusa tabescit.
& Salomonis. Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem illius amara, quasi absynthium. nostrisq. in Analect. in VI. Vir.
Scylla mihi est prudens prorsum, illibataq virgo
Cara viris & cara suis, & cara puellis,
Quot quot habet comites. insigne fama p urbem
Esse

Esse pudicitia quam iactat mille parentes
Optauere sibi nurum quam sæpius. Atqui
Hanc vitij malè suada simul pellacia Cyrces
Contigit, infundens animo furiale venenum,
Inconcessa sibi rapuit quo gaudia furtim
Virgineum amittens polluto corpore florem;
Decantata breui mox fabula facta per vrbem
Matribus iniocunda manens, exosa puellis,
Fit subitò, vt canis immunda, insaturata lupæq.
Ora gerens, pernix Delphin ceu piscibus vnquã
Improb. ingluuiẽ haud explet. simul ardua frõtẽ
Exeruit scopulo similis, quem nulla retundit
Vnda minax, sonitusq. maris, tristisq. procella,
Naufragiũ, cunctisq. necem meditatur, & omni
Se prædę accingit, miseroq. intercipit haustu,
Vsq. minax, atq. vsq. procax, atq. vsq. proterua.
Interea trepidant matres, votisq. lacessunt
Sępe Deũ. Ah natus fugiat, quę humana supernè
Ora videt, turpisq. sciat pistricis in imo
Esse vterũ illuuiem semper, rabiemq. vomentem.

Eadem ab rapacitate, & insatiabilitate lupæ dictę, quare Messalina flagitiosum imperatoriæ maiestatis dedecus Claudij Cæsaris coniux cum ancilla pro mercennaria stipe certans cum eam die, ac nocte quinto, ac uigesimo concubitu superasset fessa quidem, sed non expleta Lycisce nomen mentiri delectabatur. ideoq. etiam Socrates apud Platonem in Gorgia Dolium Danaidum esse inquit inexplebilem uoluptatum satietatem, effrenatamq. libidinem, & in Phędro hominem luxuriæ deditum pecudi similem flagitiosum, & impudentem esse inquit.

Nomine

Nomine dignitatis appellandum superiorem, Aeneas cur Didonem proprio appellauit, & Phœbum.

Saty. XXX.

S*VPERIOREM ab inferiori proprio nomine appellari ad contumeliam, & in desperatione obseruauit Seruius. sic Sages lib. 12.* ruit implorans nomine Turnum. Turne in te suprema salus. *Et Aristæus cum dixisset.* Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius Ima tenes, *collegit Arethusa nympha ab eo de crudelitate insimulari matrem in ijs ad Cyrenem*

Tristis Aristæus Penei genitoris ad vndam
Stat lacrymans, & te crudelem nomine dicit.

nam & si nusquam crudelem appellasset, arguebatur tamen sic sensiße nomine eam uocitans. cuius rei non ignarus Virgilianus Ilioneus sic ad Latinum regem, Rex genus egregium Fauni, *& ad Didonem*

O regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem,

& Aeneas Euandrum sic alloquitur.

Optime Graiugenum, cui me fortuna precari.

ut mirũ sit, cur lib. 1. dixerit grates persoluere dignas Non opis est nostræ Dido. *nisi factum dicas, quod viderit prudẽs poeta, Romani generis auctorem dedecuisse subijcere se feminæ, quæ auctor dicitur Cartaginis Romæ vrbis æmulæ, sicq. tanquam aliud agentem sub Aeneæ Genio Romani imperij Romani animi retulisse magnitudinem. sic enim prorsus apud Velleium uir clarissimus Cn. Domitius solus Antonianarum partium nunquam Cleopatram nisi nomine salutauit, quam tamen sæpius reginam uocat Cicero ad Atticum scribens. Quòd si eundem*

etiam

etiam Aeneam culpares, quòd in supplici prece inquit,
Phœbe graues Troiæ semper miserate labores,
Phœbi nomen dignitatis esse reputes: pleriq. .n. à specie, & nitore dictum putant: alij quòd sordibus purget corpora: phœbeo enim est purgo, unde Phœbus Apollo Phornuto, & Apollonij interpreti. alij quasi phobion dictum arbitrantur à luce, & vita, ut idem sit dicere Phœbe, quod purgator, & lucis auctor, sicut & Iuppiter ijs dicebatur, idest iuuans pater.

Syrtes quæ. & prona maria quæ, secus quàm Hortensius, Seruius, & Nascimbenus putarunt.
Saty. XXXI.

AD Massylum gentes se peruenisse dicens Aeneas mihi innuit Cartaginem: nam cum uidisset Cartagine cum Didone ad uenationem ire parans Massylos ruentes equites, eos in urbis partem acceptos conijcere potuit; urbis autem subticuit nomen, erubescens desidiam. ibidem per prætenta Syrtibus arua acciperẽ nõ periphrasim Africæ, ut Nascimb. sed Syrtes prætentis aruis, per hyppallagen: in ijs enim maxime eluctandum fuit. quoniam ubi mare magnum esse, & sæuire uentis cœpit, limum, arenamq; & saxa ingentia fluctus trahunt, aruorumq. referunt imaginem. & ita facies locorum, inquit Salustius., cum uentis simul mutatur: cum enim multis in locis fundus sit paludosus, ac limosus, inquit Strabo, sub æstus maritimos accedentes, & recedentes, euenit, ut multi in breuia incidant, & considant. sicq. prorsus lib. I. Aene.
treis Eurus ab alto
In breuia, & Syrtes urget, miserabile uisu,

Illidit

Illiditq. uadis, atq. aggere cingit arenæ. *ut si dixisset in gratiam Latinæ linguæ, in breuia, quę Græci Syrtes uertere uocantes: ut de Asilo dixit in Georg.* Oestron Graij uertere vocantes. *quasi Græcos Latinis posteriores fuisset impositurus. Breuia enim, quæ Strabo, Polybius, & Iul. Pollux bracra uocant, loca sunt uadosa, ubi minima aqua, quare tertio addit ad expositionem,* Illiditq. uadis, *& quarto.* atq. aggere cingit arenæ. *ut etiam libro 5. hæc duo coniunxit.*

Et primum in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum, breuibusq. uadis. *exponens scilicet quid senserit per uocem* scopulo: *non enim præruptas cautes, & undis extantes, sed latentes ostendit: nam ideo ante dixit.* saxis in procurrentibus hæsit. *quibus contraria prona uocauit maria paulo post: ostendens enim Mnestheum recessisse à scopulo, & uadis inquit.*

Agmine remorum celeri, uentisq. uocatis
Prona petit maria. *non ex alto decurrentia, ut exponit Hortensius: Aeneas enim in saxo, quod non procul erat à littore, frondenti ex ilice metam constituit, & quidem sic faciendum fuit: nam alioqui quæ uoluptas. & animi relaxatio fuisset spectantium è littore? puta igitur, à meridie septentrionem uersus cucurrisse naues æqua semper linea distantes à littore, ita ut sinisterior, & interior pars esset littori proximior, dextera verò in pontum extenderetur. iccircoq. factum, cur Menetes saxa timens ad littus uergentia, ad dexteram libentius concederet: quare reuocabat Gyas metam a sinistra relictam uidens.*

Quò tantũ mihi dexter abis, huc dirige gressum,
Littus ama, & lęuas stringat sine palmula cautes,

Altum

Altum alij teneant, *Mnestheus uerò simulac metam præterijt quoniam uictoriam is assequebatur, qui ea tacta in portum redibat prior,* Prona petit maria, *non uicina littoribus, ut putauit Seruius, illud, ni fallor, spectans quòd à littore recedens semper altius intumescit unda, sed uergentia ad dexteram, ad undas pelagi: ex littore enim, ut Pisaurensi sub monte, procurrebant in mare cautes. neq. prona inferiora accipe cum Nascimbeno, ad differentiam Sergesti, qui superiora, idest scopulo uiciniora peti uerat: nam iam quidem recesserat à scopulo, sed prona cursum præbentia faciliorem, ut quæ non impediebantur saxis procurrentibus. quòd & ipsemet poeta interpretatur subiungens,* & pelago decurrit aperto.

Pyræ altiores nobilitatis argumentum. ara pro termino, & altiore loco cur. quibus Virgilius, & Strabo illustrantur, & Solinus, de cuius sententia, & Virgiliana ambigitur. Saty. XXXII.

QVANTO quis nobilitate, aut strenuitate cæteros antecibat, eò sublimior ei extruebatur pyra, *quare Homerico Patroclo pyram fecerunt centum pedũ utrinque, quam excedere conatus est Alexander in gratiam amicissimi Hephæstionis apud Dionysiũ Halycarnasseum lib. 2. Sicinium honestissimè elatum, rogumq. maximum ei egestum fuisse leges. ut apud Senecã Her. Oet.*

Aggeritur omnis silua, & alternæ trabes
In astra tollunt Herculis angustum rogum.

Troianiq. Miseno lib. 6. Aen. aram sepulcri
Congerere arboribus, cæloq. educere certant.

aram

aram enim eminentiorem pyræ partem dixit, sumpta meta phora ab ara maiori in templo, ad quam quasi per scalarum gradus acceditur. quare de Didone ad pyræ fastigium euecta lib. 4 Aen.

Sic effata gradus euaserat altos

& libro primo Aen. ut ab eadem eminentiore in templis ara metaphoram duxisse uideretur, simul ac dixit,

Treis Notus abreptas in saxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali medijs quæ in fluctibus aras,

addit Dorsum immane mari summo

non modo quòd ijs in locis Pœnos inter, & Romanos ictū est fœdus, quas aras nouem inter Sardiniam, & Africam ideo dixere Propitias, vt omnes asserunt, sed quòd saxa ea sublimiora apparebant, quare ea Romani, & Cartaginensis imperij terminū esse uoluerunt: sic enim aras pro limitibus, & terminis statuebant. quare leges apud Strabonem lib. 3. ut Alexander duæs militiæ suæ aras, & terminos instituit apud extremos Indos, vt Hercules in Oceano Calpen, & Abylā nauigationis suę aras, & terminos esse uoluit. ambigi uerò posset num ab aris ijs nouem Propitijs dissita esset procul ea, de qua C. Iulius Solinus cap. 11. In Sicilia ara medio mari sita breuia diuidit à profundis. nam ad hanc Aeneę naues appulsas Noto credibile est, & si ille poeticè aras dixerit numero multitudinis, cum tres alias inde non procul Eurus ab alto In breuia & Syrtes urget: *Si enim in Syrtes Getulas ab ara dissitas, aut in hanc Siculam ab illis Getulis remotam fuissent adactę, certe non sic facilè in unum cum Ilioneo ante reginam conuenissent postridie. sed tutus abit Poeta licentiore sibi permisso æquiuocorum usu.*

Per

Per æquiuoca Silius, & Lucanus exponuntur. hicq. etiam Galeni ope illustratur. Topographi per æquiuoca enodantur de Adriatico. Saty. XXXIII.

POETICVM *ius in ęquiuocis non ignorans etiam Silius Italicus lib. VIII. verisimile ratus Sænã esse fluuium cognominem Sænę pręclarę in Etruria vrbi, cum Clani, Chiana hodie, inde non diuerso admodum iunxit, aptè quidẽ, nisi Rubiconẽ Flamminię interposuisset in hoc.*
Et Clanis, & Rubicõ, & Senonũ de nomine Sæna.
quem tamen Sennam uocans Lucanus lib. 2 in Adriaticum effundit, esse enim vult Abramus Ortelius, qui hodie dicitur Cesano non procul à Senogallia: sinistrum enim Italiæ littus delineans inquit.

In læuum cecidere latus, veloxq. Metaurus,
Crustumiumq rapax, & iunctus Isapis Isauro,
Sennaq; & Adriacas qui verberat Aufidus vndas.

non quòd quinq. etiam alij in idem ęquor non erumpant: nam ideo hoc spectans Isapim Isauro iunctũ dixit, de quo supra saty. XI. sed quòd propius Adriam flumen, & oppidum Tuscię, siue Piceni Aufidus se in mare egerit. eo quippe loquendi modo, quo Galenus I Aphor. XLVIII. dixit, Vertebrę, quæ in spina habentur. non quòd alia corporis parte sint uertebrę, sed quasi, inquit, ita diceretur. Vertebrę, quibus hoc adest, ut in spina habeantur. sed cum in Adriæ nomen inciderimus, hoc magis sententiam nostram illustrabimus. Quid enim Poetarum miramur liberum genus confusionis nominum in re cognomine, cũ ipsi Topographi eodem utantur, vel abutantur potius? Adria Ptolomæo, quę Atria est Liuio, & Tuscorum

colonia: Plinio, & Straboni lib. 7. oppidum, unde Adriaticum dictum. Torello est in agro Ferrariensi, & dicitur Atri. sed cum alia sit in Piceno Ptolomæo, Straboni, Plinio, Silio, & Mele, ab hac Adriaticum dici mauult Aurelius Victor, patriamq. agnoscit Adriani imperatoris.

Sex poetarum in uno laborantium animaduertendum, qui decorum seruarit magis.

Saty. XXXIV.

NEC *verò mirum, tam ingentes fuisse pyras, cum tantus fuerit lignorum apparatus, ut ijs laterculi cocti fuissent, urbis opus. Homerus Iliad. 23. sic ad uerbũ* Statim quercus altas acuto ęre Incidebāt festini. hæc autē valde sonantes Cædebant. has quidē pō stea percutientes Achiui Ligarunt mulis. *Ennius verò Annal. 6.* Arbusta prealta securibus cædunt,
Præcellunt magnas quercus, excinditur Ilex,
Fraxinus frangitur, atq. abies consternitur alta:
Pinus proceras præuertunt. omne sonabat
Arbustum fremitu Siluai frondosai.
Seneca in Hercule Oeteo
Hinc fagus vmbras perdit, & tota iacet
Succisa trunco. flexit hinc pinum ferox
Astris minantem, & nube de media vocat
Ruitura cautes mouit, & siluam trahit
Secum minorem. Chaonis quondam loquax
Stat lata vasti quercus, & Phœbum vetat
& bis septem post versus
Rapit alta flammas pinus, & robur tenax,

Et

Et breuior ilex silua contexit pyram
Populea silua frōdis Herculeæ nemus. & *Stat. VI.*
Sternitur extemplo veteres incædua ferro
Silua comas. fugere feræ, cadit ardua fagus
Chaoniumq. nemus, brumaq. illæsa cupressus.
Procumbunt piceæ flammis alimenta supremis,
Orniq; iliceæq. trabes, metuendaq. succo
Taxus, & infandos belli potura cruores
Fraxinus, atq. situ non expugnabile robur.
Hinc audax abies, & odoro vulnere pinus
Scinditur, acclinans intonsa cacumina terræ
Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus ulmus.
Visis ambitiosis uide sano cultu leuata Maroni libro VI.
Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex,
Fraxineæq. trabes, cuneis & fissile robur
Scinditur, aduoluunt ingentes montibus ornos.
& Tassius. Caggion recisi da gli acuti ferri
Le sacri palmi, e i frassini seluaggi (*crāt. n. in Idu*
I funebri cipressi, i pini, e i cerri, *mea)*
L'elci frondose, e gl'alti abeti, e faggi.
Apud nostrum, ut hoc addam, Aeneas paribus accingitur armis, non lignaturus preter decorū, ut Achilles Homericus Ili. 9. carnes etiā verub. transfigens, sed aspectu solum alios excitaturus: & si Theodosius apud Claudianū sic moneat filiū. si collis iniquus, Primus ini, siluam si cædere prouocat usus, Ne pudeat sumpta quercū strauisse bipenni. *& apud Herodianū li. 4. Antoninus qnicqd in castris manuū opus desiderabat, occupabat prior. Germanicus Quintilij cęsorū reliqas humaturus sua manu colligere, & cōportare aggressus est apud Tacitū.*

Specie pro genere deffenditur Orpheus, Ennius, Virg. Val. Flaccus, Ariostus.

Saty. XXXV.

ATQVI *diuinaueram, tot inter arbores Grammatica extra septa fore aliquas: cum enim Catoni, & Plinio felices sint, quæ fructum ferunt; infelices verò, quæ nullum edunt: & ex Pontificum ritu quæ in funere, aut inferorum sacris adhibebantur, infelices esse debuerint, nisi dicam, ut re uera dicendum est, speciem esse pro genere, ut cum lib. VI. non dubitauit etiam Cedrum in Italiam tanquam rem familiarem inferre.*

Robora nec cuneis, & olentem scindere Cedrũ.

sic enim etiam Orpheus & si nauem Argo pinis. & quercubus fabricatam dixisset, eandem tamen ex fagis alibi compactam cecinit, ut mirum sit minus, si Valerius Flaccus licet libro primo dixerat.

Moliri hunc puppim iubet, & demittere ferro
Robora, *tamen paulò infra immutauit.*
Iam pinus gracili dissoluere lamna
Tespiadem, *Et demum eodem libro tanquam immemor sic Aesonidem modum precibus statuisse ait.* tu tantum non indignantibus undis Hoc caput accipias, & pressam regibus alnum. *Vt condonandum sit Ennio, si ex Euripidis Medea peu' in abiegnã trabem transtulit.*
Vtinã ne ĩ nemore Pelio cæsa cecidisset abiegna
Ad terram trabes. *secus enim, si rei veritatem exigis, quid abiete marcescit citius, & ad naues conficiendas utile minus? & ipse tamen Maro in Georg. hanc non respuit.*
& casus abies visura marinos. *qua fortasse causa nuper audax dicta est à Papinio, etsi spectare potuerit;*

quòd altius cælo inserat caput. Qui etiam Maro etsi lib. 2. Aen. dixerat. Sectaq. intexant abiete costas: *infra tamen immutat.* Præcipuè cum iam hic trabibus contextus acernis Staret equus. *infraq. variauit.* Et pinea furtim Laxat claustra Sinon. *ibidem* lætiq. cauo se robore promunt. *quod non mirum, cum Pausanias in Lacon. ex cornu, Petronius Arbiter ex robore, Propertiusq ex abiete confectum equum illum dixerit. sicq. & si lib. 4 de quercu dixit, quod de æsculo*

Aesculus in primis, quæ quantú vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in Tartara tendit.

Ariostus tamen id transferens pino tribuere nó dubitauit.

Ne sta si dur contra di Borea il pino,
Che rinouate ha più di cento chiome:
Che quanto appar fuor dello scoglio alpino,
Tanto sott' terra ha le radici, come

Et tamen Theophrastus lib. 3. de plant. radices inquit, pinus habet uix summo hærentes solo, ut cuiq. etiam facile notum esse potest. quare Poeta huius rei non ignarus dicturus, ut Entellus præ senio uix consistens cum Darete certans conciderat, de quo & ante dixerat. sed tarda trementi Genua labant, & vltro *(ait)*

Ipse grauis, grauiterq. ad terram pondere vasto
Concidit, vt quondã caua cõcidit aut Erymãtho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.

cauamq. dixit vitiosæ alui causa seniũ Entelli respiciens.



Inferi

Inferi nauibus adiri cur dicti. Saty. XXXVI.

AN axagoras Clazomenius apud M. Tullium lib. 1. Tusc. cum Lampsaci moreretur, querentibus amicis, num vellet referri in patriam, nihil necesse est, inquit, undiq; .n. ad inferos tantundem uiæ est. & alter.

Vndiq. recta ibis a'l Tartara, siue ab Athenis
Mortuus accedes, seu magis è Meroe.

Verū tamen inferos nauib. adiri posse censuisse uidet Homer. Odyss. 11. apud quē sic Vlysses Elpenorem interrogat.

Elpenor quis te nobis miserande deorum
Eripuit? quà sub baratrū miser occidis? hem quâ
Præuertis pedes ipse maris per stagna natanti?

Idem sensisse apud Virg. videtur Deiphobus sic Aeneam interrogans. pelagine venis errorib. actus? *secundū eos, inquit Seruius, qui aqua, & aere terram sustentari dicunt. qd præter Geometras Manilius etiā in his ostendit.*

mundus quia totus ab illa Tantundem refugit.

unde fit, vt quarumuis terrarū incolæ suos Antipodes habeāt, eosq. naui inuisere quant: nāq. est inquit ipse in Georg.

Hic uertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus Styx atra videt, manesq. profundi.

Sic enim poetico more Antipodas manium, & inferorum nomine appellat, quod & alijs ostendit verbis. tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps, tantū tenditq. sub vmbras,
Quantus ad æthereum cæli suspectus Olympum.

Quos uersus transtulit ex Hesiodo idem spectante, & si de alio loqui uideatur, Ferrea nam si incus cælo mittatur ab alto,

Vix poterit terram decima contingere luce.
Ferrea mox si incus terra mittatur ab alta,
Tartara vix poterit decima contingere luce.
Hom rusq lli. 8 idem ostendit in his.
Aut illum accipiens obscura ad Tartara trudam,
Sunt vbi sub terris vastissima regna Baratri,
Ferreæ vbi portæ, pauimenta atq. ærea, tam qui
Hac distat tellure locus,quā hæc distat Olympo.
& Lucret. li. 4. Despectum præbet sub terras impe
te tanto A terris quantū cæli patet altus hyatus.
& Apollodorus. Tartarus locus est ad Inferos tenebricosissimus, qui tantum distat à terra, quantum à cælo terram abesse ferunt. quamobrem cum huiusmodi Antipodæ sub fabularum inuolucro qui nam essent, ipse etiam non satis cognosceret Vlyßes, qui Oceanum etiam ideo nauigaße Hesperium dictus est, cum Cyrce dixisset, vada subter
Persephones, stigiosq. lacus prius ire necesse est.
Tunc ille undarum tantum superesse, marisq.
Perdoluit, dixitq. miser qua mortis in antra
Classe ferar? dicta excipiens ait, haud tibi curæ
Sit ducis, hoc tantum, dubijs da carbasa ventis,
Vis Boreę te sponte feret,postquā mare magnum
Tranaris, feret Oceanum quà sponte fluentum,
Persephonesq.virent siluæ,procul ęquore linque
Nauigium, plenoq. gradu sub Tartara tende.
Et Ouidius idem spectasse videri potest sub persona Sybillæ ad Aeneam.
Elysiasq. domos, & regna nouissima mundi
Me duce cognosces.

Quo tempore Aeneas Inferos, & num in somnis inuiserit Virg. Ausonius, & Petrarcha exposui.

Saty. XXXVII.

PROXIMIS *animaduersis, à ueritate iis non alienis, quæ sunt apud Poetam Georg* I.

Cum redit à nobis Aurora, diemq. reducit,
Illic sera rubens accendit lumina Vesper.

Facilè percipiemus; cũ Aeneas duce Sybilla inferos adiisse dictus sit primi sub lumina Solis, & ortus, *& sacra ea noctis totum spatio perdurasse omnes asserãt (quandiu nempe per magica sacra, & necromantiam, vel potius noctu somnians ea loca perlustrasse sibi visus est) ut apud nos occidente, & apud Antipodas, quos ille Inferos vocat, oriente Sole per Auernale illud specus descendit. sicq omnia conuenient. cum uerò eodem sexto libro legis*

Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis
Iam medium æthereo cursu traiecerat axem

mediam apud nos noctem esse accipies, illicq. meridiem. tumq inquit Sybilla. Nox ruit Ænea *admonitum sentis perfici eam apud superos, & aduentare inferis: nisi enim admonuisset.* Forsitan omne datum traherent per talia tempus *noctis quippe vnius sacris iis præfinitę.*

Quod si nugatorium hoc nostrum commentum esse obiicit dicente Deiphobo, Vt tristes sine sole domos loca turbida adires, *id addidero. uel Deiphobus mortis odio id inquit, cum iis non conueniens, qui supra eodem libro lucem perosi proiecere animas, sicq. superi luminis recordatum huius comparatione, loca illa tristia*

& sine sole appellasse, ut Achilles cũ illum Vlisses Odyss. 11. laudasset, quòd etiam apud Inferos cæteris præstaret umbris. mortis quid dixit honores
Extollis? malim viuens seruire supremæ
Fortunæ, classisq. viro, quàm sceptriger vmbris
Omnibus hic expers vitæ dominarier.
vel cum supra allatis carminib. eorum retulerit sententiã, qui censebant, ut inquit etiã Manilius Astron 1. cap. 12. quòd vbi ad occasus nostros sol aspicit ortus
Illic orta dies sopitas excitat vrbeis,
Et cum luce refert operum vadimonia terris,
Nos in nocte sumus, somnosq. ĩ membra locamus.
hic illorum eam refert, qui sub Australi uertice perpetuã censebant esse noctem, ut libro primo Aeneidos cum inquit, vt Iuppiter vertice cæli
Constitit, & Lybiæ defixit lumina regnis,
meridiem Verticem uocat ex opinione Augurum illius temporis, quam refert Liuius, cum verò ait in Georgicis Hic vertex nobis semper sublimis, *polum Articum accipit mundi caput ex sententia Varronis.*
Quin ibidem etiam duplicem affert de Antipodibus opinionem, ut hic sub persona Deiphobi, & sua
Illic, vt perhibent, aut intempesta silet nox,
Semper & obtenta densantur nocte tenebræ;
Aut redit à nobis Aurora, diemq. reducit,
Nosq. vbi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illic sera rubens accendit lumina Vesper,
Et demum ne tam minimo spatio noctis vnius Antipodas adiisse Aeneam incredibile nimis videretur, & in somnis id factum, & magica illa somnia esse ostenderet in libri

extremo

extremo simulacra de somni portis egit, eburna Aeneam emissum inquit. Qua falsa ad cęlum mittunt insomnia manes. *Quem imitatus Ausonius, vt quæcunq. de Amoris cruciatu cecinerat fictitia, & somnia ostenderet inquit.*

Quæ postquam multa perpessus nocte Cupido
Effugit, & pulsa tandem caligine somni
Euolat ad superos, portaq. effugit eburna.

Sic mihi quidem quęcunq. cecinit, Franciscus Petrarcha, à plerisq. ludicra habita sub cupidineo inuolucro, diuersa se ostendunt, & prorsus pręstantissima. quæ tamen ille profanis ignota poetica ea ueste inuoluisse erubescens, demum inquit operis epilogo & si operi affixerit exordium.

Ma ben veggio hor, si come al popul tutto
Fauola fui gran tempo; onde souente
Di me medesmo meco mi vergogno;
E del mio vaneggiar vergogna è l'frutto,
El pentirsi, è l'conoscer chiaramente,
Che quanto piace al mondo è un breue sogno.

Plinius sibi ipsi repugnans de cadaueribus olim non crematis. cineres & ossa vrna condi solita. igne domum omnia comburenda, reuicturosq. homines qui dixerint ethnicorum. Saty. XXXVIII.

AFFERTVR *à Plinio Numę regis Posthumia lex (vide ne legendum sit Postuma lex, id est post conditum testamentum lata) Vino rogum ne aspergito. quod si testamentum fieri potest, cur libro 7. cap. 54. dicat Ipsum cremari apud Romanos non fuit veteris instituti, terra condebantur. Quin repugnāt Plinio XII. Tabulæ,*

lex enim, inquit Cicero, in duodecim tabulis In urbe ne *sepelito, neue urito. ex his enim colligimus, quosdam ussisse & quosdam sepeliuisse, & extra urbem utrunq fie ri concessum. Quin ipse Numa, qui pyram igne aspergi uetuit ob uini eo tempore caritatem, sepeliri tamen uoluit potius. quare de eo Plutarchus.* *Atqui cadauer igni haud dedere, quoniam is cauisset, ut dicitur, sed duabus areis lapideis factis sub Ianiculo condiderunt, ubi perpen denti uerba ea, Igni haud dedere, quoniam cauisset, mos comburendi ab alijs seruatus Videbitur, inde enim consequenti ratione hoc colligitur. dedissent enim, nisi cauisset. Ossa uerò, & cinerem uino spargi solitum ostendit Tibullus lib. 3. el 2.*

Et primum annoso spargant collecta Lyæo Ossa.

& Virg. Aen. 6. Relliquias vino,& bibulam laue re fauillam.

& Homer. Ili 24 Hectoreo cadauere cremato pri mum quidem pyram extinsere nigro vino.

id uerò ubi fecissent, reliquos inter cineres ossa legebant, Cadoq. vel urna condebant. quare illa apud M. Tullium.

Aspicite o ciues senis Ennij imaginis vrnam.

& Seneca in Hercule Oetæo. Vix totam Hercules compleuit vrnam. *& Ouid.* Metam 12.

de tam magno restat Achlle (vrnã.

Nescio quid, paruam quod non bene compleat

& Lucanus admiranda ea apostrophe ad Cæsarem, qua igne demum omnia comburenda, & homines reuicturos indicat.

Hos cæsar populos si tu non vsseris, ignis
Vret cum terris, uret cum gurgite ponti.

Com-

Communis mundo superest rogus, ossibus astra
Mixturus, cælo tegitur, qui non habet vrnam.
de qua conflagratione extrema rerum etiam Sophocles
Erit enim, erit illud sæculorum tempus
Cum plenum ignis thesaurum laxabit
Igneus æther, pastuq. flamma omnia terestria,
Et sublimia comburet insaniens. *& Ouid.*
Esse quoq. in fatis reminiscitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, coreptaq. regia cæli
Aestuet, & mundi moles operosa laboret.
& Arnobius hanc opinionem affert ex Stoicis, & etiam Epicureis lib 8. idemq. lib 2. resurrectionem mortuorum affert ex Platone. idem putarunt Magi apud Diogenem Laertium lib. 1. & Eudoxus in Periodo, ac Theopompus Philippicorum lib. illos immortales futuros, & uniuersa illorum precationibus consistere dixerunt.

Cineres cadauerum à reliquis cineribus quomodo internosci possent. Saty. XXXIX.

LEGI *post rogum solita ossa multis probat exemplis Iacobus Pontanus collectis ex Delrio in Senecam, & Mureto. mihi Homeri locus Iliados satis est, & super. Postquam uerò corpora exusta suorum quisq. ossa inter cineres legit. nam qui fieri poterat, ut quisq. suorum ossa legere, & internoscere posset? quin id quærendi ex eo maior incidit causa, & cupiditas, quoniam Valer. Maximus lib. 4 cap. 6. Artemisiam Cariæ reginam cineres defuncti uiri vino mixtos bibisse inquit. Re igitur aliqua, quæ igne non absumeretur, cadauera inuoluta fuisse coniiciamus*

iciamus necesse est. lib. 19. cap. 1. cui coniecturæ facere satis potest Plinius, ubi de lino agit, quod nascitur in desertis soleq. adustis Indiæ locis, quod uiuum uocant. Ardentes, inquit in focis conuiniorum vidimus ex eo mappas sordibus exustis splendescentes igni magis, quam possent aquis. Regum inde funebres tunicæ fauillam à reliquo separant cinere. Pausanias etiam in Atticis lini genus esse ait à Græcis carbasum dictum, quod igne non consumitur. Idem Plinius lib. 2. cap. 96. ait circa Asson Troadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora, sarcophagus uocatur. de eodem lib 39. cap 17. ubi etiam in oriente, & Lycia saxa esse ait, quæ uiua corpora alligata consumant. Theophrastus etiam lib. de igne. ac rursus cur cadauer quod combustum sit in igne reliquias deserit; at lapis circularis ex quo struem faciunt, omnia consumit, & intra se inclusa uertit omnia in cinerem. Et Strabo lib. 1. ad Carystum lapis nascitur, quem pectunt, nent, texunt, inde mantilia conficiuntur egregiè contexta, ea ubi sordescunt in flammam proiecta nō secus emundantur, quàm si maculas cineris. Nascitur & Amianthus lapis in Cypro similis, inquit Dioscorides lib 5 cap. 93. alumini fissili ex quo conficiuntur telæ ad gentium spectaculum admirabile, quòd flammam euomant in ignem coniectę, nec tamen consumantur, sed fiant splendidiores. coniiciendum igitur datur, quauis harū rerum confici potuisse vestes, quibus inuolui cadaueris cinerem à reliquarum rerum discernerent cineribus.

Tabentes

ANIMVM *adimebat Latinis in fœdere* Suppliciter venerans demisso lumine Turnus Tal lenteq. genæ. *sic quidam legunt, sed imprudenter addente poeta* & iuuenili in corpore pallor. *alij verò pubentesq. genæ.*

Quòd tum flore nouo pubesceret illius ætas,
Pubentes herbas veluti appellare solemus,
Vt contra quercus aridas in carmine Horati.
Et mihi prima genas vestibat flore iuuentus,
Calphurniq. illud, Quoties mollissima tango
Ora manu, primiq. sequor vestigia floris
Nescius, & gracili digitos lanugine fallo.

Sed si pubentes dixit, quid erat causæ, vt iuuenile etiam corpus diceret, cum pubens non nisi iuuenile esse queat? An ex eo uictoriã desperabãt, qm̃ cũ pubesceret, rubenti, & non pallenti esse uultu debuisset? sed tamen hoc satis probabili, retinerem ego potius Parisinam lectionem Tabentes, poeta ipso se explicante, cur tabentes dixerit. quòd nempe cum iuuenile esset corpus, & succi plenum, genæ non nisi subito timore contracto pallescere poterant, siue magis colorem referre tabidum, similes quippe esse repente contracto intra cutem tubo ex ictu aliquo, quod in senibus accidere non potest, fugato iam ætate colore, & sanguine eo ad interiora recondito. ut sic tabentes dicerentur genæ, quod obseruatione, & admiratione dignus esset.

Subitus ille iuuenili in corpore pallor.

Munera

PER munera animi sensa aperire non utiq. recens est sic Scythæ apud Herodotum li. 4. per caduceatorem Dario auem, murem, ranam, & quinq. sagittas mittentes animi sui prębuerunt significationem.

Circum textum illud croceo velamen acantho. apud Virgilium Didoni non temere datum crediderim, cum præsertim poeta Tyrios miratos repetat

Pallamq; & pictum croceo velamen acantho. nam cum pictum uocet, aliquid mihi more suo pinxisse ui deri solet, si tamen per hyppalagen explicem,

Et circum texto croceum velamen acantho. ne cum Brasauolo de Simplicibus, Medic. croceum esse acanthi negante florem, explicare cogar, croceo colore vsum, qui acu acanthum pinxerat. nam omnino indicat mihi croceum hoc uelamen nuptiale flammeum, luteum quippe tegmen capitis nouę nuptę, & quasi symbolum oblatæ spei, sed inanis, connubij inter Aeneam, & Didonem celebrandi, luteum enim colorem eundem cum crocco ipsemet Maro ostendit in Bucol. croceo mutabit uellera luto. & quæ Aurora in roseis fulgebat lutea bigis, eadem aicitur Tithoni croceum linquens aurora cubile. Flammea uerò lutea uocat Lucanus loquens de Martia iterum Catoni nubente. Lutea demissos velarunt flammea vultus. & poeta opusculi ad Messalam. Vt tibi Corycio glomerarem flammea Luto. Et Plin. us lib. 21. cap. 8. Inditum Imperatori flammeum (nam puellæ in poni solebat) Et Petronius Arbiter. puellę caput inuoluerat flammeo. & lucanus.

Flau-

Flammea virgineum non uelatura pudorem.
Quamobrem si croceus iste color, siue luteus spei symbolũ esse potest, quoniam cum uidemus, vt Molli paulatim flauescit campus arista. *tum Cereris, quam idem Maro flauam, & rubicundam uocat, breui succidendæ in spem uenimus, ut item si crocea, & lutea apparente auro ra aduentantis diei spes certa est, non omnino absurdum fuerit, poetam more suo uoluisse occulta quadam præmon strare ratione spem futuri connubij, quam tamen inanem circuntextus in ora uiridis indicat acanthus: sic enim ui ridem colorẽ inanem spem indicare sępe ex eo liquet, quòd* Spem mentita seges vanis eludit auenis.
quare sepulcra & apio, & ferali cupresso decorabantur. ideoq. Franciscus Petrarcha dixisse visus est non nullis. Quando mia speme gia ridotta al verde. *Eadem causa inquiunt, quòd cum Iuturna lib. XI. Aen. de Tur ni vita desperaret,* glauco caput contexit amictu. *viduasq. mulieres apud Persas ideo smaragdos gestasse digitis. quam inanem spem fuisse ideo dolet Dido lib. 4.*
Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles, si quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret
Non equidem omnino capta, aut deserta viderer.
vbi deserta esse potest pro prodita, vt lib. XI. Aeneam desertorem Asiæ appellat Turnus, & Cicero ad Atticum lib 8. desertorem amicorũ appellat Pompeium, quod sic fore in ijs etiam indicauit poeta, quoniam uocat.
Ornatus Argiuæ Helenę, quos illa Mycenis
Pergama cum peteret, inconcessosq. hymenęos
Extulerat. *quibus uerbis peteret, & extulerat osten*

dit,

dit, quòd adulterum turpiter est secuta, ut nòn modo asse-ri: Horatius, sed Herodotus etiam suæ historiæ initio : his enim verbis poeta non temerè usus est : sed Didonem Helenæ non prorsus absimilem fore indicauit, ut nec subsequentia oscitanter addidit. matris Lædæ mirabile donum. *eo certe commento, quòd tanquam felicium dona felices reddere censebantur, ut Gygis, & Alexandri annulus, quod spectans etiam apud Tassium inquit Gotthifredus ensem dans Raimundo.*

Questa che meco ogn'hor fù uincitrice
Prendi, e sia cosi teco hora felice.

Vti, & infelices reddere censebant dona, quæ fuerant infelicium. ut Aiacis baltheus, Hectoris gladius, Hermiones monile, & Seianus equus. pari. & simillima ratione qui ornatus fuerant Lędæ meretricis Helenam primum, deinde Didonem eadem nota turpitudinis inusturos aliqua uia indicaret.

Vnguentorum vsus antiquior quàm Plinius, & Magius censuerint. Iacob. Pontanus, & Muretus reprensi de vncto Hectoris cadauere. Horatiana tamen lectione asserta. Saty. XLII.

C*ARMEN illud Ennij* Tarquini corpus bona femina lauit, & vnxit. *& illud Ouidij de Remo.* Arsurosq. artus vnxit. *per prolipsim dictum vult Hieronymus Magius suis in Miscellaneis ductus verbis ijs, quę scripta leguntur apud Plinium libro tertio decimo, capite primo. primum, quòd inueniam, castris Darij Regis expugnatis in reliquo eius apparatu Alexander*

scander cœpit scrinium unguentorum postea voluptas eius à nostris quoq; inter laudatissima, atq. etiam honestissima uitæ bona admissa est, honosq; is & ad defunctos pertinere cœpit. Paralipom 2. cap 6. Asa rex aromatibus, & unguentis meretricijs combustus fuit. Quòd uerò ex Mureto lib. 3. Var. lect. cap. 19. Iacob. Pontanus affert apud veteres ungi solita cadauera, ut diutius integra conseruarentur, quasi innuens, eadem causa Miseni corpus Unctum apud Maronem lib. 6. est penitus absurdum, cum à poeta paulo post combustum dicatur. Itaq. unctum sit potius, ut celerius combureretur. Ad conseruationem uerò ut ungerent, ostendit Cicero 1. Tusc. Condiunt Aegyptij mortuos, & eos domi seruant, Persæ etiam cera circumlitos condunt, ut quàm maximè permaneant diuturna.

Iam uerò quòd Lambinus, & Muretus non reijciunt lectionem eam apud Horatium, Epo. 17.

Vnxere matres Iliæ addictum feris
Alitibus, atq. canibus Homicidam Hectorem.

Mirum est, cum Homerus illum dumtaxat defletum dicat, nisi Horatium ab Homero recessisse, & anacronismo usum dicere uolumus ut etiam libro sexto Virgilium de Miseno loquentem idem fecisse nō dubitamus, non assentientes tamen interim Mureto probari posse in Horatio lectionem Vnxere matres Iliæ, quòd apud ueteres cadauera ungi solerent, ut diutius conseruarentur. nam quomodo id factum est ad Hectoreum cadauer conseruandum, si combustum est? sit igitur ideo dictum quòd eò uenerant dementiæ, ut ea ungerent, lauarent, & coronarent, tanquam si statim uita functis apud inferos ijs cœnandum fuisset

fuisset, unde illa Leonidæ. Prandete commilitones tanquam apud Inferos cœnaturi. & Aeschylus apud Stobæum, Nunquam coronis redemiti proponeremur ex funeribus, nec vnguentis delibuti, nisi statim ut discedimus bibere nos oporteret. qui etiam Aeschyli locus monet, non adeò recentia esse unguenta, ut censuit Plinius, & Magius, cum Plutarchus etiam in Amatorio non solum Solonem dicat uetuiße seruis unctiones siccas, quæ diapasmata, ni fallor, uocantur à Plinio, & Martiale, quibus admixti erant pulueres odorati. sed Alceus etiam, qui Tarquinij tempore floruit in caput, pectusq; infundi unguentum precipit apud Cœliũ lib. 27. cap. 26. & Aristippus apud Senecam lib. 2. ep. aliquando delectatus unguento dixit, malè istis effeminatis, qui rem tã bellã ĩfamauerunt. Apud Herodotum lib 3. Cambyses Persarũ rex Cyri filius unguenta dono misit Aethiopum Macrobiorum regi, & Aristophanes meminit de oleo baccarino, quo dixit Hipponax uelle se nares, & vultum suffire, & Aeschylus peto baccarinum, & myrrham, sic Aeolij dicebant unguenta, quę alij Grçci uocabant Smirna, quòd pleraq. in ea urbe fierent. & Homerus Odyss. 3. postquam lauit, & pingui oleo vnxit. sic & lib. 4. & 17. Hos autem postquam lauerunt famulæ, & unxerunt oleo, quod simplex non fuisse, sed varijs odorib. conditum, & densatum credibile est. & apud Plautum in Casina sc. omnibus rebus. Senecta ętate unguentatus per uias incedis ignaue. Atque idem etiam auctor meminit de unguẽtis exoticis, quæ cum Romæ ab ipsius vrbis primordio à peregrinis adhiberentur, vt ex allatis patuit, à Romanis etiam plurimis usu recepta fuisse credibile est. quòd si Plinius ante

Alexan-

Alexandrum ea in vsu non fuisse ait, potuit frequentem eorum spectare vsum; nam etiam hodie hęc solum effeminatiores, & lasciuiores adhibent.

Aqua cur abluerentur cadauera, frigida adhibita in animi deliquio. Lucretius expositus. Saty. XLIII.

NEQ. verò quisquam dicat, si comburendis corporibus necessaria non fuit vnctio, superuacanea etiã fuit ablutio: nam Seruius nobis ex Plinio affert, ut calida abluebantur aqua, & per interualla conclamabantur, quòd soleret pleruaq uitalis spiritus exclusus putari, & homines fallere, quod & Lucret. lib. 3. de auio interdum morborum causa errante animo dixit,

Interdumq. graui lethargo fertur in altum,
Aeternumq. soporem, oculis, nutuq. cadenti.
Vnde neq. exaudit uoces, nec noscere vultus
Illorum potis est, ad vitam qui reuocantes
Circunstant lacrymis, rorantes ora, genasq.

sic enim notam interpunctionis locarem post vocem lacrymis, ut sit, rorantes ora, genasq. aquæ aspergine, ut etiam hodie solet in aliquo animi deliquio. sic enim Galen. lib. 1. de art. curat. Frigida aqua spargere oportet eos, qui ex coleris. ventris profluuio, & multis alijs vniuersim factis Euacuationibus dissoluuntur. & sopitam naturam frigida aqua excitari ait etiam Trincauelius.
Quare apud Plautum in Trinum. cum Charmides dixisset. Adimit animam mihi ægritudo Stasime, tene me. respondissetq. Stasimus, vis ne aquam? mox Charmides, cum animam agebat, tum esse offusam oportuit. & in Tru

culent. Ab aspersisti aquam, iam rediјt animus. &, Curcul. cum Curculio præ fame se deficere ostenderet, inquit Phædromus / vide ut expalluit? date isti sellam, vbi assidat cito, & aqualem cum aqua. Curculioq. dixisset, Animo malè est, iterum Phædromus. Vin' aquam? & in Milite Glorioso, Accurrite intro, atq. afferte aquam, & in Amphit. Scæna penult. Bromia ancilla animo malè est, aquam velim. quin apud Grecos lauacra ante mortui portam statuebant, unde apud Euripidem in Alcest. pars chori. Non video ante portam, vt lex est, Fontana lauacra pro mortuis. *Calida aqua ablui solitos mortuos scribit etiam Aelianus lib.* 4.

Quantò quis nobilior, eò magis fletus. Horatij loci expositi secus, quàm à Lambino.

Saty. XLIV.

V*ITA functos vbi abluissent, tandem diu fletos in strato locabant, quare Persius. Sat.* 3. tandemq. beatulus alto Compositus lecto. *& Seneca Declam.* 6. *Genialis lectus mutatus est in funebrem. quin quantò quis cæteris habebatur præstantior, eò plures ei sternebantur lecti. quare Marcellus Octauiæ Augusti sororis filius sexcentorum lectulorum pompa in Martium campum elatus est. Hebræi hodie vita functis per hebdomadam sternere eum lectum solent, quo illi decubuerant, eorumq. animas in eo quiescere ridendi censent. De Vnctione, ablutione, gemitu, & lecto Maro lib.* 6.

Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis
Expediunt, corpusq. lauant frigentis, & vngunt.
Fit gemitus, tum membra toro defleta reponunt.

De-

Defletaq. dixit multum fleta, ut decresentia ripas Flumina prętereunt *apud Horatium, ualde crescentia; non deturgentia, ut uoluit Lambinus: nam ubi deturgent non transiliunt ripas. Quare Virg. eodem libro* Hi multum fleti ad superos, *idest nobiles; ut contra ignobiles, & ignotos Horatius lib. 4. od. 9.* Sed omnes illacrymabiles vrgentur: *non enim assentior eidem Lambino exponenti, quorum auditis rebus gestis nemo lacrymatur, aut qui lacrymis ab inferis reuocari nequeunt: nam ipse poeta se ipsum explicat addens,* ignotiq. longa nocte, *rationemq. affert, quòd Elegos dantem nullum habuerint, inquiens.* carent quia vate sacro. *nam qui non flebantur, viles, & abiecti censebantur. quare Drances Virgilianus lib.* 11. Nos animę viles, infleta, inhumataq. turba. *& Eurip. in Alcest.* Non lamentatur cœtus iuuenilis mulierum, *& apud eundem in Medea Iason.* indefleta, & insepulta pererrant Cis ripam, Stygiumq. fluentum Natorum simulacra. *& Vmbra Polidori in Hecuba* Iaceo autem in littore interdum in maris ęstu Multis circuitibus vndarum circum latus Indefletus, insepultus. *& in Phœniss.* Relinquere non ploratum, insepultum volucribus escam. *& in Electra de Oreste Electra.* Occultatur neq. sepulcrum assecutus, neq. fletus à nobis. *quare apud Homerum Iliad. lib. 23. defletur Patroclus & lib. 24. Hector. vt apud Corneliũ Tacitum lib. 3. Drusus defletur in foro.*

Ampullæ cum lacrymis in veterum tumulis repertæ nobilitatis argumentum. Expositi Ennius, Euripides, Tibullus. Saty. XLV.

C*VM criptis ex ijs, vnde negat Catullus redire quenquam, vitreas quasdam ampullas Romæ sæpe erutas, quas super lapis inscriptus esset, lacrymę, & ĩ ima parte vnius plumbeam lamnam cũ litteris, lacryma, earumq. unam nunc nuper Petro Aldobrandino Cardinali datam fuisse audiam; vt item Gregorij XIII. memoria aliam cum bractea inscripta. lacrymę Ciceronis Tulliolę F. repertam oculati multi referant testes, uti uno ab hinc mense cum ex antiquissimi, & ignorati sepulcreti parte infima inter rudereta effossum hic sit Arimini vas simile liquoris ignoti plenum, inducor, ut credam ad beneuolentiam, & generis nobilitatem indicandam eas collectas, & ibi conditas fuiße lacrymas: satis enim, & super proximè ostendi, qui multum fleti erant ad superos, habitos fuiße nobiles, Quare Virg. de Marcello.* Quantos ille virum magnam Mauortis ad vrbem Campus aget gemitus? *Præficasq. ad flendum ideo accersitas ignorat nemo. Itaq. interdicto eo.* Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit *non agnosco expolitionem, sed reiectum uasculum honorarium cum lacrymis. ut etiam illud Euripidis.* Comas sepulcro det soror cum lacrymis. *nam lecta ossa uino, & lacte perfusa mox uentis cillata, odoribusq. commista in vrna cum lacrymarum, & superstitum liquorum uasculo condebant, quod & Tibullus lib. 3. demum post prædicta omnia asserit.* Et nostri memores lacrymæ condant eodem. *Hucq.*

fortaße

fortasse allusit Homerus, si fidus tamen est interpres. Hic honor è cunctis superest mortalibus ægris, Pone re cum lacrymis crines in funere.

Thus veterum sacris notum contra Arnobium, Deo pro priè cur dicatum. Saty. XLVI.

ARNOBIVS *lib. 7. aduersus Gentes Thus nouellam propemodum rem esse inquit: nam neq. temporibus ait, quem admodum creditur, & perhibetur, Heroicis, quid nam esset thus, scitum est, scriptoribus ut comprobatur à priscis, quorum ī libris posita nulla eius mentio reperitur, additq. Romulum, & Numam eius vsum ignorasse. In quo eum deceptum crediderim: nam apud Orpheum extat hymnus in Mortem, cui adoletur manna thuris. in sacris verò litteris thuris adolendi mos est vetustissimus, primusq. adolendum imposuit aris Aron, dicente Domino Mosi. Pones altare contra velum, & adolebit incensum super eo Aron suaue flagrans, sicut in Exodo legitur. deinde apud nos Leo III. idem fieri sanxit, ut Polydor. Virgil. lib. 5. cap. 10. de hoc etiam Plautus peruetus auctor in Pseud.* Quique vllum granum thuris sacrificant, & fuit Arabicus odor. *De thure, & quomodo legatur fugatis subalatis serpentibus storacis odore thuriferas arbores custodientibus Herodotus libro tertio. his addam, ut si Thurifera regio priscis erat nō ignota, Thus etiam ignotum esse non potuit, verum minus frequenti erat in vsu, quoniam Deo soli propriè conuenit, si quidem ex Theologorum traditione, Oratio puræ spiritalis doctrinæ, Deoq. gratiarum actio, & oblatio Thus est He-*

 tichio.

tichio. quare apud Ouidium cum Aeneas Thus Sybillæ se oblaturum diceret. Nec dea sum dixit, nec sacri thuris honore Humanum dignare capvt. *honoreq. dixit pro sacrificio, ut & dona pro eodem dicebant, ut libro* 8. *Ae.* Semper honore meo semper celebrabere donis. *Donum enim est, quod Deo dicatur, ut Munus quod hominibus datur, quare Thurea dona apud Virgilium lib 6 Ae. sunt sacrificia ex Thure propriè Deo digna, & si ad assentationem homini etiam impertiantur. Quare nostri in sole non caligantes ut Christum unū uerum pro nobis oblatum sacrum aperiant, non poetica tantoti, sed miranda prorsus expolitione inquiunt, Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia. Dona ut Deum ipsum, Munera, ut Deum hominem factū, Sacrificia, ut vtrunq. complectentia, quod nulla vnquam præter hoc singularissimum præstare, & complecti potuerunt sacra, libationes, dona, honores, expiationes, & sacrificia.*

Plato, & Aristoteles, à turpissima Vindicati calumnia Ephœbiæ detestatio. Saty. XLVII.

VELVTI *rorifluis è floribus aranei Virus; purissima uerò mella legunt apes: sic mirum est ex loci alicuius lectione, hic aliam, atq. ille aliam dissimilem prorsus colligat sententiam. Atheneus ex Platonis conuiuio ea ad Platonis dedecus de amore in mares degustauit, ut stomachatus, ceu virum probum decet, ea se referre dixerit erubescere. Architam, ut video, imitatus, qui obscæni aliquid dicturus, parieti potius adnotare, quam eo castissimum os fœdare maluit. & tamen in idem conuiuiū*

Marsi-

Marsilius Ficin. cap. 16. asserit Platonem huiusmodi ne farium scelus in legibus suis tanquam homicidij speciem acerrimè detestatum. Sed id haud miror, cum Aristoteles etiam subierit idem infortunij genus, eademq. suorum interpretum vitio inustus fuerit calumniæ nota. Cum enim Polit. 7. cap. 16. ad multitudinem nimiam liberorum euitandam anteuenire oportere dixerit, ne concipiantur. quod de histor. animal. lib. 7. cap. 3. fieri posse inquit, vulua oleo iuniperino (cedriam intellige) aut ex cerusa, thureue illita. nam, ut ibidem subdit, postquam concepti sunt, & sensum, aut uitam acceperint, nefas est attingere eos. Visus est Cælio lib. 5. cap. 9. ut etiã Mazzonio in Danth. lib. 2. cap. 9. commendasse legem Minois, qui ne superfluam parerent mulieres multitudinem, cum masculis induxit concubitum. & tamen Leonard. Aret: Polit. 2. cap. 8. sic vertit. Qui (Minos) ne superfluam parerent multitudinem prospexit. (vide quàm uerecundè rem indicat) tumq. subdit. quod utrum prauè, uel non prauè constitutum sit, aliud erit considerandi tempus. Quod utiq. ibi considerasse mihi uisus est, cum libri septimi capitis XVI. extremo in ijsdem Politicis inquit. Coitus uerò omnis alterius, quàm coniugis sit interdictus quandoq; idem ideò sit, & appelletur coniux. Quare etiam œcon. lib. & cap. 2. homini sanæ mentis non vbicunq. contigerit semen exponendum est, ne de vilibus, & iniquis similes liberis legitimis procreentur. ubi uide vetitum congressum cum ancillis, & meretricibus, quin paulò infra appropinquandum esse uxori ait, cum magna temperantia, atq modestia, pudoremq. esse debere in uerbis; in operibus uerò fas, atq honestatem. motus quippe,

& petulantiores agitationes fugiendas. *Et cap. subsequenti. omnino igitur obscænitas verborum, ut & quicquam aliud per legislatorem exterminanda est de ciuitate: ex turpiter enim loquendi licentia sequitur & turpiter facere potissimum. vt igitur statim à pueris neq. dicant, neq. audiant quidquam turpe. si quis vero dicere, aut facere quicquam prohibitorum deprencusus fuerit, is si liber sit, sed non dum in conuentum comessatorum dignatus sit assumi, honore prohibeatur & verberibus castigetur: sed si iam maioris ętatis, seruili infamia afficiatur admissi serui is officij gratia. in quo etiam uide, ut verecunde agat. nam quæ hæc seruilis infamia? an forsan ea, qua Catullus Aurelium ab impudico amore huiusmodi deterret in his.*

Quòd si te mala mens, furorq. vecors
In tantam impulerit scelefte culpam,
Vt nostrum insidijs caput lacessas,
Ah tum te miserum, maliq. fati,
Quem attractis pedibus patente porta
Percurrent raphaniq. mugilesq.

Quod ut credam, facit, quia ijdem mugiles, quos quidam uocant cephalos, alij uerò capitones, ut Theodorus apud Aristotelem lib. 5. hist. animal. Atheniensibus dicebantur Cestrei, quoniam publica pœna missilis teli modò, quod cestron dicebant, adulteros probrum huic affine admittere ausos intrabant, & percurrebant.

Quin (quod istorum calumniam prorsus deleat) addit idē Aristoteles. Cum verò dicere quidquam interdixerimus, clarum est, quòd & aspicere, aut picturas, aut actus deformes prohibemus. sit igitur cura Magistatibus, nullam neq. picturam neq. statuam esse talium rerum imitatricē.

Quis

Quis igitur hæc proibentem Philosophum dixerit Minois nefariam commendasse legem? Machab. 2. cap. 4. Iason Oniæ Sacerdotis frater per multa munera consequtus est ab Antiocho, ut posset Ephœbiam instituere, ut mirer Genebrardum lib. 2. id apellasse Gymnasium, in quo Græcæ litteræ, & religiones tradebantur; cum esset exoletorum potius conuentus. Quare summa laus debetur Philippo i. qui sub Fabiano Pontifice fœda hæc sustulit Gymnasia, ut Cæsar Baron. compen. par. 1. quibus Sanctissimis interdictis si vlla hodie non paret, sed nefarium potius morem seruat à Succubis, & Incubis edocta Ciuitas, non mirum est, tartarea tot edat monstra. & tamen cacodæmonum ipsorum genus quoddam esse inquiunt, qui ab huiusmodi turpitudinem exercentibus uolatu prepeti se auertant, veriti ne uindex fulmen scelestis addat integros.

Triplex Turnebi erratum in Virgiliana Ecloga. Castaneæ molles, Palumbes, Columba, Paßer Catulli. Virgilius expositus. Saty. XLVIII.

QVONIAM *Plinius lib. 18. cap: 28. ex palumbium gemitu solstitium dignosci dixit in ijs. palumbium utiq. exaudi gemitus, transiisse solstitium caueto putes, nisi cum incubantem videris palumbem. locum sumpsit Adrianus Turnebus lib. 1. cap. 26. primæ Virgilianæ eclogę argumentum æstiuo tempore fictum esse, quoniam Melibæus Tytiri commoda recensens inquit.*

Nec tamen interea raucæ tua cura palumbes,
Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.

Sed parum quidem scitè: nam si per gemitum palumbium voluis

voluiſſet oſtendere paulò ante ſolſtitium, vel in ſolſtitio ea dicta fuiſſe Tytiro, nō ne malè illud ante inculcaſſet Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras. *ſi frondatorem pro putatore arbuſti, uel vitium arbuſtiuarum, quę arboribus maritæ ſunt, cum eodem acciperemus? nam poeta agit etiā de verno tempore expreſſo per florē ſalicti.*

Hic tibi quæ ſemper vicino ab limite ſepes
Hyblaeis apibus florem depaſta ſalicti
Sępe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.

ideſt per hypallagen (quando bene hanc ſyncheſim digerit nemo) hinc Hyblaeæ apes depaſtæ florem ſalicti ſepe, quę tibi eſt ſemper vicino ab limite, ſepe ſuadebunt leui ſuſurro inire ſomnum.

Itemq. agit de primo autumno ibi.

Fronde ſuper viridi ſunt nobis mitia poma,
Caſtaneæ molles. *immaturæ quidem, non dum omnino nigræ: nam maturæ nigræ ſunt, & duriores, quanuis maturas explicet Seruius., & etiam idem Turnebus lib. V. cap. XII. ſed malè quidem, cum eas eſſe inquiat, quas Nicander vocat Malacas. optimè Nonius recentes accipit, ut etiam, ni fallor, mollem caſeum vocat Plautus in Captiuis, & in Pœnulo meus molliculus caſeus. itaq. cum autumni initio molles ſint caſtaneæ, nec dum calores omnino ſe remiſerint, non malè ſub fagi tegmine recubare dicitur Tytirus. neq. huc aduocandæ ſunt palumbes ad argumentum æſtiui temporis indicandum: Melibœus cū Tytiri commoda recenſens & verna, & æſtiua, & autumnalia miſcuit.*

hoc interim addam, palumbes quòd Venerem prohibere ſunt exiſtimatæ, quare ea leguntur.

In-

Inguina Torquati tardāt, hebetantq. palumbes,
Non edat hanc volucrem qui cupit esse salax.

ideo forsan Virgilianum pastorem, vt se honestè amare indicaret dixisse.

Parta meæ Veneri sunt munera: nanq. notaui
Ipse locum aeriæ quò congessere palumbes

Columbę verò salaces sunt, ideoq. Veneri dicatę. quam obrem apud Apollonium lib. 3. bene sperare ab augure Mopso iubentur Argonautæ ex aspectu Columbę, quoniam Phineus eorũ reditum in Veneris voluntate fore situ affirmarat. quare apud Virgilium Aeneas Maternas in augurio agnoscit aues, ut etiam olim Cæsar ab eadem Venere oriundus per Aeneam palmam ab iisdem nido frequentatam optimi augurij loco habuit à Venere immissi, Veneri eidem ob salacitatem dicatus est etiam passer. quare Olympio Plautinus in Casina, meus pullus passer, mea Columba, mi lepus, vnde fictitius iocus Catulli in passerem suum non amplius ad dominam pipiliantem. Gręcis enim struthos passer est, & virile membrum dicente Festo, struthcum in Mimis vocant obscænam partem virilem à salacitate videlicet passeris, qui Gręce struthos dicitur. vt etiam nos hodie tecto paulum nomine, patrio sermone dicimus eandem partem passerotto. ex quo Catulli percipies sententiam, & item Stellæ argumentum, quod Columbam inscripsit. quare Martialis.

Stellę delitiæ mei Columba
Vicit maximè passerem Catulli.

Columbę verò appositè Veneri dicantur, quoniam, si credimus Aeliano, marem non admittunt, nisi ante appetantur osculo. quare illa reliqua sunt Męcenatis.

Colum-

Columbatim labra inserens labris.
& Galieni imperatoris.
Ite ait o pueri, pariter sudate medullis
Omnib⁹ inter vos nō murmura vestra columbæ,
Brachia non hederæ, non vincant oscula conchę.
Itaq. non mirum est, ut Apollodorus in ijs, quæ scripsit de dijs, nomen ab eo Columbæ Græce datum velit, quòd amori supra modum det operam. & ab Alberto Magno dicantur, quòd colant lumbos. has primum apud Cyprios repertas inquit Athenęus, ideoq. dicatas Veneri, cui Cyprus propria sedes. ideoq. in altera parte nummi Antonini Caracallæ templum est cum septis, & vtrinq. Columba Gręcis litteris, quę latinè redduntur, Vniuersitas Cypriorum.

Visco feras capi apud Virgilium, & Martialem, Notatū Pius, Nonius, Thesauri auctor, & Mattius, Varro expositus. Saty. XLIX.

F*ERAS visco capi ridiculū habens Baptista Pius apud Plaut. illud Virg. 1. Geor.* Tum laqueis captare feras, & fallere visco. *dictum vult pro uiscere, & ut probet sextum casum esse à Viscus, malè affert ex Lucretio* Et uisco viscus gigni, sanguenq. creari. *cum Lucretij locus contra Anaxagoræ omiomeriam, vel partium similitudinem sic legatur.*
Ossa videlicet è pauxillis, atq. minutis
Ossibu', sic & de pauxillis, atq. minutis
Visceribus viscus gigni, sanguenq. creari.
Quod carmen affert etiam Nonius in voce viscus, & fal-

lere Visco feras, inquit, tractu visceris dictum à Virgilio. Thesauri autem latinę linguę auctor Virgiliani Visci expositionem meliorem se accepisse censet ex eodem Nonio in voce viscum, positumq. pro rete à tenacitate probat Varronis auctoritate in Parmenone, & si eandem explicationem hodie vindicet sibi Io. Marius Mattius lib. Opinionū.

Lepusculi timetis hoc quandrangulum,
Dedit Diana rete nexile arcyas,
Viscum, sagenam, lineamq. compedem.

nec vident, hęc omnia instrumenta esse Venatorum, & item confusim aucupum. de retibus, quibus innectuntur feræ, idem Maro Aeneid. IV. Retia rara plagæ lato venabula ferro. *de ijsdem, & lineis compedibus, vel pedicis Georg. I.* Et gruibus pedicas, & retia ponere Ceruis. *arcus verò, quos arcyas grecè uocat, laquei sunt, quibus & lupi, & apri excipiuntur, de quibus Psalmographus.* Liberauit me à laqueo venantium. *& Maro loco proposito.* Tum laqueis captare setas. *Sagena verò & si verriculum sit piscatorium, verriculum tamen vidimus, quo planities verritur, quòq. aues, & lepusculi inter stipulas latitantes capiuntur. Visco uerò & si precipuè capiantur aues: capiuntur tamen eodem & ferę, cuius rei nobis auctor est Martialis lib. I. Epigram. XI.*

Præceps sanguinea dum se rotat vrsus arena,
Implicitam visco perdidit ille fugam.
Splendida iam tecto cessent venabula ferro,
Nec volet excussa lancea torta manu
Deprendat vacuo venator in aere prædam,
Si captare feras aucupis arte placet.

quod

quod integrum si perlegisset Pius, non monstrosum quid in Martiale agnouisset legens. Excipiat vacuo piscator in aere prædam. *neq item Nonius, Thesauri compilator, & Mattius viscum pro rete accepisset in Varrone, ne de rete ter egisset. Quin venationi Theatrali præfectos, Domitianumue locum hunc Maronis spectasse credam, cum vrsum in Theatro visco implicandum curarunt.*

Frigus pro morte. Auster cur frigidus, noxius, amabilis. Notus vnde dictus. expositi Virg. Cic. canticorum locus, Danth. Plaut. Scelestus pernicio sus. nefarij cur nobis sint Tristi. Saty. L.

C*ALOR collatus frigori vitæ habet rationem, frigus verò interitus, quare apud Horatium.* Frigore te feriat. *est morte afficiat: & apud Lucretium lib. 3.* In lethi frigore liquit. *& apud Virgilium 4. Aen. quia calor vitam fouet, simulac est* dilapsus calor in uentos vita recesit. *ideoq. Varroni 4. de lin. lat. Ignis est à nascendo, quòd quicquid nascitur, ignis gignit, ideoq. calet; ut qui denascitur ignem amittit, ac frigescit. quare de Eurydice, 4. Geor.* Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba. *itemq.* Et cum frigida mors anima seduxerit artus. *quanquam ibi exponi possit vel ab effectu, vel nocens, ut à Iacobo Mazzonio in Danthem lib. 1. cap. 7. exponitur illud Geor. 4.* Frigidus ut quondam siluis immurmurat auster. *sed dicerem esse potius speciem pro genere, ut illud Ciceronis ad Atticum lib. 7. ita bellè nobis flauit ab Epiro lenissimus auster: ab Epiro enim in Italiam nauiganti*

ganti nihil austro est aduersius Vel dicerem austrũ frigidum appellari *posse pro noxio, spectato eo Theophrasti libro de ventis, vt à Græcis idem dicatur notus non ab humiditate solum (ut omnes asserunt) sed quia morbos facit. Quod non ignorans M. Varro Pompeij legatus bello pyratico cum Romana classis, & exercitus Corcyræ esset, domusq. omnes referte essent ægrotis, fenestras, & ianuas obstructas austro patefecit ad Aquilonem, sicq. omnes seruauit incolumes.*

Potest & frigidus vocari Auster, spectato eo, quod idem Theophrastus ait eodem libro Tex.43. potest enim, inquit, & frigidus esse non minus, quàm Boreas, vbi per aerem tempestate aliqua infrigidatum, & humidum pertranseat: nam qualis est aer, talem se præbere spirationem necesse est. & ibidem Nutrit *Auster, vbi frigidus per æstatem afflat; perdit autem, vbi calidus spirat. cuius amabile frigus sacra non ignorans Sponsa cap.4. Veni, inquit, Auster, perfla hortum meum; nt contra pastor Virgilianus Ecl. 2. noxium illius sciens calorem ait.* immisi floribus Austrum. *Pro re noxia frigidum dictum eidem Mazzonio assentior ibi Geor. 1.* Frigida Saturni se se quò stella receptet. *est enim, inquit, arida, quanquam dicerem nil obstare, vt frigidum arefaciat, ut aiunt, per accidens. quod non ignorans omniscius Poeta Geor. primo dixit.* aut Boreæ penetrabile frigus adurit. *Frigidum pro noxio à Danthe dictum Purgat. asmate 9. rectè quidem idem explicat.*

Posto in figura del freddo animale,
Che con la coda percote la gente.

nam alioquin à Virgilio ardens dicitur Georgicorum initio

Ipse

Ipſe tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius *ſed melius, ni fallor, ſic inter ſe conueniret, ut frigidus dictus ſit à Danthe, quoniam natura frigidus eſt; & ardens à Virgilio, habita ratione Martis calidi, & ſicci, cuius eſt domicilium, ſed & frigidus appellari poteſt ſcorpius nocens. & venenatus, vt lib VII.* quos frigida miſit Nurſia, *hoc eſt venenatis abundans herbis. vel nocens: Gracchi enim in ſuis concionibus, ſi credimus Seruio, Nurſinos ſemper appellauere ſceleratos.*

Sceleratum verò pro noxio poetæ noſtro non eſt inuſitatũ nam Georgicorum ſecundo. Sceleratum exquirere frigus. *quod dictum vult D. Hieronymus Epi. ad Paulin. quadam Mantuanitate, vt idem à nobis vulgò dicitur crudele.*

Sic lib. 7. Sæuit amor ferri, & ſcelerata inſania belli. *Sic Daniſta apud Plautum in Muſtellaria.*
Sceleſtiorem ego annum argento foenori
Nunquam vllum vidi. *ideſt noxium, magis incommodum, & aduerſum, quòd ſceleſti homines ſemper alijs incommodent. Vnde factum reor, vt eoſdem Italo ſermone dicamus Triſti latina voce ſpectata, quòd Triſtitiam cuiq. afferant.*

Veteres, & Heroes elixa carne uſos contra Athenæi, Seruij, & Robortelli ſententiam. Saty. LI.

CVM *apud Virgilium lib. 1. Aen.* Littore ahena locant alij. *Seruius, & ab eo Franciſcus Robortellus ad ſe lauandos, non autem ad elixandas carnes id factum inquiunt, quòd Heroicis temporibus carne non utebantur*

bantur elixa, in eo fortasse decepti, quoniam, Plato 3. de rep. Heroum mensis non pisces non elixas carnes, sed assas tantum parari scripserit, idemq. probet etiam Athenaeus lib. 14. cap. 27 carnes assatas phlogidas vocatas in Herculis nuptiis adhibitas inquiens, ut etiam apud eundem Epicrates & Alexis de assis meminerunt, & si Philochorus in Sacrificiis elixatas inquiens ab Atheniensib; alias quasi omnes assatas indicat. sed tamen hos Homeri carmine Iliados IX. reiici posse censeo, in quo leges, ut Patroclus in ahenum tergum posuit ouis, & pinguis capræ, lumbumq. porci tenerum pinguedine, aliaq. minutatim incidebat, & in verubus transfigebat. Prometheusq. duas Ioui apposuisse dictus est ollas, vnam carnium, alteram bullientium ossium plenam, Iouemq. deceptum. apud Ouidium illa dices dicta per anacronismum. Atq. ita semineces partim feruentibus artus Mollit aquis, partem subiecto torruit igni. & illa Atii in Atreo. Concoquit partem vapore flamma, Tribuit verubus lacerta in focos. ni Seruius ad locum illum pingue superq. oleum fundens ardentibus extis exta diceret non nunquam abluta, etiamq. elixa edi solita. Et Euripidis illa non essent in Cyclope Ad carbones calidum edens cibum ex orbe, vbi distribuuntur carnes, elixum ex lebete, & maceratum, vt saturer cœna diurna. Et in eadem fabula, vbi eiusdem Cyclopis immane facinus recenset. rapiens Ingenti cultro carnem assabat igne, carnes in lebetem immisit elixari. Et apud Herodotum libro primo, Crœsus testudinem, & agnum concisos in ahenum coxit ex Pythiæ oraculo. & eodem libro paulò post

Hippocrati Pisistrati patri cum hostiam imolasset, ahena plena carne, & aqua absq. igne ita efferbuissent, ut aqua redundaret. apud Xenophontē lib. 8 vbi verò satis vnus habet nogotij carnibus elixandis, assandis alius itemq. piscibus hic quidem aßandis, alius elixandis. apud Plautum in Pœnulo cum dixißet Milphio seruus Assum apud te eccum, respondet Agarostocles. At ego elixus sis volo.

Effœtus vero, & Plenus idem. Ieiunuslaude, Pauperes spiritu. expositi Virgilius, Cicero, Franciscus Petrarcha in digiuno di lacrime. voto d'ogni valor & secol noioso. Saty. LII.

VT *effœta dicitur auis, quæ parere desiit, sic ueri effeta senectus dicitur Maroni.* Sed te victa situ, veriq. effœta senectus. *quę nempe verum dicere destitit, vt per anthithesim vero plenus à Laurentio Medice dicebatur, qui vera nunquam loqui cœperat. Vtq. exhaustum vino est dolium, quod eo est exiccatum, sic exhaustus casibus ille est, qui casus omnes pertulit, eòq. loci deductus ab omnibus est inops, sicq. illud exponendū est.* Omnibus exhaustos iam casibus. *quod si vocares in dubium audi explanatorem addentem.* Omnium egenos. *Sic Plancus apud Ciceronem lib. 10 epi. 21. de Lepido loquens. putabam poße me nec de laude ieiuni hominis degustare. Ieiunum laude dixit, quoniam nihil unquam egißet laudabile. Tale est illud Francisci Petrarcæ cap. 1. Trium. de Amore.* Del rè sempre di lacrime digiuno. *Vel qui nunquam*

quam alienis illacrymauit malis. Vt Horatius illacrymabilem vocat Plutonem. Non si tricenis quotquot eunt dies, Amice places Illacrymabilem Plutona tauris. *quòd tremendus ille rex sit. & Geor. 4.* Nesciaq. humanis precibus mansuescere corda. *Vel qui alienas semper sitit lacrymas, quare idem Maro.* Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuis Nec cithyso saturantur apes. *Sacra extant oracula pauperes spiritu cælo fruituros, quippe qui omnis animi elationis, & superbiæ sunt expertes, quare Prudentius Psycom.* Peruulgata viget nostri sententia Christi Scandere celsa humilès, & ad ima redire feroces. *ex eisdem, ni fallor, emanauit fontibus illud Francisci Petrarcę, & si multò aliter omnino sentiant eius interpretes Trium. 1. Amor.*

Voto d'ogni valor, pien d'ogni orgoglio.

Iam nempe ad amatoria inhabilis, & imbellis, & qui semper natura humilis fui, eo spectato quòd qui plenus re aliqua est, eam in vsum protulisse non videtur, quod ut sic accipias, faciunt præcedentia, & subsequentia: ait enim.

Io, che gioir di tal vista non soglio
Per lo secol noioso, in qual mi trouo.

Sexagenarius nempe, nam id spectauit quoniam & si æuum spatium dicitur triginta annorum, ut seculum, ut Suidas, Censorinus, Didimus, Eustathius, & Porphyrius, & Plutarchus in Catone, quem uti olim Nestorem tertio æuo nonagenarium patrię suam operam pręstantem periisse inquit, & Psalmographus ait. Dies hominis anni septuaginta. *nihilominus cum Artemidorus lib. 2. ex quorundam sententia ętatem annorum viginti*

esse dicat, hanc sequitur Petrarcha, & ideo tanquam præcipitē uocat, secol noioso, tertiam eam ętatem, quam tunc agebat, aut forsan excesserat, non uiridem quidem, & crudam, sed maturam, quod indicant subsequentia.

L' habito altiero, inusitato, e nuouo
Mirai alzando gl'occhi graui, e stanchi.

præ ętate, quam Aelius Spartianus, & Tacitus sępe fessam uocant. illi sapienti simillimus, qui moribundus dissentibus amicis caput extulit, discere se aliquid auere dicens antequam è uita migraret, cum aliud quàm discere ei iocundius accideret nihil.

Homerus cur in Elysiis non statutus à Virgilio, sed Musæus. Saty. LIII:

C*VM apud Velleium de Homero inquiat Lipsius, In aere volat hic Pegasus, cæteri pedibus pulsant terram, summus non solum poetarum, sed solus: nam quis aliorum non peccat? at iste solus poetarum non ignorat, quid facta, scriptuq. decorum sit. scire ego ex hoc uelim, quomodo decorum in eo seruarit, & quam pietatis rationē hominibus tradendę inierit, cum deos ab hominibus vulneratos, contumelijsq. & iniurijs malè acceptos, atq. inter se probra omnia exercuisse scripsit. optoq. videat potius, cur Latinorum Poetarum princeps Maro, quem uiuentem Romani ciues, & uita functum litterati omnes semper fecere plurimi, in Elysiis Musæum potius, quàm Homerum statuat. Sileo quòd Homerum ut vaniloquum apud Aristophanem irridet non solum Eupolis, quòd mendacijs res heroicas inuoluerit, quem Manilius cum reliquis culpat.*

Quo-

Quorum carminibus nihil est nisi fabula cælum.
sed etiam ipse Plato, & si alicubi sui immemor optimum, & diuinissimum appellarit poetarũ, tamen è republica sua ideo eliminauit, quòd ea confinxerit de superis, quæ deterrimum quemq. hominem dedecerent. quod facit ut pro re nata sic ludam. Diuino pectus subito modò concitus œstro.

SI non Mœonidem Elysij præfecit Homerum
Vatibus, Eumolpi at natum, quẽ suspicit oĩs
Docta choors hinc est factũ, quia longior illa est
Visa bonũ ad summũ via qua nos ducit Homerus,
Anfractu vario, & tanquam intersessa lacunis
Bella per, & scelerum sordes sublata reposcens
Oscula, & amplexus Helenæ; quare illa leguntur,
Seditione, dolis, scelere, atq. libidine, & ira
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Prætereaq. pius vates, Phœboq. secutus
Digna erit iste mihi, superis qui affinxerit oẽs
Turpe scelus, grauiusq. nefas, quod pessim⁹ ullus
Vix hominum auderet? pueri stuprator, & omnis
Subsessor thalami Diuum regnator, & auctor
Esse boni in terris poterit, quem turba deorum
Cætera ceu turpem caprum, pecorisq maritum
Per vetitum oẽ nefas homini, & p cuncta sequat
Fœda ministeria? an talem mihi forsan Homerus
Mente magis, quàm oculis captus monstrauerit
vnquam
Esse deum? deus iste magis voluatur in imo
Tartaro, & ipse trahens cæcus per deuia cæcos.
Et sola Elysium pietas, sola inclyta virtus

Vsq. colat, breuiore via & qui perdocet illam.
Ipse velut prudens Musæus, qui optimus heros
Finxit Abideno similes nos esse Leandro
Vsq. facem accensam Sexti pro turribus altis
Qui spectans, ripæq. manum ulterioris amore
Dicitur attollens: quantum & discrimina ponti
Interiecta morā haud faciūt, tenebrasq. retardāt,
Vsq. oculis lycnum aspectans, & virginis ora,
Sincerumue magis lumen, quo pulchrius vllum,
Purius & nunquam aspicitur, nec mente putatur
Sic candēs, nitidumuè aliud, quod cernere nulli
Hic datur, ante nisi æquoreas tranauerit undas,
Queis nostra exprimitur mortalis vita periclis
Subiecta innumeris: nauis ceu fluctibus acta
Hinc atq. hinc scopulos inter. Quin occidit ille
Faucibus ostriferi tanquam malè cautus Abydi,
Amissa ex oculis quam suspectare micantem
Lampada consueuit; Stygijs sic mergitur vndis
Quisquis ab æterno deflectit lumina Sole,
Oreq. ab eiusdem Solis quæ fulget amictu.
His adde vt veluti scripsit Musæus ab vno
Omnia facta suum debere reuertere ad vnum,
Confinxitq. deum genesim, defunctaq. vita
Corpora magnanimum heroum succedere cælo,
Elysioue; canit noster sic inde per omnes
Terrasq. tractusq. maris, cælumq profundum
Ire Deum, & tenues quemq. hinc arcescere vitas.
Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri
Syderis in numerum, atq. alto succedere cælo,
Auchisemq. ideo inducit mox illa canentem.

Prin-

Principio cælum, & terras, camposq. liquentes,
Lucentemq. globum lunę, Titaniaq. astra
Spiritus intus alit, totamq. infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Et demum Elysiis non intermiscet Homerum,
Principe quòd solio Musæum iure locasset
Allatis causis, censens virtute secundo,
Tertio & esse locum nulli.: nam iure peritus,
Causarum atq. actor quartum si cæpit, is esse
Attamen haud imi subselli dicitur. atqui
Ordinis eiusdem, & generis permissa secundo
Nulla Poetarũ est cuiquã, frõs Delphica honore
Decusso illa eadem quam non spectauerit ætas
Pascentem tineas subroso cortice turpes.
Ad quod ni vatis vana est sententia Horati,
Dictum tolle memor. MEDIOCRIBVS esse poetis
Non homines, non dij non concessere columnæ.
Iudicis illorum & qui non formidat acumen,
Si paulum summo discesit, vergit ad imum.

Horatius, & Homerus à Scaligeri calumnia uindicati.
Saty. LIV.

AT uerò ne quis malè me de Grecorum poetarum principe sentire censeat ex animo, quòd proxime non inuitis prorsus Musis effuderim, hic palinodiam penè agnoscat, eo solum non recantato, quòd ut impius eliminatus est ab Elysiis a prudẽtissimo poeta ibi solum de aliis bene meritos recensente, & heroes: ait enim.
Quiq. pij vates, & Phœbo digna locuti.

Quomodo enim eos inter eum referre poterat, qui tam impia de diis, & ad deorum aures non referri digna confinxerat? ideo enim etiam Ouidius, qui eorum stupra, & facinora libris suis commendarat impietatem suam ibi fatetur. Summoueo dotes impius ipse meas. *Nam qui fieri poterit, ut persuadeant, magni illum faciendum deum, quem pessimus quisq. (inquit Menander) facilè sibi comparat? quiq. (vt inquit C. Solius Sidonius) olim fuerit.* Delia, Taurus, olor, Satyrus, draco, fulmen, & aurum? *hincq. ideo Cæsar Scaliger in Hypercritico cap. 7. pag. 337. Horatium in secunda Epistola ineptum adeo vocat, ut ab eruditioribus tolerari nequeat: cum enim de Homero dixisset.*

Qui quid sit pulcrum, quid turpe, quid vtile, q d non Plenius, & melius Chrysippo, & Crantore dixit. *Quis enim, inquit, Homeri ineptias præceptis philosophorum potiores esse dixerit? An rectè facit Agamenon, cum petenti patri negat se daturum virginē? hoc sequeris tu? nam quare cœtus vniuersus non diremit lites? non erat rex Agamennon populi, non procerum, cuius libidine exercitus morbo periclitaret, sed imperator ad bellum tantum. Et. Quare pro Paride sustinet bellum Priamus? bellum, immo interitum filiorum. quare pro mœcha? Quare deos adulteros, ignauos, seditiosos, factiosos facit? Quæ Vlyssis sapientia, cum iret ad Polyphemum ignotum? cum ad Antiphatem? illius vafritiam anteponit Crantoris, & Chrysippi sapientiæ? et. Nolo in præsentia cum Homero puerilibus ineptijs ineptire? Hæc Cæsar acerbè ille quidem nimis, nec iure penitus, vt censuit: nam ijs reticitis, quæ pessimè in deos transtulit, nisi*

Cato-

Cacodemonas illos reuera tanquam sucubos & incubos humanum genus tum illudentes ita se gessisse diceres, ut meritò de illis ea decantanda essent probra, & ne dissimulem multis in locis in Homero desiderari prudētiam, quod vidit & Horatius asserens, se indignari quandocunq. bonus dormitat Homerus. *certe pulcrū, & turpe, vile, & inutile Chrysippo, & Crantore plenius in eo attulisse dici potest, non quòd censuerit rectè fecisse Agamenonē virginem reddere recusantem, itemq. Paridem, & Triamum moeche causa patriam ad interitū ruere tolerantes, sed sub horum persona, uti etiam sub illa sociorum Vlyss.s, & procorum nobis eorum instar tanquam in Theatro, & scena contemplandum proposuit, qui omnia libidine, ira, & effrenata cupiditatè metientes tandem in perniciem, & exitium ruunt maximum. ut sic eorum exemplo docti quæ nobis uitanda essent obseruaremus. pulchrum enim, & bonum quid sit callet nemo, nisi per turpis, & mali inspectionem, cum contraria contrarijs dignoscantur facilius idq; poetæ præstant quadam varietate auditorem delectando, pariterq. monendo, melius quidem ijs, qui tetrica solum seueritate honesta nobis proponunt. Vnde præclarè olim Tassius.*

Sai, che la corre il mondo, oue più versi
Di sue dolcezze il lusinghier Parnaso,
E ch'el vero condito in molli versi
I più schiui alletando ha persuaso.

deindeq. ea ex Lucretij libro primo subdit

Cosi al' egro fanciul porgiamo aspersi
Di soaui licor gli orli del vaso.
Succhi amari ingannato intanto ei beue,

E dal

E dal inganno suo vita riceue.

hæc præstitisse Homerum nemo credo dubitauerit, & si virtutes, vitiaq. uno quasi fasciculo complexus est, relictis tamen vitijs virtutibus adhærere prudentis est.

Vt pia sponsa manu legit è fœtentibus herbis
Lilia odora, rosasq. vna de sentibus aspris.

ideo enim sanctissimum virum Basilium Homeri poema virtutem indicasse crediderim. Verum, ut inquit Iouianus Pontanus lib. 2. de Sermone. Quid porrò ad pietatem, religionem, tolerantiam, fortitudinem, quid item ad declarandam rerum humanarum inconstantiam, fortunæq. varietatē, quod non Aeneæ Virgiliani res declarent? vt etiam illorum, qui diem obiere, quæ præmia sint cuiq. pro meritis constituta, aut rursus pœnę apud illum planè noscere liceat. adderem ex hoc vno quid dictu, & factu sit optimum melius, quàm ex quouis alio dignosci, & percipi sine eorum recensione, quę cum uirtute vitia simul edocent, Vitia enim ut vitentur, eò referre satis habuit, vbi sua, & quidem æterna statuta esse dixit supplicia.

Apud quos medius locus, & ab eo dexter, sinisterue, & interior esset honoratior. Notati Antonius Nebrissensis, Mazzonius, Goropius, Lipsius. expositi Petrarcha, Danthes, Nummi, Lapides.

Saty. LV.

MEDIVS *locus vel apud extremos Scythas omnium rudissimos habitus est honoratior, ideo enim apud eos in conuiuio interlocabantur, inquit Mela. quę locum & apud Romanos honoratiorem in cœna fuisse, ex*

eo collige, quòd Cicero apud Volumnium Eutrapelum, tanquam consularis, medius inter Atticum, & Verrium accubuit. Apud Numidas eundem locum honestiorem habitum constat ex Salustio, cum enim post iusta funeris in unum conuenissent reguli, Iugurtha, Aderbal, Hiempsal, hic qui minimus ex ipsis erat, natura ferox ignobilitatem Iugurthæ despiciens, quia materno genere impar erat, dexteræ Aderbalis adsedit, ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret, deinde tamen ut ætati concederet, fatigatus à fratre, vix in alteram partem traductus est. Vnde etiam colligo, ut cum à medio loco discesserimus, dexterum habebant proximum: id enim ni fuisset, è medio se subducens contentioni statuisset modum, si natu minorem fratrem pati voluisset tenere dextrum.

Dextrum etiam Romanis post medium fuisse honoratiorē ex hoc colligendum datur, quòd in Actiaco prælio Augustus dextrum cornu tenuit, quod Romano de more antiquiori duci dari consueuit, ut sinistrum quia minoris curæ, & sollicitudinis iuniori, & minus assueto, ut Alexander ab Alex. lib. 4. cap. 7. Itaq. Galba apud Ciceronem lib. 10. ep. 30. cum dextrum cornu teneret cum octo cohortibus Martiæ legionis, impetu primo fugauit legionem Antonij, cornu verò sinisterius erat infirmius, vbi Martiæ legionis duæ cohortes erant, & cohors prætoria, quæ pedē referre cœpit. Quod ex hoc fit perspicuum magis, quòd Germanicus moribundus Tiberio fratri ad se venienti non tantum legiones cum insignibus obuiam procedere iussit, sed etiam ut imperator salutaretur, præcepit, & dexteræ in parte prætorium statui, consulareq́, & imperatorium

nomen

nomen obtinere voluit, sed eodem etiam tempore, inquit Valerius lib. & cap 5. (& si Lipsius historiam inuertat) & fraternę maiestati cessit, & uita excessit.
Apud Virgilium Ae. lib. 10 Pallas Aeneæ sinistro est affixus lateri, quem & si libro octauo habes medio in agmine. Medio dux agmine Pallas. *accipe tamen, ut quem Aeneas sibi ab Euandro commendatum ante etiam ipsius patris conspectum in tutiore locasse vide ri uoluit. ut apud eundem.* Regina *(Cleopatra)* in medijs patrio vocat agmina sistro. *nam alio quin ut in nobiliore.* medio stat agmine Turnus. *apud Xenophontem lib. 8. ad dextram uiæ è regia egredi ens Cyrus suos habet Persas; ad læuam verò socios, quanquam is imperator apud eundem multò infra non timere, ac fortuitò iuberet discumbere eos, qui ad cœnam Vocati conuenissent: sed eum, quem plurimi faciebat, ad sinistrã, quòd hæc scilicet (inquit) multò magis, quàm dextra sit exposita insidijs, secundum ad dextram, tertium rursus ad sinistram, & ita deinceps si plures essent. in quo nisi fallit nos Iulius Gabriellius latinus interpres, miramur non modò Alexandrum de Alex. lib. 2. cap. 19 sed plerosq. omnes, quos adhuc vidimus, asserentes locatos à parte, quę cordi propinquior, hocq. esse nouum, & illi uni proprium, & non honoris, sed affectus dixit Lipsius Elect. lib. & cap 2. quasi Verò id dicat Xenophon, & ignoraret cor in medio situm, cuius & si ima pars vegeta magis, & spiritalis Vergat ad læuam, ideoq. ab ea salire magis sentiatur iuxta illud Iuuenalis.*
Læua quòd in parte mamillæ, Nil salit Arcadico iuueni: *id tamen sit, quòd ab ea parte uitalior*
est

est sanguis: nam quod ad leuum attinet, id ut imbecillius est, ideo etiam Italicè dicimus Latino nomine non mutato lato manco, quare ideo ad id latus uergit magis, ut rigi tem partem iuuet, & foueat ex Aristotelis sententia. Locarit igitur potius à lęua ut infirmioris partis munimen, & clypeum, seq. contra ijs tutandis, ut fortissimum prę buerit dextram: sic enim honorati honor mutuus reddit. Vel certè, cum dicat Xenophon id factũ, quòd ea magis, quàm dextra exposita est insi ijs, eum sic ab læuo latere pendentẽ ensem eorum arbitrio quasi subiecisse dicemus; perinde ac intimis amicis de quorum fide nihil dubitaret: quod etiã hodie Turcas oĩa armis metiri profitentes facere cõsueuisse legimus, & audiuimus. Nam quòd Antonius Nebrissensis, & nunc nuper Iacobus Mazzonius libro 3 cap. 24. in Danth, Ioannes Goropius Becanus, & ut audio, alij plurimi apud Romanos dicunt sinistrum locum fuisse honoratiorem eo freti Ouidiano lib. 5. Fast. de honore senioribus habito. Et medius iuuenum non indignantibus illis Ibat, & interior, si comes vnus erat. *hocq freti quasi Icarijs remigijs cælo etiam, uel supra celum se credere, & extollere ausi sunt Bersabeam Reg. lib. 3. cap. 2. ad Salamonis filij, & Christum Deum ad Dei patris considere dextram sinistra patri data, ut nobiliori, sicq. interdum D. Paulum D. Petri dextræ adsidere, illi quidem vereor, ne nugas agant; quos meritò reicijt Franciscus Mucantius libro de sacris Petri, & Pauli Apostolorum imaginibus, quem (ad sacra quòd attinet) legito si lubet. mihi enim cęlestibus relictis humi repere satis fuerit, illud aßerenti, ut cum putent se fecisse satis, quòd quibusdam probant exemplis,*

inte-

interiorem dici prosinistro. vt lib. V. Aeneid. dum proram ad saxa suburget Interior. &c. *mihi tamen hoc Ouidij aliam omnino reddit faciem, & notionem.*

Primum igitur hoc præfari libet, honestiorem locum iudicatum semper ratione habita tutioris partis. quamobrem ut tribus stantibus, sedentibus, aut deambulantibus honoratior habetur medius, sic duobus simul deambulantibus per urbem, honoratior olim habebatur parieti propinquior, siue ad dextram, siue ad læuam parietem; ab altera uerò parte comitem haberet latus tuentem. quod hodie etiã ueteri hoc seruato more Bononiæ, & in Cisalpina Gallia fieri consueuit: quoniam certè ab incommodiori uia: cęliq. & hominum iniurijs sic tectum, & tutum magis se teneat. Quod ita esse uel ex eo uide, quòd si cænosa, ac cliuior, & incommodior carpenda uia est, quem tibi præferre cupis ut superiorem, & honoratiorem, ei de uia decedis, uel per expeditiorem ire mones. Vnde illa Ciceronis in Catone. Salutari, appeti, decedi, assurgi, & illa Horatij metaphora decede peritis.

Si uerò puro in loco sit inambulatio, Interior fuerit respectu habito ad sui ipsius dextram, qua tutum tenet se, & comitantem amicum, à quo ambidexter redditur, & à parte infirmiore obtegitur, illo in ultro, citroq. incedendo exteriore semper conseruato.

Vti Liboni cum Claudio uellet, nollet faciendum fuit: cum Claudius ab eo sibi timens dextram obambulantis, uelut incumbens, quoad perageretur sermo, continuisse dictus sit Tranquillo. Vnde disce, Libonem tum de more, ambulationis initio imperatoris adhæsisse læuæ; tum eodem

sem-

ſemper ſtatu inceſſiſſe ; ideo enim dixit, obambulantis, quod eſt circum euntis, (ut apud Virgilium. Nec gregibus nocturnus obambulat) *& maiorem, ut qui ſemper exterior erat, feciſſe circulum.*
& ſic agnoſce, ut apud Ouidium Interior eſt ſenex: non enim mihi placet Lipſius, qui anterior legit; & anteriorē ſenem, poſteriorem iuuenem inceſſiſſe linea non ex æquo ducta comminiſcitur cum Giſellino: nam quæ in ferendis & cædendis ſermonibus oblectatio? & apud Horatium ſic monetur à Tireſia Vlyſſes Damæ liberto tum diuiti, fugitiuo ante, parricidæ, & periuro
Ne comes exterior ſi poſtulet ire recuſet.
à ſiniſtra nempe, quod nec diſſimulat Acron, Cælius, & Lambinus à circulis metaphoram ductam inquiens, quorum ij, qui ſunt exteriores, ſunt poſteriores, cuius ſententia hac luce lucet, nec præterea alia, quanquam etiam minus honoratus dextræ diuitis adhærens ambulare poſſit, dummodo ille interior ſit, ex altera parte parietē habens, ut apud Plautum in Menech. monetur ſeruus, exterior obſeruato hoſce modo. *nō ut cenſuit Lambinus, extra ædes: nam qui aliter Meſſenio peregrinus obſeruare poterat? ſed eos intra te, & parietem comprimens. ut hic à Tireſia iubetur Vlyſſes, & ſi reſpondentis Vlyſſis verba,*
Vt ne tegam turpi Damæ latus?
exprimunt potius morem initę ambulationis, in qua inferior à læua incedit quaſi clypeo obtegens, & deffendens potentioris amici latus: ſic enim tegere eſt pro tueri Virgi lib. 2. Nec Apollinis infula texit. *& li. 10.* dum texit Imaona Haleſus. *& Valer. Flaccus.* procul extulit orbem Exanimem te-
te

Canthe tegens. *Apud Tranquillum Claudius Aulo Plautio ingresso urbem obuiam progressus, & in Capitolium eunti, & reuertenti latus texit. Et ne ambigas, quod latus fuerit, audi Eutropium eadem de re, Plautium triumphantem (ex Británia) est prosecutus, & Capitoliũ conscendenti læuus incessit. ex quo loco vide, non frustra dictum post medium dextrum semper fuisse honoratiorẽ. Quin ni eßet, ut tutior locus habitus semper fuerit, ut hodie habetur honoratior, quomodo Plutarchi verba perciperes de Annibale, qui Epsesi in deambulando cum Africano digniorem locum arripuit? vnde enim digniorem dignoscere melius potuit, quàm ex tutiore? sed ecce quod velis, nolis, te inanibus præsidentẽ comprimat, nostrumq. transfugam omnino faciat. cum monet Horat. epi. 9. li. 1.*

Mercemur seruum, qui dictet nomina, læuum
Qui fodiat latus, & cogat trans pódera dextram
Porrigere (*dicens*) hic multum in Fabia valet, ille Velina.

an forsan nomenclatorem seruum à sinistra, ut nobiliori parte domino adherere suadet? neq. quidquam obstat, ut nobiles matronę ancillam, aut ministrum habeant ad dextram: nam prorsus id fit ad eas sustentandas. quare leges, ut Ester cap 15. assumpsit duas famulas, & super vnam quidem dextra innitebatur, quasi præ delitijs, & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens; altera famularum sequebatur dominam, defluentia in humum vestimenta sustentans. ut mireris minus apud Homerum Iones elcesipeplos, idest, vestimenta trahentes.

Et quandò, ut inquit Varro, scholica dape repleor, & explеor nunquam; In argento Philippi, Seueri, & aliorum

Roma

Romæ hastam sinistra, Victoriam dextra tenens expressa est; an ex horum sententia arma monstrat victoria ipsi anteponenda? Itaq. cum Iacobus Mazzonius in illo carmine Francischi Petrarcæ. Volsemi da man manca, e viddi Plato. *inquiat sinistrum locum nobiliorem dextro, ideoq. dari litteratis, eodem errore ducitur non percepti Ouidiani carminis, nec à se, nec ab aliis hactenus. Nam quæ maior sit armorum, & litterarum præstantia, hæc diu inter mortales decertata adhuc sub iudice lis est: Ideo enim quam sapientiæ, & prudentiæ deã vocarunt Palladem, eandem armatam confinxerunt, ut Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed legibus etiam indicarent oportere esse armatam, alterumq. alterius egere auxilio, inquit Salustius: nam si à litteris prudentia, & sapientia petitur, queis sine feliciter arma tractari nequeunt, ideo litterati ad læuam, tanquam militum, & imperatorum latus tuentes statuuntur, armaq. ipsa si ea sunt, quorũ exporrectiore propugnaculo litterati, quasi inertes læuę, armis quippe tractandis minus idonei conquiescunt, ideo meritò dextrum sibi vindicant locum. neq. est, ut idem Mazonius illud afferat pręmissum à Petrarcha de litteris.*

Che s'acquista ben pregio altro che d'arme.

& illud Danthis Infer. can. 4. de Aristotele.

Poiche inalzai vn poco più le ciglia,
Viddi il maestro di color, che sanno
Seder tra Filosofica famiglia.

Vterq. enim & si ante egisset de ijs, qui armis, & militari gloria floruerunt, demumq. videatur plus tribuere litteris, aut litteratis: id tamen omne eò spectat, ut osten-

dant, id dictum habita solum ratione contemplationis, & diuturni laboris quęsiti in litteris totum hominem, & integram hominis necessariò petentibus ætatē, per suaues tamen animi cruciabilitates. cum contra armorum tractatio & si operosi sit laboris, cum ipso tamen actu euanescat. sed quid consector id pluribus? an ne si isti in argenteo Gordiani, & æneo Antonini expressam vidissent imperatoris imaginem cum olea in dextra, & pura hasta in sinistra, dixissent arma pace ipsa esse præstantiora à Deorum concilio prouocantes, qui Neptuno equum emittente, & Palladi oleam, Palladi adiudicarunt pacem ferenti, relicto Neptuno per equum belli Symbolum prębente? & in Gręco æneo nummo Adriani super dextrā aquilæ alam si expressum vidissent caput Iouis; super sinistram verò caput Iunonis, Ioue ipso nobiliorem mihi persuasissent Iunonem esse nobiliorem? Vel si Arimini in peruetusto, & sublimi marmoreo fornice Augusti (eius enim esse indicat mihi caput Veneris, quo & nūmos, & cætera sua insignibat monumenta) Iouis caput à dextra cum fulmine, Veneris verò, à qua per Aeneam se oriundum iactabat, à læua cum columba spectassent, Venerem Ioue dicerent præstantiorem? & apud Ouidium cum Dijs tribus ille focos, totidem de cespite ponit, Læuum Mercurio, dextrum tibi bellica virgo Ara Iouis media est. *Mercurium Palladi anteponent, cui Iouis sæpe concedebantur manubiæ, & quam Ioui proximam facit Horatius in his?* Vnde nil maius generatur ipso, Nec viget quicquam simile, aut secundum, Proximos illi tamen occupauit Pallas honores. *quod illustratur ęneo illo Antonini Pij, aquilam ī medio,*

dextera noctuam, sinistra pauonem referente Iouem quippe, Palladem, & Iunonem.

His sic animaduersis plurimis ijs, quę Petrus Damianus, Gugliel. Durantes, D. Thomas, & Fräciscus Mucantius scripserunt, hunc etiam quasi apicem adde, si ijs libet, quibus me, & mea omnia libentissimo semper, & humillimo animo subijcio, & subiecta perpetuò uelim. D. Paulum ad D. Petri dexteram interdum pictum, tanquam instar, & symbolum diuinæ eloquentiæ, & scientię ad indicandũ sacrosanctam & Pontificiam maiestatem, cui propriè ut fastigium cælo proximum debetur dextera, quę cęlum ipsum etiam apud ethnicos auctores referebat, non inuitam humanis etiam rationibus, & eloquijs humanissimè honorem, locumq deferre. ut & eisdem etiam (in fidei misterijs, licet humanę opis non sit indiga) se tuens, & contegens, quasiq. paratis ministris utens, ideo ipsum D. Paulum cęlestis linguę, & doctrinę hieroglyphicum collocat ad lęuam. sic & Bersabea Deiparę virginis Symbolum filij dignatur dextra: ipsaq in Christo, & per Christum humanitas ad honestiorem gradum euecta per nostrum intelligendi modum dicitur.

Altiores cæteris eisdem etiam habiti nobiliores, Virg. Horatio prudentior. Musęus cur altis humeris.

Saty. LVI.

APVD *Virgilium plurima turba, quę Musęum suspicit, & accide audit eos mihi refert sapientes, quos Cicero de Finibus nulla alia cura sollicitos tempus omne in quærendo, discendo & naturę inuestigatione consumpturos inquit. sicq. etiam apud Horatium plectro sonantem*

Alceum, & canentem densum humeris bibit aure vulgus. *sed vide, qui prudentius egerit. ibi Alcei carminibus* Demittit atras bellua centiceps Aures, Eumenidum & recreantur angues: *nam inter sontes, & facinorosos eum canentem inducit; noster uerò Musæum suum, & Orpheum ab his longissimo inter uallo seiunctos prudentissimè statuit in Elysiis, ipsumq. Musæum, ut cęteris præstantiorem* medium plurima turba Et habet, atq. humeris extantem suspicit altis: *nam hac etiam ratione aliis prestantiores eisdem fingebantur altiores. quod de Musæo, qui deorum genesim conscripsit, ideo forsan finxit Virgilius illud Ezechielis contemplatus cap. 47. traducti primum per aquam vsq. ad talos, secundo ad genua, tertio ad renes: nec torrentem transuadare queuntis. quod acutiores significare inquiunt, humanarum quidem rerum haberi posse cognitionem, aliquamq. item diuinarum, sed altiorum, & quę supra humanum sunt captum, inanem in iis esse conatum, qualem Musæi altiora se inuestigantis suspici fingit Maro. Verum ut cunq. res se habeat, ut cæteris eminentior eisdē etiam habitus sit honoratior, ostendit Maro, apud quem lib. 9.* medio dux agmine Turnus Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est. *& apud Homerum odyss. 6. Nausicaa Dianæ comparatur in his.* agit se uertice cunctas Illa super. *Et apud nostrum* gradiensq. deas super eminet omnes. *& Statius de Capaneo.* toto despectat corpore bellum. *apud Xenophontem lib. 8. Pęd. cum propter Cyrum auriga magnus sanè vir sederet, minor tamen ipso apparebat, siue re uera ita esset, siue alio quopiam modo, Cy-*
rus

rus certè multo maior videbatur. ideoq. de Gotthifredo Tassii habes. Nuouo fauor del ciel in lui riluce El fà grande, & augusto oltre il costume. *Et Liuius lib. 8. Decium ab utraq. acie aliquantò augustiorẽ humano visu sicut piaculum omnis deorũ irę cęlo missum scribit. Talisq. Scipio cũ Annibale pugnaturus apparuit.*

Quam Maroni primã, & secundã praeripuit laureã Lipsius, eam expensa ratio, & multiplex reponit auctoritas. Velleius, & Quintilianus Notati. Saty. LVII.

CVM *hactenus paucula quędam in Virgilij laudem, collegissem, reuocaui ipse me perpendens ea Velleij de Homero lib. 2. Neq. post illum qui eum imitaretur, inuentus est. cui succinit Lipsius, solum hunc Pegasum cælum petere, reliquos pedibus pulsare terram, solumq. hunc inter poetas à magno Aristotele habitum, qui sciret, quid factu, & scriptu sit decorum. dolensq. à Scaligero in hoc spretum Aristotelis iudicium, Fabium adhibet asserentem, magni Viri esse non æmulatione, quod fieri non potest, sed intellectu eum sequi, Themistiumq. primum parentem, auctoremq. sermonum Platonis, & Aristotelis eum dicentem. quem demum talem agnoscens veneratur, & adorat. Qui certè bonos ut Græco non est inuidendus, sic eodem, & maiore noster non est temere priuandus, sed pensiculatius potius res tractanda, & dicendũ Non mirum esse Aristotelem primas detulisse Homero, qui Virgiliana uidere non potuit. ut uerò non omnino Themistio sit credendum, ut Plato, & Aristoteles suorũ sermonum Homerum parentem habuerint, faciunt quæ ex diuino Hippocrate excepere ad rem suam magis facien-*

tia, sed fac ab illo potius fuisse mutuatos, certè quod factu, & scriptu decorum sit, in hoc solo agnouisse Aristotelem, generatim eius opera perpendens caue, ne ad illud dicendum impellaris.

Non oculis, sed mēte magis mihi captus HOMERVS,
Nam sibi quos scelerum delegit sordibus alto
Sublimes cælo ut ferret, confinxit, ut alter
Demens nata negans hominum sibi iura, furores
Conciperet tantos, nemo ut mulcere valeret.
Alter & omne dolo semper metitus, & astu,
Sisyphius virtutis inops qui extollitur heros
Coniugis amplexu diuini nectaris haustus
Posthabuit, fœdè moluit quam turba procorum
Noctes, atq. dies, tali ut farragine mixta
Capripedem terris priuignum Pana crearet.

Nam ea, quæ speciatim in uniuerso opere attulit inconsideratius, expendit magnus ille Scaliger, & presertim Pœtices lib. 5. cap. 3. ut ei in Poeticis uersato credendū sit magis, quàm Vellcio, qui prolipsi, & anacronismo interdixit Tragicis, quos de hoc culpare ausus est nunquam Aristoteles, Theon, Plutarchus; & reliqui. Fabio uerò artis, quam uenditabat finem ignoranti, illudq. Aristotelis cuiq. obuium nescienti, finis est, ad quem omnia referuntur, ipse autem nusquam refertur, quid credas in poeticis, cui ad poeticas percussiones geminatas nauseanti, & illud effutienti, cauendum ne syllaba uerbi prioris ultima sit prima sequentis, Nicolaus Erythræus, ut in nausea disrumperetur, similia collegit CXXV? Tibi uerò, O bone Lipsi, quid credam admiranti in poetis locorum, & nominum confusionem, qua nil frequentius ostendi Saty.

XI.

XI. & XII. Relege igitur magis Virgiliana, ne illud in libri primi Georgicorum extremo. Romanas acies iterum videre Philippi. *Lucano tribuas. & cum illud Aristophanis uerum sit.* Artem, quam quisq. norit, in ea se exerceat. *Videamus, cum Homerum adores, an alij in Poeticis te praestantiores Virgilium adorarint prius. Statius Thebaidos extremo.* ne tu diuinam Aeneida tenta: Sed longè seque re, & vestigia semper adora. *Lucanus ubi sua expoliuit, doluit multa sibi restare ad Culicem, quod tamen opusculum Maro dedit adolescentulus. nec mirum: huius enim tantum facundia multiplex, hic unus dicendi genus omne complectitur: hic unus nullius expers disciplinę, non mortali, sed diuino uir ingenio, decem Rhetorum, qui Athenis floruerunt, stylos inter se diuersos unus permiscuit, ut sparsim Macrobius. hic acerrimi iudicij, & eminentissimus auctor est Quintiliano. hic Princeps carminis lib. 2. dicitur à Paterculo illo, qui supra de Homero agens si non inuentum dixit, qui eum imitaretur, de Graecis tum locutum, uel ex hoc cognoscitur. Hic celeberrimus auctor à Plinio lib. 38. cap. 1. dictus est. Ex huius sacrario ad poeticū decorum ab oratore exercēdum proferendum esse inquit Tacitus Dial. de orat. Hic uates excelsus, eminentissimus, poetaq. praeclarus apellatus est à Marcellino lib VI. altisonus ab Ausonio: optimus poetarum iudex ab Horatio, Aeternus à Martiale, felix à Propertio, cuius causa Mantua Musarum domus dicitur à Silio Italico, cuius Aeneide ex Ouidij sententia nullum Latio clarius extat opus. cuius opera in Graecam linguam uertere Graeci, ut Itali, Galli, Hispani in suam. cuius*

carmina admirati sunt maximè Diui Augustinus, & Hieronimus. quæ etiam oraculorum loco sunt habita. namq; nõ modò Secundianus, & Verianus pictores, & Marcellianus orator ex eorum lectione Christiani facti sunt, sed multi etiam imperatores ab ijs nummorum suorum sumpserũt argumenta, in æneo Adriani sus cum porcellis sub arbore. in æneo Vespasiani Tybris arundine velatus, & carbaso cum lupa, & Romulò, & Remo alumnis ex vbere pendentibus, in ijs Antonini Pij, & Cæsaris Aeneas patrem humeris, dextra penates ferens, sileo Virgiliana Carmina multis imperatoribus fuisse sortes, quod ex Spartiano, Lampridio, & alijs patet. Hic quod Homero non contigisse dolendum est, uix sibi uictum suppeditanti, potentioribus plurimis, ijsq. poetis, & celeberrimis fuit gratiosus, ut Mæcenati, Cornelio Gallo, Cinnæ, Horatio, Quintilio, & Pollioni, qui etiam eius quedam statim uisa præclarissimè interpretatus est. Quin eo non tantum fuit ingenio, ut hos omnes in propria cor. arte superare potuerit, sed ea etiã humanitate, & amabili in eos obseruantia, ut noluerit, quære de eo Martialis lib. 8. ad Cirinium.

Sic Maro nec Calabri tentauit carmina Flacci,
Pindaricos posset cum superare modos,
Et Vario cessit Romani laude Cothurni,
Cum posset Tragico fortius ore loqui.

vt mirere minus, si anima candidissima dicitur Horatio, Augusto uerò terrarum Principi gratissimus fuit adeo, ut ea legantur apud Macrobium, & P. Crinitum ex Symmacho. Ego uerò frequentes *de Aenea meo* à te accipio litteras. *qui etiam testamento uetuisse dictus, vel fictus est apud Plinium lib. 7. cap. 30. ne combureretur*

bureretur, ut sic magis laude dignum agnosceretur opus, quale certè agnouit Propertius in ijs, Cedite Romani, scriptores cedite Graij, nescio q̃d maius nascit̃ Iliade *Quamobrẽ nõ mirũ, si Silius Italicus eius natalẽ diẽ singulis annis celebrauit, quod etiam patrum nostrorum memoria fecisse audiuimus Actium Sannazarium, sic quasi pietate hac amabili præstita Virgilianis manibus, sua censentes reddere amabiliora poematia, vt mirum sit minus, si Torquatus Tassius hac memoria poetarum, & emunctioris naris delitiæ hunc solum Poetam uocaret suum, ex hocq. uno tanquam uberrimo oceano omnia expiscari asseueraret, & Hieronymus Vida Cremonensis Episcopus, ac Iulius Cæsar scaliger hunc solum ob multiplicem rerum omnium scientiam nobis poetarum omnium instar, ducem, auctorem, deum; & Poeticæ artis, & cuiusuis scientiæ, & facultatis auctorem, & doctorem contemplandum proponunt, huicq. uni demum Cæsar dicendo potius fessus, quàm Philosophando satiatus, uolens, & libens, quam alij etiam si possent darent, aram statuit.*

Oleam Pacis symbolum. & scriptorum, & nummorum auctoritate. probatum.

Saty. LVIII.

OLEA. *apud Hebræos, Barbaros, Græcos, & Romanos semper symbolum pacis fuit: sic enim in sacris litteris columba cum oleæ ramo in Noę nauem rediens post illam aquarum proluuiem, qua uniuersus terrarũ orbis obrutus est, conciliatę pacis inter Deum, & humanum genus prębuit significationem, quanquam Plutarchus de Industr. anim. poetica referat commenta. Columbam*

lumbam Deucalionie naui emissam quantisper remeasset, tempestatis, postquam autem euolasset serenitatis dedisse significationem. In contentione inter Neptunum, & Palladem orta de nomine Cecropię urbi imponendo, adiudicatum omnes asserunt Palladi, quòd oleam pacis indicem edidit, cum cõtra Neptunus dedisset equum belli symbolum, de qua re præter cæteros Apollodorus lib. 3. Isocrates Panaten. & Virgilius Georg 1. Apud Appianum De bel. pun. quo tempore deleta fuit Carthago, Asdrubal ad Scipionem clam fugit cum ramis oleæ, ut Massilienses apud Lucanum hostemq. propinqui Orant Cecropiæ prælata fronde Mineruæ. Paciferæq. manu ramum prætendit oliuæ *Aeneas Pallanti lib. 8. Quòd uerò ad Romanos attinet, in Adriani nummo simulacrum est flexo genu dextram Adriano stanti porrigens, sinistra oleæ ramum humero demißum tenens, ut in altero eiusdem Hispania est humi sedens simulacrum læuo cubito lapidum tumulo innixum, dextra oleæ ramum habens. in æneo etiam Vespasiani, & Domitiani Pax est altera manu ramum oleæ, altera facem tenens, qua arma comburit, litt. Pax. Augusta, Et in nummo Seueri Pij simulacrum togatum cum oleæ ramo litt. Fundatori pacis. & in argento Augusti ex parte altera duæ iunctæ sunt cum caduceo manus, & cornu copiæ litt. pax. ex altera parte caput Augusti folijs oleæ coronatum litt. D. August. quò forsan respectum habuit Maro sua sub persona in ijs* Ipse caput tonsæ folijs ornatus oliuæ Dona feram. *nec indictum relinquam, oleam mihi in capite fortitudinis indicem uideri sæpius. sic lib 5. tres primi uictores in cursu* Fulua caput nectuntur oliua. *Et in Olympicis ideo*

olea-

oleastro coronabantur, siue siluestri olea, quæ spinosa est, & fortitudinis miræ, atq. a leo tantæ, ut ex ea potius, quàm robore præla, & torcularia fiant ferro uix minimum cedentia.

Cani in pueritia quidam, & cur.

Saty. LIX.

SENECAM *sic dictum uolunt quidam, quòd à pueritia canus fuerit. vt & Numa, de quo Maro li. 6.* noſco crines incanaq. menta Regis Romani. *vt ipse etiam Maro talis fuiße dicitur à puero à Francisco Petrarcha epi. 3 lib. 6. quòd forsan, vt inquit idem, habuerit* Penſier canuti in giouenil etade. *Et* Sotto biondi capei canuta mente. *sic enim cum Tyrrhenum, à quo Tyrrhenia dicta est, ab incunte ætate incanuisse referant fabulæ, ad egregiam indolem id referendum ait Strabo.*

Legibus, & religione Ciuitates conseruari, & regi. de Iside, & Cerere, eiusq. de epigrammate in lapide dubitatio.

Saty. LX.

C*VM vrbis Romæ conditor dicat Romul. quæri posset cur de Numa dixerit Maro lib. 6* primam qui legibus vrbem fundabit. *nisi quærenti Seneca epi. 91. facere posset satis, qui et si sciret conditas à Cecrope Athenas, scripsit tamen ut Solon Athenas legibus fundasse dicitur temperans accerbitatem legum Draconis. Romulusq. præterea et si quasdam leges tulit, vt scribit Plutarchus in Romulo nihilominus Numa primus ritus, & sacra*

instituit,

instituit, & leges multas tulit: quare meritò primus eam legibus fundaße dicitur: absq. religione enim imperium constare non posse meritò censebant Romani, quare Horatius lib. 3 od. 6. Dijs te minorem quòd geris, imperas, Hinc omne principium, huc refer exitum. *Itaq. Dianij lapis est his litteris.* Palladi Victrici Sacrum. Hic Hostium reliquias profligauit Cato Vbi & Sacellum Miro Artificio Structum, & Æream Palladis effigiem Reliquit. Pareant Ergo & Noscant omnes, Senat. & pop. Rom. Imperium Deorum Numine, & Militum Fortitudine Tueri, & Regi. *Et parum profectò fuisset à Romulo vrbem conditam, nisi legibus deinde, & religione fuisset conseruata. Itaq. Isocrates in orat. Areopag. felicitatem ciuitatis non confici inquit magnificis murorum structuris, nec ciuiū numerosa multitudine cōtineri; sed sapientibus, & moderatis reipublicæ gubernatoribus, cum ciuitatis anima illius sit administratio, quæ non minores in ea habet vires, quàm in corpore anima. Quamobrem Isis Aegypti regina, quę Baubastiam prima vrbem condidisse dicitur, & prima item fruges reperit, eadem etiam se leges tulisse gloriatur, quod de Cerere alij commenti sunt, quæ legifera etiam dicitur à Virgilio; cuius elogium Calletiæ in quadam columna sic legi asserunt: P. Appianus, & Bartholomæus Amantius lib. inscript. itemq. alia in Columna in urbe Nysa.* Ego Isis sum Aegypti Regina à Mercurio Erudita Quæ Ego Legibus Statui, Nullus Soluet. Ego Sum Osiridis Vxor, ego sum prima Frugum inuentrix. Ego sum Ori Regis Mater. Ego sum In Astro canis Refulgens. Mihi

Baumastia

Baumaſtia vrbs condita eſt. Gaude Aegypteme nutriſti. *ſed hæc adeo vetuſta eſſe nequeunt, ut ipſi putarunt, niſi ex Aegyptiaco ſermone multò poſt ſic latinè fuerunt reddita.*

Ex infimo loco ad regium faſtigium euecti quidam.
Saty. LXI.

VRBEM *Romam à Romulo, & Remo paſtoribus conditam præter cæteros non ſiluit Iuuenalis.*

Dic mihi maiorum quiſquis fuit ille tuorum?
Aut paſtor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

qui etiam ſimulac M. Tullij extulit laudes. nam & ſi Arpino oriundum Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. *ſic addit de Mario.*

Arpinas alius Volſcorum in monte ſolebat
Poſcere mercedem alieno laſſus aratro.

ſed & Numa etiam Curibus paruis, & paupere terra Miſſus in imperium magnum *dicitur Virgilio, ut ex antitheti colligas admirationem, ſed maiorem in Tullo Hoſtilio, cuius incunabula inquit Valer. Maximus lib. 3. cap. 4. agreſte tugurium cæpit: eiuſdem adoleſcentia in pecore paſcendo fuit occupata, validior ætas imperium Romanum rexit, & duplicauit, ſenectus excellentiſſimis ornamentis decorata in excellentiſſimo maieſtatis faſtigio fulſit. in quo mirum ni Fr. Felicis Peretti, qui Xiſtus V. fuit Pontificatum, & vitam præſignauit, quanquam ætas noſtra & alios ex humillimis incunabulis in faſtigio cælo proximo conſtitutos, & omnibus imperantes viderit. Seruius verò Tullus ex nomine admirationem concitat: Seruus, n. natus ſeruili cognomine, & regia appellatione*

decoratus

decoratus est. & Maximinus à pecorum caula ad imperialis aulæ fastigium euectus est, ut & Tamberlanes.

Seueritas parentum quorundam in filios.

Saty. LXII.

PATRIAM *multi beneuolentię in filios antepofuerunt. Bruti filij quoniam superbi Tarquinij filios in vrbem recipere uoluerunt, capite priuati sunt à patre, quamobrem in argentei parte altera caput est femineum litteris. libertas, ex altera uerò duę figurę cum fascibus elatis, quas ante duo minores sunt adolescentum, ut apparet, vinctis manibus, incedentium gestu expressæ litt. Brutus, vt agnoscas illos Bruti filios littoribus necandos traditos, à patreq.* Ad pœnam pulcra pro libertate vocatos. *cui similis est Traiani nummus multò post cussus. Cassius etiam filium quòd agrariam legem primus tulit, deposito ab eo magistratu uerberibus affectum domi necari iussit. ut Liuius lib. 2. Dionysius lib 8. Tenedi etiam tyrannus securi caput filio amputandũ iussit deprehenso in adulterio, quare Tenedij id suis expressere nũmis. Manlius etiam Torquatus in filium securi animaduertit, quòd contra vetitum cum hoste fuerat absente patre congressus. sic Fuluius senator audito filium ad Catilinam hostem patrię profectum retractum ex itinere iussit necari, ut Salustius asserit, quod & alij multi fecerunt liberos suos se indignos censentes. vt Dio lib. 37. Trebellius rex Bulgarorum, vt inquit Sabellicus lib. & cap. 3. filium quòd à Christiana religione desciuerat, excæcauit, & si regni ei dederat gubernacula.*

Lenitas

Lenitas in suos adhibita supplicij non expers.

Saty. LXIII.

NEC tamen defuere qui beneuolentiam in suos patriæ antepo suerunt charitati, quos alij quidem culparunt, alij commendarunt: nam pietas certè in filios est comendanda, sed charitas in patriam non negligenda, prudentiaq. in his rebus maxima optanda est: nā ut inquit Cicero ad Brutum. video te lenitate delectari & eum putare fructum esse maximum, præclarè quidem, sed alijs rebus alijs temporibus locus esse solet, debetq: nam ut lib. 1. de officijs ita probanda mansuetudo est, atq. clementia, vt adhibeatur Reipub. causa seueritas, sine qua administrari ciuitas non potest. Itaq Tatius Romanorum rex, ut Liuius lib. 1. & Dionysius Halycar. lib. 2. Lauinij est inter fectus, quòd de propinquis suis, qui Laurentes legatos uiolarant, supplicium sumere, vt ius postulabat, noluisset: nam ut Cic. scribit ad Brutum ep. 6. salutaris seueritas uincit inanem speciem clementię, hincq. Charondas cum legem tulisset, ut qui arma detulisset in concionem capite multaretur, rure rediens per imprudentiam gladio accinctus in forum accurrens ad excitatam quandam sedandam seditionem, cum sibi obiectum audisset à se uiolatas, quas tulerat leges, meo inquit sanguine inuiolabiles faciam, strictoq. gladio se interemit, ut Diodorus lib. XII.

Cum ætate & dignitate mores mutari. de Cæsare, Pompeio, Tiberio Nerone, Caligula, Domitiano.

Saty. LXIV.

NOTA illa, Alia ætas alios mores postulat, & Dignitas mutat mores. Dum Cæsar, & Pom-

Pompeius humiles extiterunt, concordi inter se fuerunt uo luntate; ubi uerò rerum gestarum gloria illustriores fieri cœperunt, tum maximè extulere animos, & affectauere tyranidem. quod sentiens Maro de ijs in Elysiis sic loquitur. Concordes animę nunc, & dum nocte premuntur. *sic Tiberius Cæsar Rhodum ab Augusto socero relegatus ad imperij fastigia euectus humanū se initio, & bonitatis studiosum adeò prębuit, ut rerum administratione consulibus tradita in senatu etiam sibi reclamari pateretur: cæterum cum ætate mutatis moribus crudelem se, superbum, atq. immanem prębuit. ut Nero initio matris obseruantissimus, ad misericordiamq. adeò procliuis, ut quoniam condemnatorij libelli sibi erant subscribendi, palā inclamarit dolere, se scire litteras, uectigalia diminuit, senatorū tenuitatē publica mercede subleuauit, demumq. ingenium ita immutauit, ut matrem impiè de medio sustulerit, & leuissima causa senatores, & plurimos clarissimos uiros interemerit, tantaq. siti in alienas opes exarserit, ut infandū monstrum inter homines emersisse uideretur. Sic Caligula nullū unquam hominem humilius seruiuiße, & crudelius neminem imperasse scribit Sabellicus lib. 7. Sic deniq. ne plura consecter, Domitianus, qui adeo ad misericordiam, & lenitatem se procliuem ostendit, ut ne bestiarum quidem sanguinem intueri uellet, relictasq. hęreditates repudiabat, deinde cum imperio mutatis moribus in plurimos leuissimis causis seuijt, in eorumq. bona inuasit, qui uel uno teste probarentur dixisse, uelle bonorum suorum hęredem esse principem. hincq. M. Tullius sępe in litteris ad Atticum Pompeium si superaßet, non potiorem ciuem Cęsare in republicę ad ministratione futurum*

fuisse

fuisse asserit, propterea quòd victoria ad quos uenit, eos reddit, inquit alibi, insolentiores.

Horrea vinaria an in editioribus, vel subterraneis olim essent locis. Vinúq; fumum quomodo biberent. Expositus Horatius, & Galenus. notatus Lambin.

Saty. LXV.

H*ORREVM non modò ab horriditate spicarum, & aristarum locum indicat, vbi frumenta condebantur, sed etiam apud Apuleium lib. 3. de Asino aureo rerum omnium conditorium. Tunc inquit, horreum quoddam satis validis claustris obseptum, obseratumq. quod medijs ædibus constitutum gazis Milonis fuerat refertum, securibus validis aggressi diffindunt. quo passim recluso totas opes vehunt. idem & significat vinariam apothecam, unde Horat. lib. 3. od. 28.* Parcis deripere horreo Cessanté Bibuli consulis amphorã? *& lib. 4. od. 12.* Qui (*cadus*) nunc Sulpitijs accubat horreis. *nisi tamen ex his locis, & illo eiusdem lib. 3. od. 21.* Descende Coruino iubente Promere languidiora vina. *ires in Lambini sententiam censentis, hinc intelligi veteres vasa uinaria in apothecis editiorib. locasse, fortasse inquit, ut fumum biberent, quòd eiusdem legerat* Amphorę fumum bibere institutę Consule Tullo. *& Aristoteles Meteor. 4. in Arcadia vinum in vtribus à fumo ita exsiccari, ut bibatur abrasum, ac desectum. Attamen ego & si non ignorem Veteres vinum fumo medicari solitos fuisse, quoniam eo præcocem trahunt maturitatẽ, & celerius vetustescunt, & vt asserit Columella lib. 1. cap. 6. mãgonum id fuisse opus qui mustum, & recens*

vinum pro ueteri uenale habere uolebant: nam alioquin fumo inueteratum Vinum insaluberrimum est, inquit Plinius lib. 23. cap. 1. nec tamen denego quibusdam in locis in editioribus uina locari consueuisse: Galenus enim 4. Simpl. 24. fieri ait in Asia id æstate (præcipiti quippe, nouo autumno) in lagenas siquidē infusum imponunt in tecta ędium, sub quibus infernè multa flamma luceat. quin ad meridiem solemq. obuertunt cellas, ut citius maturescant, & potui idonea euadant: quoniam quod multo tempore alij, ijs quę sic excalefacta sunt, breuissimo, inquit, aduenit. quod & patrem fecisse testatur 1. Antidot. cap. 3. quam rem culpauit etiam Martialis in his.

Improba Massilia si quid fumaria cogunt,
Accipit ætatem quicquid ab igne cadus.

quod tamen Autumno solum fieri solitum musto adhuc recentiore, & immaturo censendum est, quod & nos hodie facimus tenuissimis coryli corticibus. nam ad annuum usum illa conseruasse credibile est potius in apothecis subterraneis frigidioribus, ut hodie passim in Italia consueuit: nam usu, & experimento compertum est, ut quæ in editioribus locantur, breui acescunt. neque hodie potior aceti conficiendi ratio, quàm ad solem, aut fumum statuendi dolia. quanquam cum alia alius sint generis, & naturæ alijs etiam, atq. alijs seruentur modis. Imbecilla enim uina demissis in terram dolijs, ualidiora uerò expositis seruanda monet Plinius lib. 14. cap. 21. idemq. affert, ut mitiores plagæ dolijs condunt, infodiuntq. terræ tota, aut ad portionem situs. itemq cælum præbent, alibi uerò impositis tectis arcent (claudunt) Alij igitur, ut hodie, in subterraneis apothecis habebant, alij altius à terra uina sua conseruabant,

seruabant, quare Iulius Capitolinus in horreis dolia defossa supra terram apparuisse inquit. Et Hippocrates *de Sacro morbo num. 9. ait ex periculo uerum compertum, quæcunq. in domibus uasa fictilia iuxta terram sunt, cum uino ea omnia austrum sentire, & formam in aliam speciem transmutare. In Arcadia uerò niuosa ob nimiam frigiditatem gelasse uinũ nil miror, cum apud Virgilianos Hyperboreos.* Si Cædunt securibus humida vina. *illud etiam legatur. ut pocula* imitantur uitea sorbis. *sed & alia ratione, ac quidem duplici amphoræ, & dolia fumum bibere poterant. uel quia uinum dum recens conditur, ebullit, & fumum exhalat, vnde & hodie generosa quædam uina fumosa dicimus, quæ etiam sic appellat Tibull.* Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos. *quare Plautus in Cistel.* Mustulentus æstus nares attigit *dixit metaphora sumpta ab æstuante, & fumante uino.*

Vel fumum bibebant, quòd decocta in dolia condebantur, quod fieri solitum olim, ut hodie in plerisq. Italiæ locis solet, ostendit Maro Georgicorum primo. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem, Et folijs undam tepidi despumat aheni. *sic enim bullienti, aut calido uino impleta dolia fumũ ut biberẽt necesse erat.*

Virgilius non satis ab Higini Calumnia uindicatus à Ioviano Pontano, Alciato, Turnebo, Nascimbeno, *Seruio Sebast. Corrado Modicio.* Saty. LXVI.

E*A apud Virgilium lib. 6.* Eruet ille Argos, Agamemnoniasq. Mycenas, Ipsumq. Aeacidę

genus armipotentis Achilli Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ. *ad filij solatium potius ab Anchise, quàm ad imaginem historicæ ueritatis de uno aliquo Romanorum dicta sunt. consinia illi à Ioue ad solatium sollicitæ Veneris allato lib. 1. Aen.* Cum domus Assaraci Phythiam, clarasq: Mycenas Seruitio premet, & victis dominabitur Argis. *quod mirum est culpatum ab Hygino apud Agellium lib. 11. cap. 16. quòd nullus Romanorum hæc omnia præstiterit. quare torquent se multi id ab historica ueritate exigentes. nam Alciatus refert ad Q. Cæcilium, qui uicit Andriscum. Iouianus Pontanus, Turnebus, & Nascimbenus ad Paulum Aemilium, qui superauit Persen Macedoniȩ regem, regnumq. Aeacidarum euertit, Seruius ad L. Mummium Achaiæ victorē: Sebastianus Corradus ad Marcum Fuluium Nobiliorem, qui Argos euertit Amphilochium, & cuniculis actis ad regiam Pyrrhi eius ossa eruit.* Sparsa per Ambracias quæ iacuere uias. *nec uident se nihil proficere, dum à Poeta historiæ exigunt ueritatem. nam Mycenas ducentis ante annis, quàm Romani Græciam occuparint, deleuerūt Argiui, inquit Modicius, & Argos seruatos inquit à L. Mummio, quoniam apertis portis se ultoribus Romanis dederant; Verum ego dicerem Poetam nullis seruatis historiȩ legibus cum alij Romanorum Achaiam, alij Macedoniam subegissent; Anchisen ad filij solatium ea præcipuè nominasse loca, unde Achilles, Diomedes & Agamennon fuerant oriundi, qui Troianis magis omnibus incommodarunt, & sic his nominibus Grȩcos à Romanis superandos præmonstrasse, quare ab his omnibus se explicans, quorum Explicationibus*

nibus se fore implicandum præuiderat celeberrimos secutus auctores Sophoclem, & Euripidem se exposuit Argos Amphilochium à se non intellectum cum Corrado, & ne pili quidem facere euersas Mycenas ab Argiuis, ut inquit Modicius, addens, & exponens se Argos, & Agamemnonias Micenas unum, & idem oppidum habuisse, in eóq. conquieuisse, ut quæ metropolis totius Grecię erat Troiani belli tempore ad Aeneæ solatium euertenda diceretur, & quia ab Achille, qui interempto Hectore, ut dixit Horatius, Tradidit fessis leuiora tolli Pergama Graijs *multa post sæcula futurus erat nepos, Romanis tandem armis occumberet. uersus Sophoclis sunt in ipso statim initio Electræ, ubi Pædagogus eadem intra mœnia Orestis Argos monstrat, & Mycenas.*

O Ducentis exercitum in Troiam quondam
Agamennonis fili nunc illa licet tibi
Præsenti inspicere, quorũ appetẽs fuisti semper
Antiquum enim Argos, quod desiderabas, hoc
Furore agitatæ nemus Inache filiæ
Hoc autem Oreste lupum interficentis dei
Forum Lycæum, ex sinistra autem hoc
Iunonis inclytum templũ; quò autẽ peruenimus
Dic Mycænas multo auro abundantes videre.

Et Euripides in Oreste. O Clare Myconides quæ estis primariæ in Pelasgo solo Argiuorum. *Obseruauit etiam Strabo lib. 8. Argos, & Mycenas communi nomine appellari.*

Serani se à serendo non dictos per nummos persuadere conati sunt. Saty. LXVII.

HODIE *multi fortuita opum accessione facta sui generis primordia, & ignobilitatem erubescentes ad gentilitium nomen illustrandum generis insigne, & argumentum confingunt, quod eos in rusticis tugurijs semper versatos ignorantes lateat, ab ipsoq. potius Inacho, & Dardano oriundos arguat. sic clauibus semper secandis, & limandis assuetum, ideoq. Clauarium vulgò ab omnibus dictum multa nummorum ui collecta, solum mutasse, exteraq. in urbe ad senatores, & optimates relatum, ab omnibusq; opum causa admiratione, & ueneratione affectum hoc generis sui Emblema, & argumentum extulisse uidi, clauam nodosam cum leonino exuuio, ut sic ex clauis, & clauæ similitudine nominis, se ab Hercule oriundum uenditaret, qui Nemeum necauit leonem, monstraq. & Tyrannos claua prostrauit. sic alter ab aratro lixa redditus, indeq. auctus opibus leonem refert pro domus illius symbolo, quam olim Scythico, aut testudineo more traxit ille. Aquilam ostentat ea quasi donatus a Cæsare, cũ ex alieno rure pedem abesse ei licuerit nunquã. Idem ego Seranos aliquando Romæ fecisse reor, Maro enim à serendo eos dictos autumat ibi.* vel te sulco Serane serentem. *neq. etiam idem dissimulat Plinius lib. 18. cap. 3 serentem inuenerunt dati honores Seranum, unde cognomen. Et Cicero pro Sext. Alter verò non ille Seranus ab aratro. & tamen ad ignobilitatis principia occultanda duos argenteos denarios apud Fuluium Vrsinum de famil. Romanis cudendos curarunt cũ litt: Saran. idest Saranus, sicq.*

sicq apud Iulium obsequentem, & in lapide, Sex. Attilius M.F. Saranus procos. ex senatus consulto inter Atestinos, & Veicentinos fines terminosq. posuit. Sarranos uerò, & Saranos quasi Tyrios uel Punicos dixeris Poenos Sarra oriũdos Ennius dixit, inde Sarranæ tibiæ, Sarranũ ostrũ, sicq. ut ostenderent eos ortos à Regulo, qui apud Poenos occidi maluit, quàm apud suos uiuere, Sarranos fortaßè dixerunt inquit Antonius Episc. Ilerden. familia Attilia.

Cognomina olim ab agrorum cultura accepta.

Saty. LXVIII.

VERVM enimuerò non tam longè generis sui incunabula repetent, suámq. rusticitatẽ dissimulabunt Lentuli, Pisones, Cicerones, & reliqui. Fabijq. illi, quorum trecenti in Tyrrheno bello ceciderunt, ut Plutarchus in Camil. & si Liuius sex & trecentos in bello contra Veientes periisse dicat uno tantum in cunis relicto, quanquam plures bello non idoneos domi restitisse credibile sit. nisi tamen hi etiam Fodij prius dicti à fodiendo Plutarcho in Fab. Max. ut Attilij mutatione cognominis Fabij dicti sic genus illustrare magis conati sunt. Licet Plinius lib. 18. cap. 3. cognomina hæc prima inde à ueteri agrorũ cultura deducat Pisonum à pinsendo. Iam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum ut quisq aliquod optimè utebatur ut uideas temerè facere eos, qui Ciceronem inde deducunt quòd ciceris formam haberet in ore, quasi uerò Hircij, Tauri, Capiones, Appij, & id genus plurimi quid simile in ore habuerint, de quibus Cato, & Varro.

Maturitas in agendo laudata, & nummis expressa.

Saty. LXIX.

P*OETAS non una tantum ratione commendandi locum cæpit Maro, & Musæum cæteris præficiens, & Orpheum lyra loquentem faciens, & Ennij carmen etiam in Elysiis ab Heroe Anchise allatum fingens de Fabio Maximo.* Vnus qui nobis cunctando restituit rem. *Hic Fabius à Plutarcho Annibalis Pædagogus appellatus, quòd cum per uniuersam ducens Italiam, nunquam pugnæ occasionem præberet, deductum uerò Capuam delitiæ, & luxus superarunt, & antea ferocientem domuerunt. de hoc Franciscus Petrarcha.* Il vecchio ch'Aniballe à bada tenne. *Huic fasces summissit Minutius patrem appellãs, quem antea cunctantem irriserat, demumq. postquam ssam exercitus partem præpropera festinationis causa prudentissimum agnouerat, maturitatem rebus in omnibus adhibendam asserens, quam & alij plurimi uaria ratione commendarunt. Id enim sibi uoluit Cicero ad Atticum.* Diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. *& argenteus nummus Titi cum delphino anchoræ obuoluto, argenteusq́, & æneus Augusti litteris Festina lentè. quod & Domitianus & aureis, & argenteis retulit, ipseq. Augustus altero argenteo idem expressit simulacro quadrato Termini, & Fulmine idemq. sibi vult Ceruus in gemma ex coclea exiliens serpentem se habens, significãs quippe lentè festinare prudentis esse.*

Defensus

Defensus Maro quòd Ciceroni Græcos oratores antepo∫u-i∫∫e vi∫us e∫t. ∫ummaq. Ciceronis laus.

Saty. LXX.

CVM *Maro inquit.* Excudent alij ſpirantia mollius æra Credo equidem, veros ducent de marmore vultus. *uera attuli∫∫e uideri poteſt, ut etiam in ∫ub∫equentibus, cum Aſtrorum ∫cientia, rerum diuinarum, & humanarum cognitione Græci Romanos anteiuerint. ∫ed quòd inquit* Orabunt cauſas melius *id certe eſt, quod nulli unquam per∫ua∫erit, cum eloquentia unus Cicero quot quot unquam quouis in loco fuerint oratores, facilè ∫uperauerit. Nam & ∫i de uità decem Græcorum oratorum multa dixerit Plutarchus; omnes tamen cum Cicerone non conferendos ex eo liquet, quòd hic in amplißimo orbis terrarum theatro in luce omniũ gentium, & arce omnium terrarum ijs corã dicens, quos omnes Cyneas reges duxit, nullius unquam, niſi propria in cau∫a, incredibile, ni fallor, ingrati animi in ∫e uitium ob∫tupeſcẽs ∫iluit; cum contra Demo∫tenes Græcorum oratorum facilè princeps non modo coram Philippo Macedone, ∫ed penè ∫emper Phocione in ∫enatum ingrediente obmuteſceret. Verum admirabile, & ∫ingulare hoc laudis genus eſt rhetoricèq; prorſus agit Maro: nam quantò magis cæteros oẽs Romanis præfert in ∫cientijs, & di∫ciplinis omnibus, etiã ijs permißis, quas omnino non callebant, tantò Romanos ∫cientia ∫cientiarum omniũ maxima reliquis omnibus longè antecellere oſten dit, quã una ut illi animo in∫ideat, addit tanquam de ∫ublimiori ∫ella præcipiens.* Tu regere imperio populos Romane memento. Hæ tibi erunt artes.

Rectè

Rectè qui Imperent. Imperium pro victoria. Imperatores qui. Horatius Virg. & Ariost. expositi.

Saty. LXXI.

A*TQVI proximo Poetæ Carmini obijciat aliquis illud Aristotelis Polit. 5. Neminem bene imperare posse, qui non paruerit, quod & ante monuit apud Laertium Solon. Impera, cum parere didiceris. & Cicero 3. de leg. qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est, Romani ergo, qui nullis subiecti unquam esse didicerunt, mirum est, quomodo alios imperio regere sciuerint. Quare illud Platonis lib. 6. de leg. erit asserendum, Neminem posse dominum esse laude dignum, qui non rectè sciuerit primum legibus, hoc est Deo, inde natu maioribus obtemperare, qui honestè, & magna cum laude uitam traducat; quod in Romanis agnouit pulcherrimè Horatius.* Dijs te minorem quòd geris imperas Romane. *senectus uerò semper in urbe Roma uenerabilis fuit, ut inquit Calistratus Digestor. lib. 50. Tit. 6. cap. 15. ita ut in collegio Augurum prouectior ætate omnibus anteponeretur, etiam si cum imperio essent, ut testatur Cicero de Senect. maioresq; natu à minoribus colebantur ad deorum propè, ac parentum uicem, atq. in omni loco, omniq. specie honores potiores, prioresq; ijs habebantur. ut inquit Agellius, quare Claudianus à Romanis ceteros omnes edoctos asserit, sic enim de Vrbe Roma.* Armorum, legumq. parens, quæ fundit in omnes Imperium, primiq. dedit cunabula iuris. *Imperio uerò regere apud Virgilium expono, uictorijs, ut sit subsequens pro præcedenti, cum præsertim huic responderat illud.* pacisq. imponere morem. *Ea certè uia, ut populum aliquem exultantem*

&

& per uetitum nefas irruentem superans, & reprimens alios etiã parere doceat, paciq. morem statuat, quem Iulius Festus apud Macrobium lib. 3. cap. 8. institutũ patrium esse ad religionemq. pertinere inquit. nã alioqui superuacanea uidetũ uox Imperio, cũ quicunq regit, imperio regat, necesse sit. Et si dixit de Ioue lib. 1. Æternis regis imperijs. *id tamen est, quoniam quæ semel iussit, ei semper sunt rata. itaq. & Horat. de eodem.* Imperio regit unus æquo. *Pro uictoria uerò imperium poni facilè permittet, qui animaduertet illud Varronis de Re Rusti. Trebellius cum esset Quæstor Licinio Nerua prætore in Macedonia prouincia relictus qui præesset exercitui, dum prætor rediret, prælio hostes ita fudit, ac fugauit, vt ab eo Nerua prætor Imperator appellatus sit. Et Cicer. in Pison. Scio Q. Marcium, quorum tu legatorum prælio Imperator appellatus eras, cũ longè abfuisses, aduentu isto tuo domi fuisse ociosum. & ipse Cicero simulac de Ammaniensibus dissipatis, castellis captis, & incensis egit, addit, lib. 2 ep ita victoria iusta Imperator appellatus, quare illud Horatij.* nam tibi quo die Portus Alexandrea supplex & vacuam patefecit aulam Fortuna lustro prospera tertio Belli secundos reddidit exitus, Laudemq. & optatum peractis Imperijs decus arrogauit. *nihil aliud significat nisi peractis, & comparatis uictorijs unde toties imperator ab exercitu uictore appellatus es.* Eadem ratione exponerem illud Hunc ego si potui tantum sperare dolorem Et perferre soror potero *non pro timere per quandam acyrologiam veluti omnes reliqui explicant, ut illud apud Horatium.* ne fluitem dubiæ spe pendulus horæ. *& Ariosti.* Et à colui

colui che qui m'ha chiusa spero Che costei ne darà subito inditio. *sed pro præuidere, quòd quæ speramus, aut metuimus, præuidemus, & præuisa tela nocent minus: ideo n. subdit.* & perferre Soror potero. *Mart. Verò Delrius apud Senecam in Hercule Furente ibi.*
Turbine magno spes sollicitæ Vrbibus errant.
ait somniare Grammaticos, qui tantum bona sperari dicunt; nam inquit, qui sperat inter gaudium, & timorem versatur, quod & si non denegem sciens illud Poetæ lib. 1. Aen. Spemq. metumq. inter dubij. & exultantiaq. haurit Corda pauor pulsans, laudumq. arrecta cupido. *non ignorans tamen à M. Tullio in Tus. spem dici eße expectationē aduenientis boni, & commodi, putarem non nisi impropriè dici, expectari mala.*

Scientiam omniū optimam scire imperare. Romanorū laus, & qua arte, & disciplina oēs subegerint.

Saty. LXXII.

A*RTEM optimam imperandi calluisse uideri poßunt Romani ex hoc non in minimis habendo, quòd ex omni regione cæperunt Senatores, ut sic populos omnes quasi uinculo quodam insolubili sub uno imperio deuincirent. quare Panegyricus scriptor.* Sensisti Roma te tandem arcem omnium gentium, & terrarum esse reginam, cum omnibus prouincijs optimates viros curiæ tuæ pigneraueris, ut senatus dignitas non tam nomine, quàm re esset illustrior, cum ex totius orbis flore constaret. *vnde ductus uideri potest Tacitus ad uocandum Ciues Romanos capita imperij, & decora omnium prouinciarum.*

Hæ profectò ingenuæ artes dici possunt, quæ doceant quomodo ingenuus, & liber esse queas, in aliosq. qua ratione habere possis imperium. nam quæ alieno nunquam te sub trahunt seruitutis iugo, ex simillimæ earum uidentur artium, quas edocti equi quantò callent magis, tantò diutius sessorem stimulis, & freno audacius imperantem patiuntur. Itaq. illud uerum est Flauij Vegetij lib. 1. Nulla alia re populum Romanum sibi orbem subegisse terrarum, nisi armorum exercitatione, disciplina castrorum, usuq. militiæ. Quid enim aduersus Gallorum multitudinem paucitas Romana ualuisset? quid aduersus Germanorum proceritatem breuitas potuisset audere? Hispanos quidem non tantum numero, sed etiã uiribus corporũ nostris præstitisse manifestũ est. Afrorũ dolis, atq. diuitijs semper impares fuimus Græcorũ artibus, prudentiaq. nos uinci nemo unquã dubitauit: sed aduersus oĩa profuit militẽ solertem eligere. Adderem, qui neq secundis efferretur insolentius, neq aduersis abijceretur humilius, qui uictis ueniam libens concederet, ferocientibus uerò frenum inijceret audacius; & domitos demum moderaretur benignius; imperium (ut olim Antigonus) gloriosam esse censens seruitutem. Quis enim efferam Cambisæ, & Tamberlani diutius ferre potuisset immanitatem? Lydorum, aut Sybaritarũ, & Ionum non stomachatus fuisset luxum, & mollitiem?

Hæc olim priscarum, & patriarum artium neglecta cum Romuleis in hortis creuere olera, breui etiam cum solo exaruere. Fuerat enim lenitate superanda acerbitas, & acore aliquo superspargenda lenitas. hinc enim uidemus plurimis in nummis Cybeleio habitu leoni insidentem Romam dextra fulmen, læua purã hastam tenentẽ litt. Indulgentia

August.

August. hincq. Sylla inter tot humanæ felicitatis exempla illud maximum sibi accidisse aiebat, quòd Athenas non deleuisset. Itaq. iure optimo Romanus Senatus Petronio Arbitro est recti, boniq. præceptor, & Cassiodoro Senatores Romani morum dicuntur lumina.

Maiorum uirtus, aut uitium quid conferant.

Saty. LXXIII.

ÆOLIDEM *Vlyssem uocat Deiphobus Virgilianus lib. 6. ut deturpet ab auo Sisypho latrone omnium facinorosissimo, quare etiam ab Ouidio dicitur.* Sanguine cretus Sisyphio, sceleréq. & fraude simillimus illi: *est enim, inquit Horat.* iuuencis, est in Equis patrum insita virtus. *& inter homines semper, inquit Euripides in Hecuba.* Malus nihil aliud est, quàm malus, bonus autem bonus.

Sic nota quippe mali, atq. boni cõtracta refulget,
Clara bonis, obscura malis quasi semina mõstrãs
Virtutis, uitijq. Vident bene facta minores
Nam si clara patrum, ardentes his addere curant
Vsq. animo maiore sua. hincq. encomia patrum
Flagrantes stimulos natis sub pectore uersant.
Nanq aut nobilitas omnino est nomen inane
Nobilitate fluens quæ alieno est parta labore;
Aut quid si esse boni lubet, id cognoueris unum,
Hęc quòd nobilibus lex est imposta, suorum
Ne patrum illustri quidquã splendore recedant.
Turpia ceu contra uersans sub pectore auorum
Facta, vel obscurare suo splendore laborat,
Sol uelut obductas circum se discutit umbras,
Aut animi uictus cessat deterior æuo,

Succumbitq.

Succumbitq. magis, qualis labrusca racemos
Turpes ferre diu assueta euanescere tandem
Frustra ubi floruerit medio spectatur in æstu.
IN PEIVS SIC OMNE RVIT. licet ordine recto
Si teneant se quæq. suo, non Robore duro
Consurget præmolle Siler: uitiosaq. rarò
Monstrabit uitij expertes sub cortice fœtus
Alta Pyrus. quin scabra etiam rubigine adesos
Demens si integris, pulchrisq. admoris, in illos
Effundes subitò, perdet quæ tabida cunctos
Attactu miseranda lues. Sic sæpe uidemus
Corrosa ut tineis Platanus, si robora Loti,
Quã cariẽ sentire negant, malè proxima tanget,
Hæc quoq. corrumpet, miseraq. teredine perdet.
Insita quòd natura mali uiolentior extat,
Quàm natura boni. Vitio sic temporis ipsa
Pullulat ex olea infelix oleaster, & alba
Populus in nigram potius conuertitur, illa
Quã nigra albescat. Quid plura? acclinior usq.
Sic magis oblectat, quàm accliuis semita quẽuis.
Hincq. D. Paulus epi. 1. ad Coryn. cap. 15. ex Menandro corrumpunt bonos mores consuetudines malę, & colloquia praua. *Sic Commodum optimus pater & uerbis, & exemplo ad rectum uirtutis cursum instituit, & à doctoribus doctrina, & probitate insignibus per eundem docendum, & ducendum dedit, à quo tamen prauorum hominum consuetudo, & familiaritas eum turpissimè reuocauit. Quamobrem meritò Socrates apud Xenophontem lib. 1. de Dict. & Fact. Socrat. patres in cõprudentes cupit, ut ab improborum hominum cõsuetudine*

liberos

liberos auertant, & prohibeant. quoniam uerissima est illa Theognidis sententia, quæ etiam à Platone laudatur in Menone. A bonis bona disces; si verò cum improbis verseris insitam natura mentem amiseris. *Patuit Alexandri Macedonis exemplo, qui meritò quauis insigni laude egregius Magni cognomentũ comparauit. Et tamen cum se Agidi Argiuo, Cleoni Cilici, Bagiæ, & alijs plurimis supplantandum dedit, ut Plutarch. lib. 1. de Virt. & Fort. Alex. multa facinorosè edidit, non modò Calistene, Filota, & alijs probis uiris sublatis, sed etiam meretricijs sordibus se deturpandum subijciens.*

Pulcritudo, uel deformitas corporis animi Symbolum.
Saty. LXXIV.

CORPORIS *pulcritudinem multis in locis commendauit maximus uates.* Tantum egregio decus enitet ore Egregium forma iuuenem. Gratior, & pulcro ueniens in corpore uirtus. *Credo ut ex corporis pulcritudine animi integritatem, & præstantiam indicaret: rarò enim in deformi corpore nobilis, & sceleris purus insedit animus, notumq. illud.* hic niger est, hunc tu Romane caueto. *Quamobrem Aethiopes pulcritudinem probitatis censentes argumentum pulchriorem, & cæteris altiorem eligebant in regem, ut Ioan. Stobæus asserit. quare non mirum sit, ut Euripides illud attulerit, quod deinde aßeruit & Porphyrius.* Priami species digna imperio. *hincq. Latinus Pacatus in panygirico ad Theodosium.* Augustissima quæq. species plurimum creditur habere de cælo. *siue enim diuinus ille animus uenturus in*

corpus

corpus dignum prius metatur hoſpitium, ſiue cum ueneri fingit habitaculum pro habitu ſuo; ſiue aliud ex altero creſcit, & cum ſeparia iunxerunt, utraq. maiora ſunt (idq. credo uoluiſſe poetam ibi Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus) ſubdit enim Pacatus. Virtus tua meruit imperium, ſed virtuti addidit forma ſuffragiũ; illa præſtitit, ut te oporteret Principẽ fieri, hæc ut deceret. *Hincq. factũ cenſeo, ut Socrates auditores ſuos moneret, ut crebrò ſe in ſpeculo contemplarent, ne dignitatẽ corporis malis morib. dedecorarent, aliquidue ab animi pulcritudine alienũ admitterent; ac ſi turpes eſſent uirtutis laude tegerent turpitudinem, & quoad eius fieri poſſet, quod natura inſitum erat, diligenti cultu emendarent.*

Demiſſi oculi doloris indices.
Saty. LXXV.

S*I forma animi eſt nota, oculi etiam Alberto Magno ſunt uerus cordis nuncius, in quibus animus degit, & familiariter habitat, & ſi ſcripſit Cicero.* Frons oculi vultus ſæpe mentiuntur. *itaq. qui demiſſis ſunt oculis dolorem indicant, quare Plautus in Bacch.* Numquid nummi exciderunt here tibi, quòd ſic terram obtuere? quid uos tam mœſtos, tamq. triſtes eſſe conſpicor? *Et Plato Alcil. 2.* Videris ſanè mœſto vultu eſſe, & terram intueri. *Sic apud Virgilium li. 6.* Aeneas mœſto defixus lumina vultu. *Et Cæſar, lib. 1. Bel: Gall.* Triſtes capite demiſſo terram intueri. *Et Arioſt.* Veniano ſoſpirando, e gl'occhi baſsi Parean tener d'ogni baldanza priui. *apud Virgilium Marcelli ſimulacrum*

in Elysijs deiecto lumina vultu Incedit doloris causa ob immaturam mortem, quare subdit. Ostendent terris hunc tantum fata, neq. ultra Esse sinent, *quibus uersibus Aelij Veri immaturam mortem prædixit olim Adrianus. immatura uerò morte præerepti iuuenes sunt:*

Velut ligustra mane quæ nascentia
Sol despicit, mox & uidet putrescere. *Quare Tass.*
Cosi trapassa al trapassar d'un giorno
Della uita mortale el fiore, el uerde.
Stamina cum uitæ trepident sic nostra rotatu
Præcipiti, ut producta diu quæ sæcla uocabat
In mœrore aliquis, dicat uix instar habere
Deniq. momenti, vel quod uorat omnia puncti,
Et si púcto minus miseris dat hic quid homullis.

Coniectura cur Martio in campo soli reges sepeliebantur.
Satv. LXXV.

SERVIVS *explicans carmen illud Maronianum libro VI.* Quantus ille uirum magnam Mauortis ad vrbem Campus aget gemitus? *non iungit ad vrbem Mauortis à Romulo Martis filio conditã; sed campus Mauortis, quòd ibi sepultus fuerit Macellus, & optimè quidem: eo forsan spectato, quòd in eo solos reges sepelire mos erat, vt testatur Appianus lib. 1. de Bel. Ciuil. Syllam sepeliendum in eundem à Senatorib. lectica translatum asserens, ut qui apud Romanos demum fuisset omnium gratiosissimus Dictatura deposita, & tanquam rex haberetur. forsan quòd reges Romulum primum regem à Marte oriundum legittimè imitari uideri uellent. ut hinc uideas cur Marcellũ in campo Martio sepeliẽdum*

curaris

curarit Augustus, eum enim adeo amauit, ut imperij hære rem relictum censeretur. Verum & sine uoce Mauortis Campus per antonomasiam Martium Campum significat, ut apud Ciceronem 3. de orat. Testes sunt Campi magai. Horat. lib. 3. od. 1. Descendat in campum petitor. *& lib. 1. od. 8. cur apricum oderit campum patiens pulueris, atq. solis. & 9.* Nunc & campus, *&* areæ, Lenesq sub noctem susurri Composita repetantur, hora. *& Liuius. lib. 17.* Aliquoties in Campum cum descensum esset.

Florum aspersio honoris, & amoris indicium.

Saty. LXXVI.

F*LORIBVS aliquem aspergere honoris, & amoris indicium: amoris fuisse indicat Cyclops apud Theocritum.* Implerem q. sinum folijs, & Lilia plenis Alba darem manibus. *Adrianus admonitus ne de propinqua L. Veri morte metueret, Virgilianos subdidit uersus.* manibus date Lilia plenis purpureos spargam Flores, animam q. nepotis His saltem accumulem donis. *Danthes eosdem spectauit inquiens.* Tutti dicean Benedictus qui venis Et fior gittando di sopra, e d'entorno Manibus o date Lilia plenis. *Liuius* omnes tendunt ad imperatorem Romanum, ut ruente turba in unum, adire, contingere dextras cupientium. Coronas lemniscosq. iacientium. *& Iulius Capitolinus.* in Anton. Coronas omnib. i puluinar ex more iacientibus. *& in Lapide Comi. ad D. Benedicti.* Lectisterniũ in Tempore Parentaliorum Oleum, & Proprin.

per Rosam Præbeant. *apud Euripidem in Hecu. de Polyxena mortua.* sed alij eorum mortuam ex manibus frondibus conspergebant. *ubi scholiastes ex Eratostene affert, quòd frondibus olim, ac floribus consper gebant uictores. Et Thucid. in Oratione Plateensium lib. 3. Græcos ait quotannis mortuorum sepulcra pompis, & donis reuisere solitos, floresq́;, & fructuum primitias offerre mortuis. & Sophocles in elect. sic Chysotemim loquentem facit.* Video circum coronatum circulo omnium quotquot sunt florum tumulum patris. *quare Flamminius de Sanazario.* Da sacros cineri flores, hic ille Maroni Proximus ingenio, proximus ut tumulo. *& Iouian. Pontan.* Has violas cape, supremos & thuris honores. *& ad tumulum Gregorij Typhernatis uiri litteratissimi.* Gregorio sit terra leuis, uer adsit, & vrnæ. Terra ferat flores, vrna liquore fluat. *& Marinus de Tassio.* D'immortali amaranti il sasso infiora.

Ignis regni, & dignitatis index. corona Medeæ qualis. Horatius expositus. Saty. LXXVIII.

QVAE *Ascanij, & Lauiniæ lambere uisa est flamma comas, futuri regni prębuit significationem, quod idem in Seruio Tullo puero dormiente uisum experimento verum comprobatum est. idem de Gottifredo canit Tas.* E parue al capo irgli girando, e segno.

Alcun pensollo di futuro regno.

sic Terentia ex flamma, quæ post sacrum in cinere apparuit, Ciceronem virum suum eo anno Consulem futurum diuin

diuinauit. *Verum fumida flamma in Lauinia credita est* magnum populo portendere bellum; *utq. ignis bellum præmonstret indicat ibidem* Cisseis prægnans igneis enixa iugales. *Ut non temere dixerit Poeta.* & tanti incendia belli. *& Cicero 3. de orat. de Crasso.* non uidit ardentem bello Italiam. *& succensa olla uisa à Hieremia ad aquilonem indicabat inde effundendas rixas, & contentiones, malorũq; faces. eadem etiam flamma præmonstrabat Lauiniam fore illustrem fama, inquit Virgilius. Vt enim ignis natura semper attollitur, sic ad altiores gradus ascendere dignitatis dicuntur, honore aucti. ut lucet ignis, sic splendet eorum gloria. cęteris elementis purior est ignis, sic puriore uita, & moribus esse debet præfectus cæteris. elementum cælo proximum est ignis, & reliquis altius: sic summo in loco esse dicuntur ad honoris gradus euecti, uitamq. agere deberent cęlo dignam. Vnde factum uideri potest, ut dum aliqui honoribus augentur, amici, & ciues ad dignitatem illam indicandum luculentos ignes excitẽt. huic obiter attexam, quod Horatianis lucem afferat carminibus Epodo. V.* Cur dira barbaræ minus Venena Medeæ ualent Quibus superbam fugit ulta pellicem Magni Creontis filiam. Cum pallatabo mun⁹ imbutum nouam Incendio nuptam abstulit. *Plutarchus igitur in Alexandro agens de Naphta bitumini per quàm simili, quæ igne corripiebatur, cũ ea quendam Stephanum nomine unctum dixisset, addit Vix dum peruncto, ac lumine contacto, tanta emicuit è corpore flamma, tantumq. pullulauit incendium, ut ancipitem Alexandrum subtrepidasse constet. quod nisi forte*

complures aquæ uasa manibus tenentes affuissent non ante ferri potuisset auxilium, quàm totum ignea uis occupasset, cum hoc etiam modo pueri corpus undiq. inardescens maximo labore uix potuerit extingui. Verum membris post hæc debelitatum uixisse certum est. Iure igitur non nulli fabulæ fidem facientes, hoc esse uenenum affirmant, quo Medea uulgatam in Tragędijs coronam, & pallium perunxisse traditur. locum credo Euripidis spectarit in Medea ubi sic nuntius Medeæ aurea corona capiti imposita emittebat mirabilem uorticem ignis omnia deuorantis.

Verecundius Horatio Virgilius suo operi immortalitatem auguratus, & utiliora scripsit.

Saty. LXXVIII.

S*VCCLAMATIO illa cum Elogio uerecunda prorsus est, & Virgiliana digna modestia, unde illi nomen inditum.* Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt, Nulla dies unquam memori uos eximet æuo. *Arroganter, & superbè nimis Horatius, & si superbiam sumeret Quæsitam meritis, monumentum se ære perennius exegisse dixit.* Quod nō imber edax nón Aquilo impotens Possit diruere. *& alibi prædicat se monstrari digito prętereuntium Romanæ fidicen lyræ. principemq. libera per uacuum posuisse uestigia.*

Sed tibi tam magis hæc debetur gloria uatum
Cunctorum columen, egrgiumque decus.
Quàm magis effugiens risus, conuiuia, luxus,
Queis animi potius contabuisse solent: (ceu,
Cum Calabro haud placuit turpi sub fornice Ly-
Lasci-

Lasciuamq lyra sollicitare Chloen.
Seu, quod turpe magis, Ligurini dicere amores,
 Cum Lydia et teneris ludere uersiculis;
Sed magis Aeneadas magnæ spes altera Romæ,
 Grandiaq. heroo carmine facta canens
Quid deceat Reges monstras, populúq patresq;
 Quòq. ferat Virtus, error & unde trahat,
Vt meritò æterno tollant te hoc carmine uates.
TV SOLVS LATIAE CONSVLIS HISTORIAE.
CEDITE ROMANI, SCRIPTORES CEDITE GRAII,
 NESCIO QVID MAIVS NASITVR ILIADE.
Sic nemorum, aruorū cultus, atq horrida Martis
 Arma canis, nullum ut clarius extet opus.
Æternum uigeas igitur, lauderis, ameris,
 Nullus & altisono grandius ore sonet.

Hæc cum ex tēpore liberrima effudissem lingua, in Poetæ gratiam huc referre libuit, quibus tamen Horatianis Musis nihil detractū uelim: sed in eam causam factum cupio existimari, ut Poetam suis carminibus uerecundè immortalitatem auguratum, & ominatum esse omnes intelligant, & quidem non per nugatoria, & obscœna: sed per ea, quę optimum uitę cursum omnes doceant.

Sterilitas in malis habita Hebreis, Romanis, & Grecis, de Niloticæ aquæ fœcunditate, & Lupercis.

Saty. LXXIX.

C*VM homini ζ' pira quædam ingenita sint æternitatis, liberos habere qui relinquantur superi, & opum hæredes in bonis semper est habitum. quare apud Herodotum Solon secundas felicitatis tribuit Telo Atheniensi*

quòd non modò pro patria dimicans honestissimè cecidisset, sed filios etiam sibi similimos reliquisset, qui eisdem insisterent honoris uestigijs. quamobrem & à Psalmographo recensetur inter potiora commoda uidere filiorum filios. & ab Homero illud mutuatus est Maro. Imperitabit enim Teucris Aeneia uirtus, Et nati natorum, & qui nascentur ab illis. *Itaq: ut Aeolum ad sibi assentiendum alliceret Iuno Deiopciam ei in coniugem pollicetur, quæ eum faciat* pulcra prole parentem. *hoc enim studere debent coniuges inquit Plato lib. 6. leg. ut pulcros & optimos ciuitati procreent liberos. Ideoq. uxores steriles habere infelicissimũ habuere Hebræi: eamq. etiam ob causam, quòd ea se pollicitatione exclusos sentiebant, qua lętatus est Abraham audiens, genus suum stellis, & arena fore uberius. ne id darent Niloticæ aquę, dum in Aegypto essent, & si Seneca quarundam uiscera longiore pręclusa sterilitate ea relaxata inquiat. de quare etiam Galenus: et meritò quidem ibidem huius fæcunditatis rationem reddi non posse asserit. nec mirum, cum merę sint nugę, ut de Gelonio stagno, ex quo sterilis bibens fæcundari, fęcunda sterilescere dicitur: nam omne diuinę omnino dandum est benignitati, à qua & anus Elisabet sine ulla Nili potione fœtum omnium optimum accepit. Romanæ quidem mulieres sic abhorrebant sterilitatem, ut Lupercalibus sacerdotibus nõ modò manus hircinis loris: sed nudas etiam nudis eisdem humi stratę se exhiberent. credo tauri ruentis in se maius inhiantes pondus.*

Siue ostensuræ hircinos seruasse maritos
Mores, dum nudas nudi batuere Luperci.

Apud Gręcos etiam permolesta fuit sterilitas. Itaq.

cum

cum apud Euripidem in Ione Creusa Ioni interroganti di xisset. Nouit phœbus sterilitatem meã. *respon det Ion.* Misera, in alijs quidem rebus fortunata, sed in hac non. *& aliquantò post eadem Creusa,* Heu, quòd ad me attinet sterilem accepi uitam.
Addam tanquam deuium, eadem in fabula multò post respondere senem Creusę. tuũ est imperare, meum uerò obsequi. *cui confine est illud Maronianum.* Tuus ò regina quid optes explorare labor, mihi iussa capessere fas est.

Auarus hydropico comparatur à multis.
Saty. LXXXI.

CVM *de auaris dixit Ouidius,* Quò plus sunt potę plus sitiunt aquę, *illud uidetur spectasse, quod de ijsdem dixit Diogenes apud Stobęum comparans hydropicis, namq. illi argento, hi aqua pleni semper amplius desiderant suam in perniciem. affectiones enim ipsis eò magis intenduntur, quò largius desiderata consequuntur. & Bion. si quis uult aut indigentia, aut inopia liberarier, aut alium liberare, ne pecunias sibi, aut illi quęrat, similis fuerit illi, qui hydropicum siti liberare uolens, hydropa quidem non curat, fontes autem, & fluuios ei apparat, & apportat: nam & ille prius bibendo rumpetur, quàm morbo leuabitur, & hic nunquam satis habuerit, cum sit insatiabilis. quare Horatius lib. & od. 2.*
Crescit indulgens sibi dirus hydrops
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo corpore languor.
namq. ut alibi inquit, semper auarus eget. & Claudianus
semper

ſemper inops quicunq; cupit. quare ſi ut idem aſſerit
Iungantur ſolium Cyri, Crœſiq. tiarę
Nunquam diues erit nunquam ſatiabitur auro.
& idem ſpectans hydropici naturam.
Non Tarteſiacis illum ſatiaret arenis
Tempeſtas precioſa Tagi, non ſtagna rubentis
Aurea Pactoli: totum ſi exhauſerit Hermum
Ardebit maiore ſiti. *& meritò: ille enim diues exiſtimandus eſt, inquit Euſebius, qui ſe ſatis poſſidere ſibi perſuaſit, eum uerò qui ſemper partis adijcere properat, acquirendiq ſaturitate nulla capitur, & ſi Mida fuerit opulentior, pauperem eſſe dico, & Iro ſimilem: namq. ut ſtruem ardentem reddit magis iniecta materia, ſic accedentes opes ad maiorem cupiditatem animum ſemper magis accendunt.*

Scenæ uarietas in Bucolicorum ſcriptoribus. Platoniq; & Ciceroni quæſita ex loci amænitate ſcribendi occaſio. Saty. LXXXI.

LOCI amœnitas ad canendum paſtores allicit magis. *quare apud Theocritum Idyl. 1. Tyrſis ad Aepolũ,*
Vis age per Nymphas igitur, uis Aepole mecum
Hic reſidens tenera tumuli procliuis in herba
Has humiles ſubter calamos inflare myricas.
Et Idyl 5. Comatas hic patulę bona robora quercus,
Hic dulces fecere ſedilia grata Cyperi,
Dulcibus hic reſonant apiaria mellea bombis,
Hic ubi frigentis fontes duo grandibus undæ
Erumpunt uenis, denſaq. ſub arbore cantu
Dulce loquuntur aues uario. *cui Lacon,*

Atqui

Atqui si uenies, depexi in mollibus agni
Pellibus incumbes, somno & plus mollia lanæ
Vellera calcabis. *cui Comatas*,
Huc tu si uenias, teneram lanugine multa
Calcabis silicem, multumq. uirentis odores
Pulegij flores. *Maroni Ecl 1. Tytirus sub tegmine fagi recubat. 2 Corydon* Montibus, & siluis studio iacta bat inani. 3. ad canendum inuitantur his
Dicite quādoquidē in molli consedimus herba.
4 Non omnes arbusta iuuant, humilesq. Myricæ
Si canimus siluas, siluæ sunt consule dignæ.
5. Hic corylis mixtas inter consedimus ulmos *cui Mops.* Siue sub īcertas Zephyris motātib. umbras
Siue antro potius succedimus, aspice, ut antrum
Siluestris raris sparsit labrusca racemis.
6. Chromis, & Mnasylus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem.
7. Forte sub arguta consederat Ilice Daphnis.
8. Incumbens tereti Damon sic capit oliuæ.
9. Lycidas Mœrim inuitat. *hic ubi densas*
Agricolæ stringunt frondes, hic Mœri canamus.
10. Non canimus surdis, respondēt omnia syluæ. *quem imitatus* Nemesianus ecloga prima sic Tytirum Timetam *inuitantem facit*
Dic age, sed nobis ne uento garrula pinus
Obstrepat, has ulmos potius, fagosque petamus.
3. Cum Pan uenatu fessus recubare sub ulmo Cœperat. XI. Populea Lycida, nec non & Mopsus in umbra Pastores calamis, ac uersu doctus uterq.
Nec triuiale sonās proprios cantabat amores.
Calfurnius

Calfurnius etiam Ecl. 1. sub Corydonis persona.
Nos quoq. uicinis cur non succedimus umbris?
Torrida cur solo defendim⁹ora galero? *tū Ornitus.*
Hoc potius frater Corydon nemus, ista petamus
Antra patris Fauni, graciles ubi pinea densat
Silua comas,rapidoq. caput leuat obuia sole,
Bullantes ubi fagus aquas radice sub ipsa
Protegit, & ramis errantibus implicat umbras.
2. *Astachus, & Ida* cum terras grauis ureret æstus
Ad gelidos fontes, & easdem fortè sub ulmos
Conueniunt. *Quarta sic Melibœus*
Quid tacitus Corydon, uultuq. subinde minaci
Quidue sub hac platano,quā garrul⁹ astrepit hu-
Infesta statione sedes.iuuat humida forsan (mor
Ripa? leuatq. diem uicini spiritus amnis ?
5. Fortè Mycon senior,Canthusq. Myconis alum
Torrentem patula uitabant arbore solem. (nus
6. Serus ades Lycida,modò Nyctil⁹,& puer Alcō
Certauere sub his alterno carmine ramis.
& Iacobus Sanazarius Eclo. Piscatoria secunda
Fortè Lycon uacuo fessus consederat antro
Piscator quà se scopuli de uertice lato
Ostentat pelago pulcherrima Mergelline. 3. *Mo-psus Chromin sic inuitat*, si te quoq. Chloridis ardor
Excruciat, scopulo hoc mecū meditare uicissim.
in Salic. Accipe flumineas properatum carmen ad undas. *Quin huiusmodi consuetudo multò altius petita est, hactenusq. seruata: nam in Phædro Platonis, Socrates sub platano verba facit, quem imitatus Cicero lib. 1. de Oratore Scæuolā sic Crassum inuitantem inducit*

cur.

cur non imitamur Crasse Socratem illum, qui est in Phædro Platonis? nam me hæc tua platanus admonuit, quę non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis quàm, illa, cuius umbram secutus est Socrates, quę mihi uidetur nō tam ipsa aquula, quę describitur, quàm Platonis oratione creuisse. Et de legibus eundem Platonem se imitari uelle inquit. Vis ne igitur, ut ille Creta cum Clinia, & Lacedemonio Megillo æstiuo, quemadmodum describit, die in cupressetis Gnossiorum, & spatijs siluestribus crebrò insistens, interdum acquiescens de institutis rerum publicarum, ac de optimis legibus disputat: sic nos inter has procerissimas populos in uiridi, opacaq. ripa inambulantes, tum autem residentes quæramus ijsdē de rebus aliquid uberius quàm forensis usus desiderat. Quare Annibal Carus non dubitauit sic Idillium illud ordiri. Venite a l'ombra de i gran gigli d'oro
Care Muse deuote a i miei giacinti.

Fluuiorum proluuiones mali aliquid portendisse Historicis probatum. Saty. LXXXIII.

P*RÆTER ea, quę Cæsaris mortē pręmonstrarunt, & illud inseruit Poeta Geor. 1.* Proluit insano contorquens uortice siluas Fluuiorum rex Eridanus, camposq. per omnes Cum stabulis armenta tulit. *sed & Dio etiam non semel Tiberis inundationem mali aliquid præmonstrasse refert, & præsertim pestilentiam. libri enim LIII. extremo cum mortis Marcelli causam Liuiæ à quibusdam importatam diceret, eam tamen suspicionem dubiam, ait, effecit eius, ac sequentis*

anni temperies ita uitiosa, ut ingens hominum multitudo morbis absumpta sit. Tum quoq. (ut ferè huiusmodi mala signis suis prænunciantur) Lupus intra urbem deprensus est, ignisq., & tempestas multa ædificia læsit, Tiberisq. auctus pontem Sublicium euertit, fecitq. ut urbs triduum esset nauibus peruia. Et lib. LV. an V. C. DCCXVIII. horendi terræ tumores acciderũt, Tiberisq. deiecto ponte Vrbem septem dies nauigabilem effecit. Sol aliqua parte suum lumen amisit, fames coorta. Cum uerò an. V.C.DCCLXXXIX. Tiberis multas Vrbis partes aqua repleuisset, incendioq. propè Circum, & Auentinũ multa periissent mors Tiberij uisa est prænunciari, et si lib. 53. cum Cæsar Augusti cognomentum accepit, eodem omnia, quæ in plano iacerent Romę loca replente ita, ut esset nauigabilis, interpretati sunt arioli, eum omnia suo obtenturum imperio lib. uerò 39. post restitutum in regnũ Ptolomeum cum Tiberis, siue pluuijs inmensis supra Vrbem delatis, siue uento ex mari uiolento effluxum eius repellente, siue Deo id quodam potius (ita enim creditum est) efficiente, incertũ est: certè ita ex improuiso inundauit, ut omnes in Vrbe planities stagnarent, multaq. etiam editiora loca aqua comprenderet, damna maxima allata inquit, eaq. mala egre tulisse Romanos, & maiora timuisse. Vide num cum ijs conueniant, quę ob Cæsaris mortem accidisse confinxit Horat. Vidimus flauum Tiberim retortis Littore Etrusco uiolenter undis Ire deiectum monumenta Regis, Templaq. Vestæ. Iliæ dum se nimium querenti Iactat ultorem. *apud Iulium Obsequentem Pado inundante, & intra ripam refluente ingenti uiperarum ui relicta inter*

Cæsarem

Cesarem, & Antonium ciuilia bella exorta sunt. Vti Gregorio Pontifice, qui Pelagio successit, prodigioso Tiberis incremento, cum recedentibus undis ingens serpentũ copia Vrbem inuasisset, aerem ita uitiauit, ut inguinibus subitò tumefactis homines passim perirent. ut Poly. 1. Virg. lib. 6 cap. 9 Vti locustarum ingens agmen in Africa fluctibus eiectum Cyrenis pestilentiam importauit. quod P. Plautio, & M. Fuluio coss. etiam Romę auorum memoria accidit, inquit Obseq. Nec tamen omiserim, ut interdum etiam & si aquarum proluuiones fuerint, tamen nihil mali est subsecutum. Sergio enim Galba, & M. Scauro coss. multa hominum millia intumescente Pado, & stagno Aretino obruta refert Obsequens, & tamen contra Iugurtham prosperè dimicatum inquit. Hęc enim, quę Dei nutu fiunt, naturalibus tribuere uiribus sępius dementis est. An. V. C. DLXXIII. Aemilio Paulo, & Cn. Bębio Pamphilo coss. cum sex mensibus non pluisset, pestilentię Libitina non sufficit. & tamen superiore anno MDCIV. integro penè sine ullis imbribus cũ dimidio subsequentis, non sine anxio timore omnium elapso, Dei opt. Max. beneficio & corporum ualetudo mira fuit, & rerum, & prę sertim rei frumentarię annona uberior, uidimusq. quę Octobri mense sata sunt frumenta, Martijs calend. è terra pullulare uix incipientia, deinde uerò ab Idibus Iulijs sic crebros fuisse imbres, ut Nonis Nouemb. adhuc Alpina quędam trituranda relicta essent frumẽta. Quod uerò ad fluminum proluuionem attinet Tacitus etiã lib. 1. Tiberij tempore Tibrim auctum imbribus plana Vrbis stagnasse inquit: & Liuius an. V. con. CCCXCII. Tiberim superfusum Circum Maximum, uelutq. auersis

dijs

dijs aspernantibusq. placamina iræ terrorem ingentem fecisse inquit & lib. 7. an. DXXXV. magnas aquas, & niues fuisse, Tibrimq. agros inundaße cum magna strage tectorum, pecorumq. & hominum pernicie. an. verò DXLVIII. aquarum insolitam magnitudinem in religionem uersam inquit: ita enim inundauit Tiberis, ut ludi Apollinares Circo inundato, extra portā Collinam in æde Erycina Veneris parati sint. Et An. DLVIII. idem Tiberis loca plana Vrbis inundauit. An. etiā DXLI. ingentes aquas fuisse, Tiberimq. duodecies Campum Martium, planaq. Vrbis inūdasse obseruat. Vt illud in sacris animaduertendum uideatur. aquæ multæ Tribulationes multæ, populi multi. *Interea hæc legens miraberis minus collegisse Horatium deorum iram in Romanos, quòd,* Iam satis terris niuis, atq. diræ Grandinis misit pater, *& ea quę de Tibri ex eodem sunt allata.*

Epegezesis, uel Expositio quàm familiaris Virgilio. Dictionis uirtus. mare magnum contra Turnebum.

Saty. LXXXIV.

MIROR *cur Donato legenti apud Virgilium.* Lustrauitq. domos. *tantum assentiatur Turneb. lib. 13. cap. 21. ut cum socios purgatos dixerit ibi* Idem ter socios pura circuntulit unda. *nulla uideatur fuisse causa, cur diceret.* Lustrauitq. viros. *Quasi (ego quoq. dicam Turnebo) domos Troiani haberent in littore Cumarum, nisi dicas esse potuiße simulatas, quales in magicis consueuerunt. Atqui domos, inquiunt appellauit naues. Verum huiusmodi translatum non ne audax nimis domorum nomine appellare naues? neq. dicendum*

sic

sic Catullum nauem dixisse currum. Ipsa leui fecit uolitantem flamine currum. *nam audacia in eo reprimitur, quòd dixit.* uolitantem flamine. *currum enim solum non uocasset. sed non ne potius legendum* Lustrauitq. viros *per epegezesim, & expositionem illius.* Idem ter socios pura circuntulit unda? *Cum circunferre pro purgare obscurum sit, & si apud Plautum legas pro Cererita te circunferam? cum præsertim hoc familiare huic sit poetæ expositionem addere, cum uerbo aliquo subobscuro usus est. neminem suæ sententiæ se ipso potiorem expositorem habere cupienti. Quam præclaram rationem utinam & cæteri cognouissent, fuissentq. imitati, obscuris rerum inuolucris alienos animos distorquere profitentes, ignari auctorem nobis esse Aristotelem in poeticis.* dictionis virtutem esse, ut perspicua sit, nec tamen humilis. *ad quod faciendum inusitatum uerbũ, peregrinum, & sæpe nimis longè translatum est accersendum, ut sic grandia summissè, & humilia elatè (quod etiam in oratore commendauit Cicero) afferantur: differt enim plurimum, oratio pura sit, & nitida, uel potius perspicua, cam sic reddunt lumina sententiarum, & uerborum, & adspersa interdum peregrina quędam, & antiqua, & mirabili quadam transumptione, & transnominatione quasi nouata, hanc uerò talem faciunt propria, facilia, cum rebus ipsis nata, ad rem aperiendam solum parata. Illa sæpius tanquam nitenti clypeo præstinguitur acies ingenij cuiusuis contemplantis, hæc pellucida, & per uia est subitò cuiq;. In illa delectat ante pedes posita transilire, & longè in posterum repetita sumere, tumq. uideo me profecisse plurimũ, cum rem me assecutum cẽsens,*

complures aquæ uasa manibus tenentes affuissent non ante ferri potuisset auxilium, quàm totum ignea uis occupasset, cum hoc etiam modo pueri corpus undiq. inardescens maximo labore uix potuerit extingui. Verum membris post hæc debelitatum uixisse certum est. Iure igitur non nulli fabulæ fidem facientes, hoc esse uenenum affirmant, quo Medea uulgatam in Tragœdijs coronam, & pallium per unxisse traditur.locum credo Euripidis spectarit in Medea ubi sic nuntius Medeæ aurea corona capiti imposita emittebat mirabilem uorticem ignis omnia deuorantis.

Verecundius Horatio Virgilius suo operi immortalitatem auguratus, & utiliora scripsit.

Saty. LXXVIII.

S*VCCLAMATIO illa cum Elogio uerecunda prorsus est, & Virgiliana digna modestia, unde illi nomen inditum.* Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt, Nulla dies unquam memori uos eximet æuo. *Arroganter, & superbè nimis Horatius, & si superbiam sumeret Quæsitam meritis, monumentum se ære perennius exegisse dixit.* Quod nõ imber edax nón Aquilo impotens Possit diruere. *& alibi prædicat se monstrari digito prætereuntium Romanæ fidicen lyræ. principemq. libera per uacuum posuisse uestigia.*

Sed tibi tam magis hæc debetur gloria uatum
Cunctorum columen, egrgiunque decus.
Quàm magis effugiens risus, conuiuia, luxus,
Queis animi potius contabuisse solent: (cen,
Cum Calabro haud placuit turpi sub fornice Ly-

Lasci-

Lasciuamq lyra sollicitare Chloen.
Seu, quod turpe magis, Ligurini dicere amores,
Cum Lydia et teneris ludere uersiculis;
Sed magis Aeneadas magnæ spes altera Romæ,
Grandiaq. heroo carmine facta canens
Quid deceat Reges monstras, populúq patresq;
Quóq. ferat Virtus, error & unde trahat,
Vt meritò æterno tollant te hoc carmine uates.
TV SOLVS LATIAE CONSVLIS HISTORIAE.
CEDITE ROMANI, SCRIPTORES CEDITE GRAII,
NESCIO QVID MAIVS NASITVR ILIADE.
Sic nemorum, aruorū cultus, atq horrida Martis
Arma canis, nulli ut clarius extet opus.
Æternum uigeas igitur, lauderis, ameris,
Nullus & altisono grandius ore sonet.

Hæc cum ex tēpore liberrima effudissem lingua, in Poetæ gratiam huc referre libuit, quibus tamen Horatianis Musis nihil detractū uelim: sed in eam causam factum cupio existimari, ut Poetam suis carminibus uerecundè immortalitatem auguratum, & ominatum esse omnes intelligant, & quidem non per nugatoria, & obscæna: sed per ea, quę optimum uitæ cursum omnes doceant.

Sterilitas in malis habita Hebreis, Romanis, & Grecis, de Niloticæ aquæ fœcunditate, & Lupercis.

Saty. LXXIX.

C*VM homini tempora quamuis ingenita sint æternitatis, liberos habere qui relinquantur heredes, & opum haredes in bonis semper est habitum. quare apud Herodotum Solon secundas felicitatis tribuit Telo Atheniensi*

quòd non modò pro patria dimicans honestissimè cecidisset, sed filios etiam sibi similimos reliquisset, qui eisdem insisterent honoris uestigiis. quamobrem & à Psalmographo recensetur inter potiora commoda uidere filiorum filios. & ab Homero illud mutuatus est Maro. Imperitabit enim Teucris Aeneia uirtus, Et nati natorum, & qui nascentur ab illis. *Itaq: ut Aeolum ad sibi aßentiendum alliceret Iuno Deiopeiam ei in coniugem pollicetur, quæ eum faciat* pulcra prole parentem. *hoc enim studere debent coniuges inquit Plato lib. 6. leg. ut pulcros & optimos ciuitati procreent liberos. Ideoq. uxores steriles habere infelicissimũ habuere Hebræi: eamq. etiam ob causam, quòd ea se pollicitatione exclusos sentiebant, qua lętatus est Abraham audiens, genus suum stellis, & arena fore uberius. ne id darent Niloticæ aquę, dum in Aegypto essent, & si Seneca quarundam uiscera longiore pręclusa sterilitate ea relaxata inquiat. de quare etiam Galenus: et meritò quidem ibidem huius facunditatis rationem reddi non posse asserit. nec mirum, cum merę sint nugę, ut de Gelonio stagno, ex quo sterilis bibens fæcundari, fęcunda sterilescere dicitur: nam omne diuinę omnino dandum est benignitati, à qua & anus Elisabet sine ulla Nili potione fœtum omnium optimum accepit. Romanæ quidem mulieres sic abhorrebant sterilitatem, ut Lupercalibus sacerdotibus nõ modò manus hircinis loris: sed nudas etiam nudis eisdem humi stratę se exhibērent. credo tauri ruentis in se maius inhiantes pondus.*

Siue ostensuræ hircinos seruasse maritos
Mores, dum nudas nudi batuere Luperci.

Apud Gręcos etiam permolesta fuit sterilitas. Itaq.

cum

cum apud Euripidem in Ione Creusa Ioni interroganti di xisset. Nouit phœbus sterilitatem meã. *respondet Ion.* Misera, in alijs quidem rebus fortunata, sed in hac non. *& aliquantò post eadem Creusa,* Heu, quòd ad me attinet sterilem accepi uitam.
Addam tanquam deuium, eadem in fabula multò post respondere senem Creusę. tuũ est imperare, meum uerò obsequi. *cui confine est illud Maronianum.* Tuus ò regina quid optes explorare labor, mihi iussa capessere fas est.

Auarus hydropico comparatur à multis.
Saty. LXXXI.

C*VM de auaris dixit Ouidius,* Quò plus sunt potę plus sitiunt aquę, *illud uidetur spectasse, quod de ijsdem dixit Diogenes apud Stobęum comparans hydropicis, namq. illi argento, hi aqua pleni semper amplius desiderant suam in perniciem. affectiones enim ipsis cò magis intenduntur, quò largius desiderata consequuntur. & Bion. si quis uult aut indigentia, aut inopia liberarier, aut alium liberare, ne pecunias sibi, aut illi quęrat, similis fuerit illi, qui hydropicum siti liberare uolens, hydropa quidem non curat, fontes autem, & fluuios ei apparat, & apportat: nam & ille prius bibendo rumpetur, quàm morbo leuabitur, & hic nunquam satis habuerit, cum sit insatiabilis. quare Horatius lib. & od. 2.*
Crescit indulgens sibi dirus hydrops
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo corpore languor.
namq. ut alibi inquit, semper auarus eget. & Claudianus
semper

semper inops quicunq. cupit. quare si ut idem asserit
Iungantur solium Cyri, Crœsiq. tiarę
Nunquam diues erit nunquam satiabitur auro.
& idem spectans hydropici naturam.
Non Tartesiacis illum satiaret arenis
Tempestas preciosa Tagi, non stagna rubentis
Aurea Pactoli: totum si exhauserit Hermum
Ardebit maiore siti. *& meritò: ille enim diues existimandus est, inquit Eusebius, qui se satis possidere sibi persuasit, eum uerò qui semper partis adijcere properat, acquirendiq. saturitate nulla capitur, & si Mida fuerit opulentior, pauperem esse dico, & Iro similem: namq. ut struem ardentem reddit magis iniecta materia, sic accedentes opes ad maiorem cupiditatem animum semper magis accendunt.*

Scenæ uarietas in Bucolicorum scriptoribus. Platoniq; & Ciceroni quæsita ex loci amænitate scribendi occasio. Saty. LXXXI.

LOCI *amœnitas ad canendum pastores allicit magis. quare apud Theocritum Idyl. 1. Tyrsis ad Aepolū,*
Vis age per Nymphas igitur, uis Aepole mecum
Hic residens tenera tumuli procliuis in herba
Has humiles subter calamos inflare myricas.
Et Idyl 5. Comatas hic patulę bona robora quercus,
Hic dulces fecere sedilia grata Cyperi,
Dulcibus hic resonant apiaria mellea bombis,
Hic ubi frigentis fontes duo grandibus undæ
Erumpunt uenis, densaq. sub arbore cantu
Dulce loquuntur aues uario. *cui Lacon,*

Atqui

Atqui si uenies, depexi in mollibus agni
Pellibus incumbes, somno & plus mollia lanæ
Vellera calcabis. *cui Comatas*,
Huc tu si uenias, teneram lanugine multa
Calcabis silicem, multunq. uirentis odores
Pulegij flores. *Maroni Ecl* 1. *Tytirus sub tegmine fagi recubat*. 2 *Corydon* Montibus,& siluis studio iacta bat inani. 3. ad canendum inuitantur his
Dicite quādoquidē in molli consedimus herba.
4 Non omnes arbusta iuuant, humilesq. Myricæ
Si canimus siluas, siluæ sunt consule dignæ.
5. Hic corylis mixtas inter consedimus ulmos *cui* Mops. Siue sub īcertas Zephyris motātib. umbras
Siue antro potius succedimus, aspice, ut antrum
Siluestris raris sparsit labrusca racemis.
6. Chromis, & Mnasylus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem.
7. Forte sub arguta consederat Ilice Daphnis.
8. Incumbens tereti Damon sic capit oliuæ.
9. Lycidas Mœrim inuitat. *hic ubi densas*
Agricolæ stringunt frondes, hic Mœri canamus.
10. Non canimus surdis, respondēt omnia syluæ.
quem imitatus Nemesianus ecloga prima sic Tytirum Timetam *inuitantem facit*
Dic age, sed nobis ne uento garrula pinus
Obstrepat, has ulmos potius, fagosque petamus.
3. Cum Pan uenatu fessus recubare sub ulmo Cœperat. XI. Populea Lycida, nec non & Mopsus in umbra Pastores calamis, ac uersu doctus uterq.
Nec triuiale sonās proprios cantabat amores.
Calfurnius

Calfurnius etiam Ecl. 1. sub Corydonis persona.

Nos quoq. uicinis cur non succedimus umbris?
Torrida cur solo defendim⁹ora galero? *tū Ornitus.*
Hoc potius frater Corydon nemus, ista petamus
Antra patris Fauni, graciles ubi pinea densat
Silua comas, rapidoq. caput leuat obuia sole,
Bullantes ubi fagus aquas radice sub ipsa
Protegit, & ramis errantibus implicat umbras.
2. *Astachus, & Ida* cum terras grauis ureret æstus
Ad gelidos fontes, & easdem fortè sub ulmos
Conueniunt. *Quarta sic Melibœus*
Quid tacitus Corydon, uultuq. subinde minaci
Quidue sub hac platano, quā garrul⁹ astrepit hu-
Infesta statione sedes. iuuat humida forsan (mor
Ripa? leuatq. diem uicini spiritus amnis?
5. Fortè Mycon senior, Canthusq. Myconis alum-
Torrentem patula uitabant arbore solem. (nus
6. Serus ades Lycida, modò Nyctil⁹, & puer Alcō
Certauere sub his alterno carmine ramis.
& Iacobus Sanazarius Eclo. Piscatoria secunda
Fortè Lycon uacuo fessus consederat antro
Piscator quà se scopuli de uertice lato
Ostentat pelago pulcherrima Mergelline. 3. *Mo-
psus Chromin sic inuitat*, si te quoq. Chloridis ardor
Excruciat, scopulo hoc mecū meditare uicissim.
in Salic. Accipe flumineas properatum carmen
ad undas. *Quin huiusmodi consuetudo multò altius petita est, hactenusq. seruata: nam in Phædro Platonis, Socrates sub platano verba facit, quem imitatus Cicero lib. 1. de Oratore Scæuolā sic Crassum inuitantem inducit*

cur.

cur non imitamur Crasse Socratem illum, qui est in Phædro Platonis? nam me hæc tua platanus admonuit, quę non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis quàm, illa, cuius umbram secutus est Socrates, quę mihi uidetur nō tam ipsa aquula, quę describitur, quàm Platonis oratione creuisse. Et de legibus eundem Platonem se imitari uelle inquit. Vis ne igitur, ut ille Creta cum Clinia, & Lacedemonio Megillo æstiuo, quemadmodum describit, die in cupressetis Gnossiorum, & spatijs siluestribus crebrò insistens, interdum acquiescens de institutis rerum publicarum, ac de optimis legibus disputat: sic nos inter has procerissimas populos in uiridi, opacaq. ripa inambulantes, tum autem residentes quæramus ijsdē de rebus aliquid uberius quàm forensis usus desiderat. Quare Annibal Carus non dubitauit sic Idillium illud ordiri. Venite a l'ombra de i gran gigli d'oro
Care Muse deuote a i miei giacinti.

Fluuiorum proluuiones mali aliquid portendisse Historicis probatum. Saty. LXXXIII.

PRÆTEREA, *quę Cæsaris mortē pręmonstrarunt, & illud inseruit Poeta Geor.* I. Proluit insano contorquens uortice siluas Fluuiorum rex Eridanus, camposq. per omnes Cum stabulis armenta tulit. *sed & Dio etiam non semel Tiberis inundationem mali aliquid præmonstrasse refert, & præsertim pestilentiam. libri enim* LIII. *extremo cum mortis Marcelli causam Liuiæ à quibusdam importatam diceret, eam tamen suspicionem dubiam, ait, effecit eius, ac sequentis*

anni temperies ita uitiosa, ut ingens hominum multitudo morbis absumpta sit. Tum quoq. (ut ferè huiusmodi mala signis suis prænunciantur) Lupus intra urbem deprensus est, ignisq., & tempestas multa ædificia læsit, Tiberisq. auctus pontem Sublicium euertit, fecitq. ut urbs triduum esset nauibus peruia. Et lib. LV. an V.C. DCCXVIII. horendi terræ tumores accidērūt, Tiberisq. deiecto ponte Vrbem septem dies nauigabilem effecit. Sol aliqua parte suum lumen amisit, fames coorta. Cum uerò an. V.C.DCCLXXXIX. Tiberis multas Vrbis partes aqua repleuisset, incendioq. propè Circum, & Auentinū multa perijssent mors Tiberij uisa est prænunciari, et si lib. 53. cum Cæsar Augusti cognomentum accepit, eodem omnia, quæ in plano iacerent Romę loca replente ita, ut esset nauigabilis, interpretati sunt arioli, eum omnia suo obtenturum imperio lib. uerò 39. post restitutum in regnū Ptolomeum cum Tiberis, siue pluuijs inmensis supra Vrbem delatis, siue uento ex mari uiolento effluxum eius repellente, siue Deo id quodam potius (ita enim creditum est) efficiente, incertū est: certè ita ex improuiso inundauit, ut omnes in Vrbe planities stagnarent, multaq. etiam editiora loca aqua comprenderet, damna maxima allata inquit, eaq. mala egre tulisse Romanos, & maiora timuisse. Vide num cum ijs conueniant, quę ob Cæsaris mortem accidisse confinxit Horat. Vidimus flauum Tiberim retortis Littore Etrusco uiolenter undis Ire deiectum monumenta Regis, Templaq. Vestæ. Iliæ dum se nimium querenti Iactat ultorem. *apud Iulium Obsequentem Pado inundante, & intra ripam refluente ingenti uiperarum ui relicta inter*

Cæsarem

Cesarem, & Antonium ciuilia bella exorta sunt. Vti Gregorio, Pontifice, qui Pelagio successit, prodigioso Tiberis incremento, cum recedentibus undis ingens serpentiũ copia Vrbem inuasisset, aerem ita uitiauit, ut inguinibus subitò tumefactis homines passim perirent. ut Polyd. Virg. lib. 6 cap. 9 Vti locustarum ingens agmen in Africa fluctibus eiectum Cyrenis pestilentiam importauit. quod P. Plautio, & M. Fuluio coss. etiam Romę auorum memoria accidit, inquit Obseq. Nec tamen omiserim, ut interdum etiam & si aquarum proluuiones fuerint, tamen nihil mali est subsecutum. Sergio enim Galba, & M. Scauro coss. multa hominum millia intumescente Pado, & stagno Aretino obruta refert Obsequens, & tamen contra Iugurtham prosperè dimicatum inquit. Hęc enim, quę Dei nutu fiunt, naturalibus tribuere uiribus sępius dementis est. An. V. C. DLXXI. L. Aemilio Paulo, & Cn. Bębio Pamphilo coss. cum sex mensibus non pluisset, pestlentię Libitina non sufficit. & tamen superiore anno M D C I V. integro penè sine ullis imbribus cũ dimidio subsequentis, non sine anxio timore omnium elapso, Dei opt. Max. beneficio & corporum ualetudo mira fuit, & rerum, & pręsertim rei frumentarię annona uberior, uidimusq. quę Octobri mense sata sunt frumenta, Martijs calend. è terra pullulare uix incipientia, deinde uerò ab Idibus Iulijs sic crebros fuisse imbres, ut Nonis Nouemb. adhuc Alpina quędam trituranda relicta essent frumẽta. Quod uerò ad fluminum proluuionem attinet Tacitus etiã lib. 1. Tiberij tempore Tibrim auctum imbribus plana Vrbis stagnasse inquit: & Liuius an. V. con. CCCXCII. Tiberim superfusum Circum Maximum, uelutq. auersis

dijs

sic Catullum nauem dixisse currum. Ipsa leui fecit uolitantem flamine currum. *nam audacia in eo re primitur, quòd dixit.* uolitantem flamine. *currum enim solum non uocasset, sed non ne potius legendum* Lustrauitq. uiros *per epegezesim, & expositionem illius.* Idem ter socios pura circumtulit unda? *Cum circunferre pro purgare obscurum sit, & si apud Plautum legas pro Cererita te circunferam? cum præsertim hoc familiare huic sit poetæ expositionem addere, cum uerbo aliquo subobscuro usus est. neminem suæ sententiæ se ipso potiorem expositorem habere cupienti. Quam præclaram rationem utinam & cæteri cognouissent, fuissentq. imitati, obscuris rerum inuolucris alienos animos distorquere profitentes, ignari auctorem nobis esse Aristotelem in poeticis.* dictionis uirtutem esse, ut perspicua sit, nec tamen humilis: *ad quod faciendum inusitatum uerbũ, peregrinum, & sæpe nimis longè translatum est accersendum, ut sic grandia summissè, & humilia clatè (quod etiam in oratore commendauit Cicero) afferantur: differt enim plurimum, oratio pura sit, & nitida, uel potius perspicua, cam sic reddunt lumina sententiarum, & uerborum, & adspersa interdum peregrina quędam, & antiqua, & mirabili quadam transumptione, & transnominatione quasi nouata, hanc uerò talem faciunt propria, facilia, cum rebus ipsis nata, ad rem aperiendam solum parata. Illa sæpius tanquam nitenti clypeo præstinguitur acies ingenij cuiusuis contemplantis, hæc pellucida, & per uia est subitò cuiq. In illa delectat ante pedes posita transilire, & longè in posterum repetita sumere, tumq. uideo me profecisse plurimũ, cum rem me assecutum cēsens,*

 tandem

tandem deceptum sentio: ex ea enim deceptione cautius omnia intueri disco. In facili, & perspicua nihil est, quod non percipiam subitò, quod etiam me dicturum fuisse non sperem. Itaq. omne tulit punctum, qui utrunq. mira arte immiscet, quod una omnium Phœnix præstat Maro. quod uel sexcentis exemplis Turnebo Palam facere possem in ijs præsertim, quæ attinent ad expositionem. apud Ciceronem ad Atticum lib. 7. Non ariolans ut illa (Cassandra) quæ apud ueterem poetam lib. 1. de Diuin.
Iamq. mari magno classis cita texitur. *& si ex epistolæ argumento noscitur, mare magnum dictam allegoricos tumultuantem Italiam, quam ante dixerat ardentem bello, vt etiam terrarum orbem. ibi tamen Turneb. lib. 13. cap. 16 accipit Mediterraneum ductus verbo Isidori, quoniam ab ocasu ex Oceano fluit in meridiem, deindeq. ad Septemtrionem tendit. Verum cum Virgilius dixit*
magnaq. surgunt Aequora, *ne aliquem in errorem induceret, se exposuit addens.* dispersi iactamur gurgite uasto *Edoctus à Salustio in Iugurtino, ubi de Syrtib.*
deinde ubi mare magnum, & sæuire cæpit uentis.
& à Lucretio libri secundi initio.
Suaue mari magno miscentibus æquora uentis
E terra magnum alterius spectare laborem.
& ab Ennio libro VII. Annal.
Inde mari magno fluctus extollere certant.



Cratera

Cratera corona induere. Libare. Dari oscula. Notati Turneb. Corradus Iac. Pontanus. Lamber. Hort. & Lambinus. Saty. LXXXV.

I B I *etiam, ni fallor, hallucinatus est Turneb. Aduer. lib. 21. cap. 13. cum lib. 3. Aeneid.* pater Anchises magnum cratera corona Induit, *hilaritatis enim, & libationis causa coronatum accipit, nec uidet, ut nec etiam Lambinus apud Horatium lib. 4 ode 11, & Iac. Pontanus, quòd uti apud Homerum Odyss. 1. iuuenes crateras coronauerunt potu: stephe enim, quod ualet coronare, latinè implere est, idem fecit Anchises: non .n. in æquore tam facilè obuiam habere potuit floream coronam. quod ne uocares in dubium, ideo addidit se explicans* impleuitq. mero. *libro uerò primo cum* crateras magnos statuunt, & uina coronant, *floream adhibitam non denegauerim, cum præsertim & si pocula coronandi Iones fuerint auctores, fluxisse tamen hanc consuetudinem ad Romanos, & alios non dubitem, uideaturq. mihi aliqua uia præmonstrare summus uates illud Cleopatræ Antonium, ut coronas biberet inuitantis, de quo Plinius lib. 26. cap. 4. & Plutarchus. Nec quicquam impedit, quò minus Anchisæ illa fuerit libatio etiam si in æquore desiderantur flores. nam certè Diuos uocauit.* Stans celsa in Puppi Dij maris &, terræ, tempestatumq. potentes. *Libatio enim in mari fiebat in mare defuso mero. quare Cloanthus lib. V. Neptuno uouens, &.* vina (inquit) liquentia fundam; *domi uerò defundebant mensis, quę pro aris erant, Itaq. lib. 8.* In mensam læti libant. *idest defundunt,*

quod ita fieri consueuisse ostendit Horatius lib. 4. od. 5.
Te multa prece, te prosequitur mero Defuso pateris. *& ode 31. lib. 1.* Quid orat. de patera nouum Fundens liquorem? *& Virg. Aen. 1.* Dixit, & in mensa laticum libauit honorem. *quanuis ibi stultè nimis Hertensius Lember. explicat libauit primoribus labris degustauit. nam si id eßet, cur adderet.* Primaq. libato summo tenus attigit ore? *quis enim diceret uinum primoribus labris degustauit, & degustato summo tenus attigit ore, idest degustauit? significat quidem interdum libare degustare; quoniam Idolis suis defusuri uinum simpulo hauriebant (quod erat uas paruulum lycni in morem capulo extenso in summum tendente) è præfericulo maiore uase, nostris non absimili, quibus utimur dum manus nobis, & hospitibus abluendas curamus. ut patet in argenteis Antonini Pij, & M. Aurelij, & quoniam uina illa non obtulissent dæmonibus suis, nisi antea prægustassent, an fugientia eßent, aut malè olerent, hinc à præcedente subsequens accipitur, ut sit libare sacra facere. Vtq. libare significet etiam leuiter attingere docet Maro de apibus loquens.* & flumina libant Summa leues. *& Aeneidos primo loquens de Ioue, qui filiæ blanditias sibi facienti uultum admouerat ad os filię excipiendum contractum ad suauiandum inquit.* Vultu, quo cælum, tempestatesq. serenat Oscula libauit natæ. *Interdum comparantur labella cum labellis, inquit Plautus in Asinar. qua in re culpat Horatius* barbarè tenera lædentem oscula. *idq. fecisse Romanos reor cum affinibus, sicq. accipiendus est locus Plinij lib. 14. cap. 73. apud ueteres Romanos in more*

positum

positum fuisse, ut propinqui mulieribus propinquis darent osculum, ut sentirent, an olerent temetum. & *M. Tull. si qua erat famosa, ei cognatio osculum non ferebat. Vnde reor ductum Donatum apud Terentium, ut dixerit Osculum fuisse officij, suauiũ libidinum. quod non seruatum agnoscet, qui apud Ciceronem leget Atticam nostram cupio suauiari,* & *apud eundem uidebit Brutum de matre suauianda coniecisse. Vt minus morosus sit Sebastianus Coradus negans latinè dici, dare oscula, quasi uerò non dixerit Tibullus.*

Flebis, & arsuro positum me Delia lecto,
Tristibus & lacrymis oscula mixta dabis.

& *Propertius*. Me lædit, si multa tibi dedit oscula mater. & *Ouidius* 11. *Metam.* Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro. & Oscula dij magni qualia, quotq. dabat. & *Valer. Flaccus*. Vltima virgineis tum flens dedit oscula uittis.

De eadem Pedem facere, & pes in naui quid. Noua lectio asserta, Plautus expositus contra Delrium, & Mazzonium, Versus, Acta, Commissi ludi.

Saty. LXXXVI.

PARDVM *imitatus, qui nisi tertio saltu predam assequitur demum deserit, nunc carptim, & saltuatim idem persequar. Pes in naui Catullo, & Murtio est uelum, ut etiam Scholiasti Euripidis, Aristophanis, & Apollonij. Isidoro lib. 9. cap. 4 est imum ueli, ut etiam Nascimbenio, Baiffio, & Delrio apud Senecam in Medea.* Nunc prolato pede aduersos captare notos. *pars enim infima, inquit Delrius ad nauis latus*

religatur, deinde uerò Seruium adhibēs, qui pedem pro fune, quo tenditur uelum, accipit ex Pindaro, & Aristophane idem se inuenisse inquiens in Euripidis Iphigenia Taurica, & Homer. Odyss. V. ex Plinio etiam allato, iisdem uentis in contrarium nauigatur simul prolatis pedibus, Nonium demum culpat dicentem, Remi sunt nauales pedes, quem potius uel ut corruptum sic emendare debuisset, Remiges sunt nauales pedes, aut etiā erat putandum, ut Remi essent pro Remiges; ut apud Virgilium lib. 5. Cloanthus consequitur. melior remis, i. remigibus sed pondere pinus Tarda tenet. quem imitatus est etiam Claudianus lib. 3 in Ruff. loquens de Syrenibus. audito franguntur carmine remi. idest earum cantu debilitantur remiges. nam certè Plauto in Menech. scæ. obsonaui, pedes nauales sunt ipsi remiges: sic enim extrema linea. Asseruatote hoc s'ultis nauales pedes. de quo loco sensisse credam Nonium, ni tamen Delrius Messenionem è naui egressum cum Menechmo se eum asportasse uelit uelum, aut funes Plautum de his agere hic inquiens, aut forsan remos, nam tales ibidem agnoscit Mazzon. in Danth. lib. 1. cap. 2. Simpliciò uerò in cap. de æquiuocis pes in naui est clauus. Verum cum Clemens Alexandrinus Strom. lib. 8: inquiat, ex homonymis alia sunt per proportionem, ut pedes Idæ: alia ex operatione, ut pes nauis, per quem nauis nauigat: est enim tanquam pes noster, per quem mouemur. facilè cognoscimus ea omnia, quæ isti pedem nauis appellarunt, & quæcunq. ad nauem regendam adhibentur, pedis nomine dici posse, quod eò magis arridet, quòd omniscius Poeta cum dixisset, ut Aeneas

iubet ocyus ōnes Attolli malos, intendi brachia remis, *utq.* Vna omnes fecere pedem. *addit ad rem magis exponendam.* pariterq. sinistros Nunc dextros soluere sinus, una ardua torquent Cornua detorquent: *deinde uerò ut res, quæ suis se fert pedibus.* Fertur cita gurgite classis. *Quamobrem præclarè uertit Annibal Carus.* Sciolsero, amainar, calaro, alzaro, Fer le marinaresche lor bisogne. *eodem libro.* triplici pubes quam Dardana versu Impellunt. *ut per uersum ordinem intellexisse ostenderet (ut etiam Liuius lib. 55.* regia naue ingentis magnitudinis, quam sedecim versus remorū agebat*) addit se exponens.* terno consurgunt ordine remi. *sed Georgicorum IV. de Sene eo Corycio inquiens* Ille etiam feras in uersum distulit ulmos. *nullo uerbo se exposuit, nisi dicas uerbo Distulit ostendisse eum in diuersas partes tulisse, & digessisse in quincūcem ulmos, quibus prȩsertim maritandæ essent uites. Obserua, ut nos hodie in re aliqua uiam, & rationem inire nescientes dicimus Non ui ueggo ordine, ne uerso. Ibidem* At procul in sola secretæ Troades acta Amissum Anchisem flebant. *appositè quidem Sicula usus est uoce, pro littore, qua & Cicero in Verr. usus est. tot in acta dies uxorem secum habere: nescius ne esses, & quæreres Sicula ne, an barbara esset, & quid significaret, addit* cunctęq. profundum Pontum aspectabant flentes: *non enim sic commodè profundum aliunde spectare poterant, ut ex littore. nec censeas otiosè additum profundum: ostendit enim eas simul cura, & defixis oculis mare adspectasse è littore. ideo enim inter spectandum sic querentes inducit*

heu tot vada fessis,& tantum superesse maris? *Eodem libro.* Cum tuba commissos medio canit aggere ludos. *ne simplici quadam ratione ab Aenea mandatos, cum interpretib. explices, audi exponentem.*

Prima pares ineunt grauibus certamina remis
Quatuor ex omni delectę classe triremes.

in eo enim erat commissio, aut compositio, ut pares essent uiribus certaturi, unde sunt apud M. Tullium lib. 2. ad Cael. Gladiatorum compositiones, & Seneca in Medea ad inanima transferre non dubitauit. Gemino Corynthus littori opponens moras Cremata flammis maria comittat duo. *idest, quasi componens, vt Gladiatores solebant. quare Cic. 3. ad Q. Fratrem quo die ludi comittebantur. & ludis commissis ex urbe profectus, Plautus in Persa, scęna penultima.* Comitte hos ludos. *Quae Romae seruarentur in ludis, & quę adhiberentur compositiones, & commissiones scripsit uberrimè Cassiodorus Epistola Theodorici regis ad Faustum.*

Almus dies serenus. Si tempus, rationem, & conditionem signans Not. Muretus, Iac. Pontan. Virg. Cicero, & Tassius expositi.

Saty. LXXXVII.

EXPOSITIONEM *in Poeta frequentiorem dicenti non uno, aut altero satis est probare exemplo. illud lib.* 5. si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit. *quod non conditionem significat Mureto explicanti illud Catulli ad Caluum.* Nam si luxerit ad librariorum curram scrinia. *sed tempus, idest cum luxerit, quod & Iacob. Pontanus, & pleriq. omnes*

asserunt; *mihi tamen & si conditionem significet*: *non tamen ea est de die, quasi uenturus dubitetur, sed nubilus ne, & pluuius, aut serenus sit futurus*: *ideò enim almum dixit, quod præter cætera Festo est pulcrum, & ex hoc serenum, & ne ambigeres, non modò addidit.* radijsq. retexerit orbem. *sed etiam infra dicit.* Expectata dies aderat nonamq. serena Auroram Phaetontis equi iam luce uehebant. *Nec tamen sum nescius multis in locis significare tempus. ut lib. 6.* Heu Quantum inter se bellum si lumina uitæ Attigerint, quantas acies, stragemq. ciebunt. *sic apud M. Tullium. Prouincijs administrandis præfecti, senatui sua omnia referentes litteris præscribebant.* Si uos, liberiq. uestri ualetis, nos ualemus. *& sic ad Terentiam, & filios Cic. quin obserua, ut quæ prima lib. V. scribitur epistola à Q. Metello ad M. Tullium querelarum, & odij plena tantum habet.* Si uales, bene est. *cui & pari formula respondet Cic.* Si tu, exercitusq. ualetis bene est. *ad Atticum.* Certissimum subsidium est hyems, ea si uenerit: *i. cum uenerit*: *& Vir. 1. Aen.* Dij tibi si qua pios respectant numina, si quid Vsquam iustitiæ est, & mens sibi conscia recti, *idest cum respiciant pios. non enim aßentior Iacobo Pontano censenti Poetam ibi non satis esse Stoicum*: *qui enim se omnium egenum dixit, quid gratiæ rependeret, si deos etiam humana non respicere diceret? preterea an etiam in eo, quod addit, dubitat?* si quid usquam iustitiæ est. *cum omnino sciret alicubi aliquos iustos reperiri? non ne igitur affirmat potius si pro cum adhibens? ut in sacris oraculis* apud D. Ioannem si exaltatus

fuero

fuero à terra.. 1. *cum: non enim erat dubius, aut ne scius. Et Cassius de planetis.* E gl'altri doi, ch'esser non ponno erranti, S'Angelica, uirtù gl' infonde, e moue. 1. *aberrare nequeunt cum moueantur.*

Pulcritudo afflatus honos, primus aspectus, Castra, Aegis, Aurem uellere, Scena, pulsari, uapulare.

Saty. LXXXVIII.

SED *& alia se se offerentia non omittamus lib.1. Aen. ut diuinam pulcritudinem Aeneae datam ostenderet, inquit* namq. ipsa decoram Cæsariem nato genetrix lumenq. iuuentæ Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. *vbi Zeugma est ab inferiori: afflatur enim lætitia oculis, non afflatur cæsaries, quare ut perciperes, quidnam esset Purpureum illud lumen iuuentæ, qui profectò est flos ipse, & splendor è uultu uiuido, & succi pleno se effundens, addit nolens se quenquam meliorem interpretem.* & lætos oculis afflarat honores. *quo in loco mente immorari ne graueris discens huiusmodi uenustatem, & lætitiam, quæ summa est pulcritudinis afflatum quidpiam dictam, quoniam quolibet morbo, mærore, ac solicitudine facilè amouetur, quam ideo infra primum aspectum uocat.* Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. *quem stuporem ex ea pulcritudine futuri amoris indicem agnoscit meritò ibi Seruius. Lib.* 4. Faces in castra tulissem. *quid sibi uoluißet, fuisset subobscurum, cum Aeneas castra Cartagine non fuisset metatus, nisi ad expositionem addidisset Implessemq. foros flammis. sed dices lib. Tertio id non factum cum inquit.* Nos castra mouemus.

Verum

Verum inspice acutius subsequentia. Tentamusq. uiam, & velorum pandimus alas. *lib. VIII.* Arcades ipsum Credunt se uidisse Iouem cum sæpe nigrantem Aegida concuteret dextra: *vbi si putas inesse fabulam, non te sic putantem fallent interpretes: fuit enim, inquiunt, Aegis clypeus Iouis ex capræ pelle, quo usus fuit contra Titanas, ut inquit Musæus. sed hoc quis uerum habeat. Greco fonte haustum? spectatur huiusmodi forma in argenteo Cordię familiæ apud Fuluiũ, ex cuius parte altera pellis est undiq. extensa, ubi expressa nubium, uel tumentium fluctuum similitudo: Notum enim Aegida tonitruum, uel nimbum significare, itaq. pro fabula à poeta historiam tibi datam puta; addente ad ex explicationem* nimbosq. cieret. *Infima auris parte Plinio, & Seruio memoriæ est sedes, quare in ueteri nummo auris est manu aprehensa litteris Grecis memoriam indicantibus, ut mireris minus, si Ecloga VI. cum dixisset* Cynthius aurem Vellit. *addidit rem explicans* & admonuit. *quare etiam Copę auctor* Mors aurem uellens uiuite, ait, uenio. *& Calphurn.* Vellit nam sæpius aurem Inuida paupertas. *Scena militare uerbũ merè Grecum ab umbra, & tabernaculis idq. Greco ex fonte haurire nesciens petat interpretem li. I. Aeneid.* tum siluis scæna coruscis Desuper, horentiq. atrum nemus imminet umbra. *li. 12. Latinus pulsatos referens diuos, neglectos utiq refert, quòd qui pulsantur à nobis negliguntur. sic apud Plautum in Curculione Capadox leno.* Vapulare ego te uehementer iubeo. *idest dolere, quòd qui uapulant, dolent. & ibidem miles.* tu auferere hinc a me. *idest*

tum pessimè acciperis, uapulabisq; ut loco sis auferendus. neglecti uerò dij apud nostrum sunt, quoniam ijs preces effusæ fuerunt in fœdere, quod mox non sint eorum dedecore uiolatum fuit, ijs frustra effusis. sed quid nodum in scirpo quærimus causam eo reddente. *Pulsatos referens INFECTO Fœdere Diuos.*

Calcem calce terere, induere se mucrone, Ignobile otium.
Notati Iac. Pontanus, Nascimb. Horat. Lambertus. Turneb. Saty. LXXXIX.

ATQVI ad expositionem hanc Poetæ familiarem monstrandam spatia mihi plura superesse uideo, quare & alia afferre non grauabor, præsertim cum Camelo non conueniens, qui nec ultra aßuetum procedit spatiū, nec plus instituto onere recipit, ut ait Plinius. In eo libri V. Calcemq; terit iam calce Diores, calcibus se ferè atterunt interpretes. Nascimbenus enim tanta celeritate Diorem post Elymū proximè cucurrisse inquit, ut simulac Elymus pedem sustulerat, Diores in eius uestigio pedem poneret, utq. inhærentiam magis ostenderet, non planta calcem, sed calcem calce tritum inquit, ita ut nullum interuallum inter utrunq; esset. idem ferè & Horten. Scaliger uerò Poetices lib. V. cap. 3. ex æquo gressu sic currentes intelligit, ut parem ducerent lineam, sicq. calcem calce terere dicerentur. & preclarè quidem, & si hic immeritò cæcutiens uocetur à Iacobo Pontano in Nascimbeni sententiam eunte, nec animaduertente Scaligero huius explicationis auctorem fuisse Virgilium ipsum addentem, gestumq. unà currentis exprimentem. Incumbens humero. ci

nempe

nempe adherens, & ex æquo à latere læuo faciens, uel du cens lineam, quod exprimit magis subdens. spatia & si plura supersint, Transeat elapsus prior ambi guumq. relinquat. .i. amoueat è medio. *non enim ambiguum fuißet cuiquam, quis eorum uictoriam fuisset relaturus, si Diores à tergo non sine casus, & offensionis periculo, & non à latere incumbens, & in socium humero acclinans ex æquo cucurrisset. Turn. autem lib. 14. cap. 4. exponit transeat, hoc est prætereat, & relinquat ambigentem de cursus palma, & Victoria.* Omnem *certandi amouent causam legentes apud Virgilium lib. X. Aeneid.* An se se mucronem ob tantum dedecus amens Induat. *cum enim sexto hoc casu auctio exprimatur, ut in exuo diminutio, se se sextum faciunt, & mucronem sic corpore auctum indicant, cum poeta conue nientes addente.* crudum per costas exigat ensem. *qui uerò legunt, ut Seruius.* An se se mucrone ob tan tum dedecus amens Induat, *per hyppallagen accipiunt, & idem spectant. Verum Turnebus lib. 28. cap. 24. id dictum uolens, quòd quæ inhærent corpori, uestimenti loco uideantur, mihi prorsus non facit satis: nam id uerum est in iis, quæ hærent extrinsecus, uel adhæ rent, non in ijs, quæ intus sunt, & inhærent, & cum Iaco bo Pontano Cæsaris locos afferens mihi nihil probat. nam ea lib. 7. se se ipsi acutissimis uallis induebant, vt etiam locus alter eiusdem, & acutissimis stipitibus induebantur, cum Virgiliano loco non conueniunt, est enim apud Cæ sarem tertius casus pro quarto cum præpositione. ut si dixißet se in acutissimos uallos inducebant: id enim est indue re sicq. Cic. 4. in Verr. in quos laqueos se induerit. & 4.*

Acad.

Acad. Antiochus in id ipsum se induit. Lucret. lib. 4.
At nos in fraudem induimus.
Induo sicq. mihi uestem, uel me induo ueste
Dicim⁹: ast tamen haud unquã mihi uestio uestẽ.
Nam uestit quicunq. tegit, uestemq. tegentem
Non dices ullum sibi: sed se ueste tegentem.
quare Poeta id duriusculum uidens, ut per hyppalagem dictum scires, addidit expositionem per costas exigat ensem. *Illud Geor. lib.* 4. me dulcis alebat Parthenope studijs florentem ignobilis oci. *quis non putasset Virgilium culpasse studium poeticis adhibitum rebus? putauit id profectò nunc recens Iacobus Pontanus inquiens, periphrasim hic esse poeticæ, qualis ea Ouidij lib. 4. Trisli.* Sępe pater dixit studium quid inutile tentas Mæonides nullas ipse reliquit opes. *quod quidem studium uti hodie potentiorũ inscitia, & auaritia omnium infructuosissimnm esse fateor, sic Virgilio commoda omnia uberrimè attulisse non ignoro, itaq. eum studium id non culpasse crediderim. quàm enim Augusto carus fuerit, & Romano populo tum bene de litteris, & litteratis sentienti, ut alia omittam, ostendit Cornel. Tacitus, siue quisquis ille fuerit Dialogo de Oratore, cum eius in Theatro auditis versibus illi fortè pręsenti uniuersus (Romanus populus) assurrexerit, & adspectantem quasi Augustum sit ueneratus. constatq. ut ab eo, ut etiam Horatius à Mæcenate, maximis est auctus opibus, & pro carminibus de Marcello, quæ libri sexti extremo leguntur, aureorum ferè quinquaginta millia eum accepisse ab Octauia quidam testantur.*
Vtq. inutile studium non explicem, aut ignobilis quidpiam
continens,

continens, facit ipsemet premittens uerbum florentem. est igitur otium ignobile uel ualde nobile, ut quidam explicant illud Georg. 1. Nunquam imprudentibus imber obfuit. *idest ualde prudentibus: nam ut sic accipiamus, faciunt quę plurima sequuntur, quæ non nisi prudentes obseruare solent, & possunt, ut Cicero Antonium impotentem, & Horatius eodem nomine uocat Cleopatrā, & Catullus freta impotentia, idest ualde potentia, æstuantia. Vel ignobile dixit otium non notum, iuxta illud Ciceronis, Nescis miser, nescis quātas uires uirtus habeat: nam si notum esset, ad se magis homines alliceret, sic lib. 7. de Virbio Hippoliti prole nobilissima.*
Solus ubi in siluis Italis ignobilis æuum Exigeret. idest ignotus, vt eodem libro nobile pro noto dixit Est locus Italiæ in medio sub montibus altis Nobilis. *at uerò quàm nobilis, cum infra legas* Hic specus horrendum, & sæui spiracula Ditis. *quare ut pro noto acciperes addit.* & fama multis memoratus in oris. *sic Plautus.* Is nunquam nobilis fuit. *Seneca in Hercule Octęo.* Meritisq. terram nobilem quæram tuis. *Q. Tullius de petione consulatus.* flagitio nobilis. *sic illustres scimus dictas meretrices.*

Ast hodie ò princeps uatū hoc ignobile prorsus
Esse tuum nosses studium, quòdq. expulit illud
Turpis auaritia ingemeres, iocularia Musas
Debita principibus reputans, aulæq. cachinnos;
Obscœnis tantum scurris, & prodiga mimis,
Virtutiq. tenax inopi sub nocte latenti.
Damna poetarum atq. hoc solareris in uno:

Illam

Illam quòd prorſus temnentem obliuia famæ
Fœda ſuæ immerita tandem mox luce carentem
Præmia digna, uices meritæ, & ſua dona manebũt.
Vltrix nam ſubitò neglecta ſilentia noctis
Cogit ad æternæ Nemeſis, quo inuoluit amictu
Sæpius illa prius ſublimi uertice Muſas:
Nam quot uixerunt uaria ditione Dynaſtæ,
Dibapho & inſignes nuper, pulcraq. tiara,
Quos præſens neſcit, uenturaq; neſciet ætas
Vixiſſe: ignoti quoniam ſcriptoribus æuum
Tranſegere ſuum ſolum fulgentis amica
Æris mancipia, uno & ſe oblectantia in ære.
Qui nec Donace exciſſent in luminis auras
Mæonios centum uates, totidemque Marones,
Illos qui æternę donarent munere famæ
Scripta per, & celebres faſtos.

Expoſitio eadem in Veſper Serus.
Saty. XC.

GRAMMATICIS *relictis rurſus poetica penitiora perquiramus, Georgicorum primo, ubi de Solis prognoſticis illud.* Deniq. quid veſper ſerus uehat. *& ſi prouerbiali ratione ante à Varrone Satyr. Memp. & poſt ab aliјs ut Liuio 55. ſit uſurpatum: aliud tamen ni fallor, ſignificat apud Poetam, quàm cenſent interpretes: eſt enim Serum etiam moleſtum, graue, minax ut lib. V.* Seraq. terrifici cecinerunt omina uates. *& de bubone quæ auis.* Serum canit importuna per umbram. *Vt apud Saluſtium.* Serum bellum in anguſtijs futurum. *cum igitur*

præ miſsiſſet,

premisisset, At si cum referetq. diem, condetq. relatum, Lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis, Et claro cernes siluas Aquilone moueri. *deinde addit.* Deniq. quid uesper serus uehat. *quid nempe praenuntiet Vesper nubibus obductus: tum enim grauem se, & minacem offert spectantibus, quod uel hodie obseruantes futuram timemus procellam dicentes Italicè.* Il sole essere andato in sacca. *Verum non me, sed illum hæc afferentem audi, cum addat.* vnde serenas Ventus agat nubes, quid cogitet humidus auster. *quam rem si distorquere uideor, eundem audi non multò aliter repetentem lib. V.* & vespere ab atro Consurgunt uenti, atq. in nubem cogitur aer. *Vesper enim serus qui dicitur in Georgicis, hic dicitur ater. quodq. illic per frequentatiuum dixit.* Quid cogitet humidus Auster. *in grauiori opere est.* Consurgunt uenti, atq in nubem cogitur aer.

Dura quies Ferreus sopor, lumina Canentia, natantia.

Saty. XCI.

QVIETEM, *qua nihil iocundius duram appellare durum esset, quare Virgilius lib. X cum dixisset.* Olli dura quies oculos. *addidit rem explicans.* & ferreus urget somnus. *Atq; ne etiam ambigeres subdit.* in æternam clauduntur lumina noctem: *ut Seneca in Hercule Oetæo.* Nox oculos premit. *& Horat. lib. 1. ode 4.* Iam te premet nox. *quod ab Hebreis acceptum nihil dubito: apud sacros enim eorum veteres scriptores sæpius, uel passim potius leges, Heroes illos Palestinos obdormisse in domino. Quin cum*

Diodorus Siculus lib. 2. cap. 6. inquiat Orpheum, Musæum, Dædalum, Homerum, Lycurgum, Platonem, Pythagoram, aliosq. Græcos plurimos Aegyptum mystica quædam discendi causa petijsse, indeq. accepisse Mercuriũ destinantem mortuorum animas, illasq. heroum uirga euocantem, satisq. constet Hebræos diuturnam Aegyptijs seruijsse seruitutem, facilè adducor, ut credam Poetam omnia perscrutatum, & mortem somni nomine ex eorum auctoritate appellasse, & cum de Mercurio canit.

Tum uirgam capit; hac animas ille euocat Orco
Pallentes; alias sub tristia Tartara mittit:
Dat somnos, adimitq. & lumina morte resignat.

transtulisse extremo hoc carmine illud Regum lib. 1. Ducit ad inferos, & reducit. *uerbis uerò ijs.* lumina morte resignat, *aliqua ratione spectasse illud Psalmographi.* Signatum est super nos lumen diuini uultus. *quod ut cò raperet, fecit Plato, qui splendoribus ijs, & nitoribus in media pupula fulgentibus ignẽ quendam diuinum, & æthereum assignauit, ceu terræ tactum, aquę gustatum, aeri auditum, de qua re etiam Aristoteles lib. de sens. & sensib. quosq. splendores lætos honores oculis afflatos dixit Aeneid. 1. ut lib. X. in moribundo canentia lumina uocauit, quòd in ijs, qui morti sunt proximi perhorrescant, tanquam gelu canentes rores.* Vt genitor letho canentia lumina soluit. *Qui ijdem nitores, uel lumina labuntur, ubi calor ille aufugit, quare lib. XI.* labuntur frigida letho lumina. *conduntur uerò, nec mouentur irruente morte. Georg. lib. 4. de Eurydice.* conditq. natantia lumina somnus. *& Ouidius de morte Drusi.* lumina cærulea iam-

iamq.

iamq. natantia nocte. *& natantia dicuntur proprio epitheto, quę ante uegeta semper erant, & facilè se mouentia. sic Lucretius libro Tertio de ebrijs.*

Nant oculi, clamor singultus, iurgia gliscunt.

Lumina resignare quid. Not. Seruius, Iosep. Castilio Turnebus. Saty. XCII.

RESIGNANTVR *uerò lumina non quòd pupillæ triduò ante resignatæ, & abrasæ in oculis moribundi non appareant, ut censit Seruius: nam pupillæ ipsę non aufugiũt, nec euanescunt, sed nigricans illud detersum, leuigatum, & politius in oculis tanquã impressũ signum, adeò lucens, ut intuentis reddat imaginem, deflorescit: nã ideo eos nitores Polemon flores animæ uocat, ijsq. deflorescentibus mortem subesse inquit; & ijdem quàmdiu spectẽtur in ægritudine mortem nõ timendi augurium ex ipso homine esse testatur Plinius lib. 28. cap. 6. propterea q. uide, ut signato uerbo usus est Poeta translato ab obsignata imagine, quæ resignetur.*

Nam quòd Ioseph. lumina morte resignat, uult esse repetitionem, & expositionem eius, quod precesserat, adimit somnos, probare nunquam possum: nam ex proximo, & superioribus exemplis patet nullam factam expositionem nisi per notiora, & id quidem iure, quod etiam seruandum monuit in similitudine Quintilianus lib. 8. cap. 3. somniũ uerò pro morte dici, sic notum olim erat, ut nulla egeret Expositione. quare ut noster dixit Dat somnos, sic Horat.

Surge ne longus tibi somnus unde Non times, detur. *&.* Ergo Quintilium perpetuus urget

ſopor? *& Catullus*, nox eſt perpetua una dormienda. *quare ſi hoc notum, illud erat notius ex ſua antitheſi. Adimit ſomnos, ideſt ad uitam reuocat. queis adde, ut reſignare lumina in morte, pro reuocare ad uitam non facile cuiq. perceptu eſt. nam quomodo aperiuntur morte lumina? non ne morientes ita apertis animam exhalant oculis, ut non ſemel ſint non modo claudendi, ſed etiam premendi? quod dolet Euryalo filio ſe præſtare non potuiſſe infelix ea mulier lib. 9.* nec te tua funera mater Produxi, preſsiue oculos. *& Ouid. 4. am. el.* 8. Hic certè manibus fugientes preſsit ocellos. *& apud Valerium Maximum lib. 2. cap. 1. nonagenaria femina, quæ ſponte uenenum hauſerat, filiarum manus ad ſupremum premendorum oculorum officium aduocauit. apud Statium etiam 5. Silu. leges* & cara preſsit ſua lumina dextra. *idemq. factum apud Græcos. Sophoclem in Aiace, Euripidem in Phœniſſis, Homerum Iliad. XI. & Ouidium.* Ille meos oculos comprimat, ille tuos. *& Ep. Pen.* mea condas lumina. *idq́; dolet Seuerinus Boeth. lib. & Met. 1.* Et feſſos oculos claudere ſola negat (*Mors*) *Et Lucan.* Atq. oculos morti clauſuram quęrere dextram. *Martial.* Clauſerunt omnes lumina noſtra manu. *neq. obſtat illud.* in æternam clauduntur lumina noctem: *id enim diximus additum ad expoſitionem durę quietis, & ferri ſomni, quare meritò Taſſius carmen hoc ſolum tranſtulit.* Dura quiete il preme, e ferreo ſonno. *illud enim de æterna nocte Chriſtianum, & pium hominem non decuiſſet. Neq; item huic reclamat, quod Turneb. lib. 24. cap. 26.*

ex

ex Plinio lib. 11. cap. 37. affert morientibus oculos aperire, rursusq. in rogo patefacere Quiritum magno ritu sancitum esse: nam aperiebantur tanquam si extremum lumẽ solis radiatum rapturi essent, tum subitò premebantur, vt vitali aura perfunctis. Quòd verò Turnebus cognatorum quod erat officium, ad Mercurium pertinere est opinatus, non in eo erat Castilioni culpandus, quòd quæ erant partes cognatorum, transtulisset ad deos: cum id veterum more receptum sit, idq doleat M. Tullius, humana translata esse ad deos: nam diuina voluisset potius ad homines. Verum in hoc potius aliquid offendisse videri posset Turnebus, quoniam cum plurimum tributum sit Mercurio, animas ad inferos deducenti, & reducenti, leuissimũ deinde, & non spiritale, sed manuarium potius ei tribuatur officium. ut lumina cadaueribus in pyra comburendis aperiret itaq. uide, ne potior nostra sit sententia, ut nitores eos uitæ signa pupulis obsignata resignaret.

Quod demum idem Castilio inquit, ut Prudentius aduersus Symmachum Virgilium uidetur interpretatus in his.

Nec non Thessalicæ doctissimus ille Magiæ
Traditur extinctas sumpto moderamine uirgæ,
In lucem reuocasse animas, Cocytia lethi
Iura resignasse sursum reuolantibus umbris;
Ast alias damnasse neci, penitusq. latenti
Immersisse chao? *in eo fallitur, quoniam illud* Cocytia lethi Iura resignasse, *putat expositionem esse huius.* In lucem reuocasse animas: *qui adeo perspicuus est, ut nulla egeat expositione: nam esset expositio re exposita obscurior. & preterea Prudentius indicat, in eo iura Cocytia uiolata, non quòd lumina fuerint*

aperta, sed quòd undę Cocyti, & aliorum fluuiorum sunt irremeabiles, quare Virgilius lib. VI.

Euaditq. celer ripam irremeabilis undæ.

nam Noctes, atq. dies patet atri ianua Ditis,

Sed reuocare gradũ, superasq. euadere ad auras

Hoc opus, *atq. adeò unius Dei opus: cum à priuatione ad habitum, ut aiunt, per naturam regressus non detur. sed fac etiam eandem sententiam ab utroq. repeti per aliquam expolitionem, non ideo euincet quisquam, ut repetitio facta sit ad expositionem, & epegezesim, qua sine res commodè non percipiatur.*

Prosopopeię quorundam affectuum expensę apud Claudianum, & Silium, Diuites ne, an pauperes ad bene agendum procliuiores. otium culpatum, de eoq. leges latæ. Saty. XCIII.

VT I apud Romanos, & potentiores in magnificarũ ædium ingressu signa erant, & fumosæ maiorum imagines, uelut in Latini regis uestibulo, sic ante Plutonis regiam, ad quem omnia corruptioni obnoxia postremò adduci ait Phornutus, hominum calamitates, & ærumnas pulcherrimis prosopopeis statuunt poetæ, ex eorum sententia, qui animũ corpori alligatum uexari dicunt, tanquam in carcere, & ante infernam domum, siue mauis mortem hæc excubare scribunt, iuxta illud Lucretij lib. 3.

Turpis enim fama, &contemptus, &acris egestas

Semota ab dulci uita, stabiliq. videntur,

Et quasi iam lethi portas cunctarier ante.

appositeq; ante uestibulum statuuntur, quoniam anima

infirmam

infirmam partem sensui obnoxiam precipuè torquent, & exagitant. Iacobo uerò Pontano quærenti, cur pio uiro intra sceleratum Tartari limen inspicere nefas fuerit, solumq. licuerit hæc monstra cernere ante Orci uestibulum dicerem, probo uiro prima facie tenus licere uitij contemplari sordes, ad eas euitandas: uerum in ijs mentem omnẽ animi defigere inhonestũ esse prorsus, & indecorum. quod ni placet, quærens alias, aliquid ipse, ut quærentes debent de suo afferat, cum inuentis addere, quàm inuenire multò sit facilius, interim in prosopopeia Claudiani in Ruff.
glomerantur in unũ Innumeræ pestes Erebi, quascunq. sinistro Nox genuit fœtu: nutrix discordia belli, Imperiosa fames: *Imperiosa non placet: nam imperiosus uidetur dictus, qui superbè, & intemperanter agens in alios exercet imperium, & tamen contra.*

Thelephus, & Peleus cùm pauper, & exul uterq;
Proijcit ampullas, & sesquipedalia verba,
Si curat cor spectantis tetigisse querela.

ut Horat. ep. ad Pisones. In ea uerò Silij lib. 13.

Ante aulam, atq. aditus, & in exorabile limen
Quarta choors omni stabulante per auia mõstro
Excubat, & manes permixto murmure terret.
Luct⁹ edax, maciesq. malis comes addita morbis:
Et mœror pastus fletu, & sine sanguine pallor.

quod extremum otiosum uidetur, cũ præcesserit maciesq. malis comes addita morbis. *ut etiam illud quòd addit.* Sceleri procliuis egestas. *affinem habere uideri potest imperiosam famem Claudiani rectè reputãti: nam sceleri procliuiores sunt opes, quid enim ijs florentes plurimi nefasti linquunt? quibus, inquit Horatius, par-*

eunt aris? Non ne Ouidius uerè uocauit opes irritamenta malorum. *cum haud cuiuslibet sit, inquit Aristoteles Polit. 5. ferre res secundas: Aduersæ enim, inquit Cato apud Agellium li. 7. cap. 3. se domant, & docent, quid facto sit opus; secundæ uero res lætitia transuorsum trudere solent à rectè consulendo, atq. intelligẽdo. Vtq ad superbiam, & omnem peccandi licentiam impellant, testis sit contemptor superum, & hospitum sanguine pinguescens Polyphemus, & Busyris, & ex ipso etiam lotio uectigalia exigens Vespasianus, & ij omnes, quibus illud eiusdem decantatur.* lucri bonus odor ex re qualibet. *& cuiusuis religionis contemptor Dionysius, Verres, Antonius, Crassus, & Caligula, qui cum intempestiuis effusionibus immensas opes, & uicies millies sestertium paucis mensibus absumpsisset, egens demum ad rapinas, & omniũ generum uectigalia adiecit animũ: ut meritò Suetonius non de Principe, sed de monstro sibi scribendum dixerit.* Cum contrà si rectè perpẽdimus illud Theocriti, *(quod & Plaut. in Stic.* Nam illa omnes artes edocet, ubi quem attigit*)*

Sola nouas homini paupertas indicet artes,
Atq. nouos doceat semper tolererare labores.

A Gadareis cum arte colebatur, notumq. illud Maronis, Labor omnia vincit Improbus, & duris urgens in rebus egestas. *Ita prudenter libro sexto malesuada fames eidem dicitur, ut quæ suadeat quidẽ, sed ad malum non impellat. Horatium quidem, ut testatur ipse Epistola ad Iulium Florum paupertas impulit audax, vt uersus faceret. quod idem impulit & Persium, ut sui operis fatetur initio. Et quanquam Xenophon inquiat.* Nihil

eget

egere esse deorum, quã minimum uerò proximũ à Dijs. *tamen illud Senecæ ep. 2. uerum est.* Honesta res est, læta paupertas, nam non paupertas est si læta est, nam cui cum paupertate bene conuenit, diues est. nec qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. *quare meritò Claudianus.*
Semper inops quicunq. cupit. contentus honesto
Fabricius paruo contempsit munera regum,
Casaq. pugnaces Curios angusta tenebat.
& demum si effecta utriusq. fortunæ animaduertentur illa Cornelij Taciti lib. 17. agnoscentur uera.
Fortunam adhuc tantum aduersam tulisti; secundæ res acrioribus stimulis animum explorant, quia miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur. *& Salustius in Catil.* Quippe secundæ res sapientum animos fatigant, ne dum illi corruptis moribus uictoriæ temperarent. *Egestatem uerò malum esse, & quidem maximum nemo non dixerit. differunt .n. inter se, quare cũ apud Aristophanem incommoda quædã miserrima referri audiret Penia, Egeni, inquit, uitam mihi narras non pauperis. describiturq. ab eo pallida, & Furiæ persimilis, nisi quòd facem nõ præfert. Itaq. Silium haud culpæ arguerim, si de hac senserit. Quamobrem Athenienses, ut Isocrates in Areopag. intelligentes ex inertia egestatem, ex egestate maleficia exoriri, ocium malorum causam è ciuitate esse pellendum statuerunt pauperes partim agricolas, partim mercatores esse iubentes; diuites uerò ne se otio darent, coegerunt, ut uel uenando, uel equitando, uel litteris operam nauando desidiam fugerent, ita ut ne seruus quidẽ apud eos in caupona esset.*
aut

aut biberet. Cuius legis alij Solonem apud Lærtium au ctorem faciunt, Theophrastus uerò Pisistratum, Lysias Draconem, Herodotus lib. 2. & Diodorus lib. 1. ex Aegypto translatam inquiunt: Amasis enim rex legem tulerat, ut quot annis quisq. apud magistratum nomen suum profiteretur, doceretq. unde uiueret, quod si, aut suorum prędiorum fructibus, aut honesto quęstu uitam agere non probasset, capitis luebat pœnam. Quod apud Lucanos factum, nempe ut uoluptuarij, & otiosi in iudicium raperentur, testatur Nicolaus libro de Moribus apud Stobęum ser. 42. eandemq. etiam legem Sardoam fuisse de ratione redenda, unde quis uiueret, scribit Aelianus Var. hist. li. 4.

Sint hodie hæ leges, fuerint uel ciuibus urbes
Penè sine, aut nullus desidiosus erit.

Ex cespititijs sugestis concionabantur militum prefecti.
Saty. XCIV.

CONCIONEM *ad milites habituris ducibus suggestum extruebatur, cuius imago ueteribus in lapidibus & nummis apud Guglielmum. Dionysius apud M. Tullium lib. 5. Tusc. cum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. hęc cespititia sæpius fiebant in simile Aeneas lib. 5.* multis cum millibus heros Consessu medium tulit, extructoq. resedit. *Ariminensibus olim Cæsare noctuabundo eorum urbem ingresso non ante inquit Lucanus lib. 1.* Rupta quies populis, stratisq. excita iuuentus, Quam notæ fullere Aquilæ, Romanaq. signa, Et celsus medio conspectus in aggere Cæsar, *Cuius etiam aggeris imago in*

foro

foro cernitur, quod profectò maiorum intertiæ monumentum amicam posteris excutere deberet otiositatem: à Marcello enim expugnatis, & captis Syracusis strepentis exercitus uoces, & clamores Archimedi in Mathematicis quibusdam contemplationibus defixo inauditos legi: sed urbē noctu captam nullo prorsus ante lucem strepitus ullos sentiente, legere me, & audire non memini: præter ea confi-cta de urbe Troia. Inuadunt urbem somno, uinoq. sepultam. *sed Lucanum alibi Historicum, hic Poetam fuisse non decuit de eodem Cæsare lib. V.* stetit aggere fulti Cespitis intrepidus vultu. *Claudianus de bello Gildon.* princeps confirmat ituros Aggere conspicuus. *Dio de Bogundia regina.* Conscendit tribunal de terra palustri Romanum in morem factum. *apud Tacitum.* congerunt cespites, extruunt tribunal. *Ammianus de Iuliano.* Ipse aggere glebali asistens, coronaq. celsarum circundatus potestatum talia sereno ore disseruit. *Plinius Panegyrico in Traianum. Multa post sæcula tribunal uiridi cespite constructum.*

Senectus turpis. Canteri reiecta lectio. Consanguineus pro fratre. Saty. XCV.

A*PVD Virg. lib. VI. ubi quibusq. sua apposita sunt festiua epitheta turpis senectus cū morbis aptè iungitur, ut etiam in Georg.* Subeunt morbi, tristisq. Senectus: *apud Terentium enim* in Phormione Senectus ipsa est morbus. *Turpis dicitur Horatio li. 1. od. 31.*

od. 31. Nec turpem senectam degere. *sic appellatur à Virgilio in Georg. lib.* 3 *.ubi de equo seniore, qui ante pecori maritus ductus fuerat.* Hunc quoq. vbi aut morbo grauis, aut iam segnior annis Deficit abde domo, nec turpi ignoscè senectę. *ubi tamen Canterus legit & turpi. nam quomodo inquit quis equũ senem posset domi abscondere, & simul eius ætati nõ ignoscere? Verum ego in uulgata acquiescens omnino legerem.* Nec turpi ignosce senectæ. *ad pistrinum, aut quasuis alias uersatiles molas, & alios usus adhibens, præter quàm ad Venereos? nam quis equum domi aleret, qui nullius esset usus? dictum igitur est per aposiopesim poetę nostro non adeo familiarem, ut Homero non sit minus nihil unquam reticenti.*

Consanguineus uerò lethi sopor non discrepat ab illo Hesiodi, Homeri, & Gorgię qui somnum Mortis uocarunt fratrem; nam etiam apud Claudianum 1 *.de rap. Proserp. consanguineus est pro fratre.* Te consanguineo recipit post fulmina fessum Iuno sinu. *sic Teucer apud Sophoclem accepto nuncio de morte fratris, O Carissime Aiax, o consanguinee ocule mi. Apud Pausaniam lib.* 5 *. in Elide femina expressa est puerum consopitum leua album sustinens, nigrum dextra dormientis effigie, distortis undiq. pedibus, quorum alter mortem, alter somnum, femina noctem amborum matrem signat. apud Clementẽ Alexand. pędag. lib.* 1. *cap.* 8. *ex Ecclesiaste cap.* 22. *excitans dormientes à profundo somno, qui est ex alijs maximè morti similis. D. Basilius, Temulentia somnum adducit fratrem mortis. Orpheus de utrisq.*

Qui mortis formam inducens animalia seruas

Nam

Nam germana tibi cum letho pallida mors est.

Mala mentis gaudia. Furias non nupsisse. Pluto, & Proserpina cur steriles. Eumenidum thalami discordis coniugij Symbolum.

Saty. XCVI.

M*ALA deinde mentis gaudia appellat ea, quę ex scelere, & perniciosa uoluptate accepta sunt, de quibus sic ex tempore.*

Hæc ea sunt prorsus prauę mala gaudia mentis,
Quæ miseri capiunt decepti fraude veneni
Quod uelut è patera pulcri, & sub imagine recti
Initio dulcis, tandem sed amarior herbis
Sardois cuicunq. offert Cyrcæa uoluptas.

extrema enim gaudij luctus occupat, & medio de fonte leporum surgit amari aliquid. sic Niciæ Atheniensis filius prima nocte nuptiarum ex ruina thalami unà cum uxore extinctus est. Ut etiam Romæ accidit cuidam Q. Sertullio, ut in lapide apud Bartholom. Amantium.

Vt mala tentanti Veneris cui gaudia tota
Pars ea pergustans gaudia trunca fuit.
Sero lupus tanquam & capram rapturus, ab ipso
Est cæsus capro, capraq. tuta fugit.

Ferrei demum Eumenidum thalami improprie dicti pro sedibus: nunquam enim nupserunt Furiæ, sed quælibet domus, & quod libet cubiculum thalami nomine appellatur Homero, Pindaro, Phocilidi. hę locum non habuere præcipuum, quanuis in Tartaro ut plurimum uersentur, & in Orci uestibulo: nam etiam Iouis ad solitum adstare dicuntur.

Si

Si quãdo lethum horrificum, morbosq. deum rex
Molitur, meritas aut bello territat urbes.
Et meritò hoc equidem dictũ: sine numine nãq.
Diuino mala nulla premunt mortalia: sæpe
Hoc lætos populante agros, populante penates,
Ad nutum ue Dei potius pennata satelles
Addita quæ semper noxę stat turpis egestas,
Morbus, & igniferum bellum.

Nupsisse uerò nunquam dictas Furias, sterilemq. dictam Proserpinam, & Plutonem eam reor ob causam, quòd cum hi nocentum sint principes, indicare uoluerunt naturam à sobole malorum abhorruisse, bonam uerò prolem affectasse. uideturq. de his dicendum, quod inquit Herodotus lib. 3. de serpentibus, simile quiddam ijs contingere, quod uiperis solerti diuinitatis prudentia. namque & timido animo sunt, & esculenta, ea omnia fœtuosa fecit, ne assiduo fœtu deperirent; contra quę sæua, & maligna sunt, ea uoluit fœtuosa esse parum, ut patet de lepore, quem omnia uenantur, penè semper plena, & leæna semel tantum, & unum pariente, uiperaq. collum maris in genitura uorante, & pereunte matricem corrodente fœtu.

Ferrei demum Eumenidum thalami referunt quos coniugalis malè iungit copula, quare illud non illepidè in lapide extra vrbem.

HEVS VIATOR MIRACVLVM. HIC VIR ET VXOR NON LITIGANT. QVI SVMVS NON DICAM; AT IPSA DICAM, HIC BEBRIVS EBRIVS ME EBRIAM NOMINAT NON DICO AMPLIVS. HEVS VXOR ETIAM MORTVA LITIGAS.

Coniectatio

Coniectatio cur in Vestibulo inferorum Vir. ulmum; alij, uerò Taxum statuant. Saty. XCVII.

ILLVD *nunc occurrit cum ibidem nostro* In medio ramos, annosaq. brachia pandit Vlmos opaca ingens, quam sedem somnia vulgo Vana tenere ferunt. *cur Senecæ in Herc. Fur.* Horrent opaca fronde nigrantes comæ Taxo imminente, quam tenet segnis sopor Famesq. *& cętera, quę noster prudentius ante ipsum uestibulū statuit. idem fecit Ouidius Metamorphoseos lib. 4.* Est uia declinis funesta nubila taxo. *& Silius lib. 13.* Dextra uasta comas, nemorosaq. brachia fundit Taxus Cocyti irrigua frondosior unda. *puto igitur hos meminisse Taxi uenenatæ, & lethalis, Virgilium uerò ulmi non inutilis arboris, ut cui uitis maritatur, ut corpori anima, quoniam à corpore animo omnia illi importari censuerunt mala, Virgilius uerò non item. quod etiam asserit D. Augustinus his uerbis, Qui omnia animę ex corpore putant accidiße, in errore sunt: nam corruptio corporis est, quæ aggrauat animam peccatricem, sed anima peccatrix fecit eße corruptibilem carnem, quanquam Virgilium corpori culpam tribuisse inquiat ibi.* quantum non noxia corpora tardant. *Verum poetæ alias, atq. alias ad libitum afferunt sententias, ut alibi monstratum. Idq. in eam sit dictum gratiam, quoniam mihi quidem, si diuinare licet.*

Hæc hominis quippe instar habet, qui dicitū arbor
Inuersa, ærumnis semper circumobsita: fronde
Nanq. vt ea obtegitū, super hunc sic cura recumbit

Semper

Semper inexpletæ Veneris, fastusq. superbi,
Maiorumq. sitis rerum; queis semper adærent,
Iræq; insidiæq. doli, fraudesq; metusq;
Suspicio, iniuriæq. graues, atq. agmina mille
Morborũ omnigenum, sibi quę tũ somnia quisq.
Illusisse animo queritur iam mortis in ipso
Limine, dum quærit cœlo quæ munera lucis
Spreuerat immersus somno per somnia demens.
Somnia dicuntur uitæ & sub limine primo
Esse; animũ cohibent quoniã mortalia membra,
Carcere dum uelut adstrictum dormire Platoni
Fertur, & ãte quidem solui, quàm se excitet oẽm
Discutiatq. grauem, fusumq. per ima soporem.

Gorgones sensui obnoxios, Harpyæ auaros. Hydra Senatores, Centauri nefarios omnigenos signant.

Saty. XCVIII.

FACILIS descensus Auerni
Sed reuocare gradum, hoc opus, hic labor.
Me nunc Centauri in foribus stabulãtia monstra,
Gorgones, Harpyæq. tenent, & bellua Lernæ.
Gorgones, de quibus Apollodorus, Hesiodus, Ouidius. Hyginus, Fulgentius, Athenæus, Diodorus, Pausanias, Pierius: quæq; sunt quibusdam tres animæ partes, siue portiones, Intellectus, Ratio, & Sensus, Aeschylo in Prometh. sedem habent apud Scythas, quibus color Cygneus, solus oculus, cõmunis dens, nec Phœbi, nec Lunæ unquam spectatæ lumine, mihi quidem
Hi sunt, quos ratio, diuinæ & spiritus auræ
Illustrant nunquam, extremis ceu cautib. ortos:
Sensibus

Sensibus at quib. hæc solum subiecta patescunt,
Quiq. ea uera putant, solo quæ lumine cernunt,
Vel magis explorant tactu, ceu lumine Solis
Orbati, tenebris septi, uel noctis opacæ,
Queisq. uno sub dente cadunt spectacula rerum.
Harpyæ uerò, de quibus etiam Aeneid 3 & Apollon. 2. de quibusq́; Apollodorus Bibliot. 1. quasq́; Palephatus Phinei iam senioris, & cæci filias bona omnia abliguriuisse ait, appositè magis, cum Phineus epulis paratis frui non potuisse dictus sit, quòd illum Harpyæ impedirent, & excæcassent, à Zetho, & Calai Boreadibus expulsæ, mihi
Harpiæ sordes hæ sunt, queis semper auari
Tabescunt, putentq. nimis, qui parcere parto
Strenuè ut usq. queant, semp min⁹ uncta reqrũt,
Absterrere famem ut potius, quã pellere possint.
Quos ideò cæcos fingunt accumbere mensis;
Has quòd dissimulant sordes, quas cerneret alter
Nemo diu patiens. tamen has contingit, ut inde
Alati pellant iuuenes, qui temporis arcto
Sæpius effundunt spatio diuturna parauit
Sobrietas quæ parca nimis salebrosa palato.
Bellua uerò Lernæ horrendum stridens ea est, de qua lib. 7.
Centũ angues, cinctamq. gerit serpentib. Hydrã.
quanuis lib. 6. uariarit
Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra.
Nec mirum: poetæ enim uarios sequuntur auctores ad libitum: nam Simonides dat ei quinquaginta: Alceus nouem, alij centum, ut etiam Horatio dicitur bellua centiceps. Pausanias uerò unum caput affingit. De hac Apollodorus Bibliot. lib. 2. Paleph. aliiq́; multi. per hanc exiccatam pa-

ludem ab Hercule accipiunt. Multis hæc sunt uitia, quorum multa pullulant capita, nisi temperantia extiguantur. Verũ cũ Horatius inquiat, ut populus est bellua multorum capitum, cuius hoc est proprium, ut nullum habeat caput: mobilitateq. senatus nihil sit mobilius, quem ideo Cicero Euripo comparat, & auræ, sic ludere uisum est.

Vestibulũ ante ipsum stabulatur & ille Senatus,
Cui quot sunt capita, esse etiam tot sæpe feruntur
Consilia, illa quidem, & quibus est uitiosa libido
Sępiꝰ auspicium, immeritos dum tollere honore,
Et meritos premere obnixo conamine tendit
Empta per interdum ignaui sufragia ciuis,
Cui caput acephalon, nec se moderarier aptum.
Quod licet insigni credas uirtute repressum
Esse Senatoris, referentisq. Herculis instar,
Siue Pericleæ quatientis fulmine linguæ
Acephala hæc capita: illa tamẽ surgẽtia ab antro
Sæpe inter nigros, niueoq. colore lapillos
Cernis: ut Alcides duplicantem colla cerastem
Miratus, tandem extintum sub faucibus Orci
Vidit: ubi ista etiam capitum fera bellua centum
Turba Senatorum meritas dat, soluere pœnas,
Demens quas nunquam pro mobilitate putasset,
Dũm uitiũ extollit, virtutem ac deprimit audax.

Apposite etiam, ni fallor, stabulari in foribus Maro inquit Centauros, quia semiuiri, & semiequi censebantur, equi na quidem forma petulantis indicabat libidinem, sic enim insolentem uoluptatis equum appellat Plato apud Clemen tem Alexand. Pędag. lib. 2 facti, inquit, estis mibi equi furentes in feminas: nam Centauros reperiri non pot uisse

multis

multis probat Lucretius lib.5. de his Hyginus Fab.62 Diodor. Plutarch. Lucianus, & alij. Hos ab Hercule uictos canit Maro lib. 8. tu nubigenas inuicte bimembres. *Vbi notat Seruius confusum ordinem temporum, & poeticè dictum : nam si, inquit, interemit Centauros, quomodo Gigantum interfuit prælio, qui ante innumeros annos fuiße dicuntur? cui assentitur Iacobus Mazzonius lib.3. cap. 25. in Danthem, asserens anacronismo dictum. sed aliter exponerem, non uictum ab Hercule Typhœum, aut Gigantes, sed illorum umbras apud Inferos nullum ei incussisse terrorem : ait enim*

Te Stygij tremuere lacus, te ianitor Orci
Ossa super recubans antro semesa cruento,
Nec te ullæ facies, nec terruit ipse Typhœus.

Quem, ut reliquos Titanas Tartarus cohibet, quosq. à Sybilla uisos fuisse dicit etiam idem Maro lib. 6. Centauri uerò qui fuerint, hęc quorundam eorum indicant nomina.

Arius est pugnax, Drialus fur: Asbolus atris
Exultans tenebris: Bromus rixosus: Aphidas
Contemptor: Craneus durus; nouitatis amator
Cæneus: deceptor Grypheus: Antimachus hostis
Harpasus at raptor, uiolentus & iisq. Bianor.
Ebrietate ferox Hylæus. uatis Horati
Hinc illud, canis immundus, & amica luto sus
Vixisset: nostros oculos nam plurima ludunt
Monstra sub humano corio. rabidum ille leonem
More refert: ignara seges quamplurima pascit
Tardipedes Ocnos, precioso terga colore
Qui quoniã instrati incedunt, uirtutis alumnos
Se censent solos, semperq. uno ære beatos.

Ille Lycaoniam pellem circundatus atro
Ora cruore furens semper conspergit, & effert
Tergora rapta gregi inualido:sub uulpe latentes
Atq. alios uideas;aliosq. ingrata referre
Tergora permixti generis, sæuasq. cerastas.
Imemoresq. alios cœni paulò ante relicti
Non humiles ranas, toruas sed ferre ruberas
Ambas inflantes buccas super alta tapetum.

Ideo enim Plato in Phædone eos inquit, qui uentri dediti per inertiam, & lasciuam uitam agunt, & pudorem negligunt Asinos, & similia subire decet. Itaq.id spectans Proclus de Anim. & Dęmon. quid miramur ait, multos quidem secundum uitam esse lupos, multos uerò porcos, plurimos autem alia quadam brutorum specie circunfusos? cũ terrenus locus Circes ipsius sit diuersorium,animęq. multę ob immoderatã cõcupiscentiã uenenosis poculis captę sint.

Syllabarum lex interdum Poetis neglecta.

Saty: XCIX.

QVONIAM. *proxima in Satyra in uoce Antimachus secunda syllaba producta exijt,ut quędam alia alicubi certis uideri possunt nõ adstricta legibus;& si mirum id uideri non deberet ex tempore quędam interdũ sic temere effundi. uidetur tamen operepretium docere à Poetis nõ omnino requirendum syllabæ rationes inuiolatè seruandas. Virgilius igitur qui dixit lib. 8.* Quod fieri ferro, liquidoue potestur electro. *Quem multi culpant non tantum in potestur antiquo uerbo, & si eo etiàm usus sit Plautus in Mercat.* cũ senexsis, tum in otiũ Te colloces, dũ potestur. *Sed etiam, quod legi sic*

gi sic nō posse dicunt, quoniam Electrum est prima longa: & tamen est in Cyri. Coralio fragili, & lacrymoso mouit electro. *& apud Proper. in affini, quod mirere magis.* Non sic Electra suum saluum cum uidit Orestem. *& si corruptum omnino credam, cum sic vbiq; producatur. Verum quod attinet ad huiusmodi uoces uariantur nulla seruata lege Græci etiam fontis, unde sepe fluunt. Chorea & si scribitur per* ει, *& à nostro producitur lib. X. & alibi.* Agnoscunt longè regem, lustrantq. choreis. *idem tamen lib. VI. ait* pars pedibus plaudunt choreas. *& qui dixerat lib. Tertio* Infandi Cyclopes: & altis montibus errant. *idem duos post uersus ait.* Vastosq ab rupe Cyclopas. *Quin & Catullus uno, eodemq versu uariat.*
Pharsaliam coeunt, Pharsalia tecta frequentant
Sithonias scribitur per ει, *& tamen Virg. corripuit*
Sithoniasq. niues hyemis subeamus aquosæ.
Oricalchū scribitur per ει *secunda syllaba, & tamē Maro. breuiauit* alboq. oricalcho. *& Horat. ad Pisones.*
Tibia non ut nunc oricalcho iuncta.
& qui dixit ~ Armatumq. auro circunspicit Oriona. *idem lib. 1. Aen ait.* Cum subitò assurgens fluctu nimbosus Orion. sicq. sexcenta alia.

Briareus insolentiores dei, & hominum contemptores signat. Saty. C:

SED iam Centuriam, vel Satyrarum primum agmen Centumgeminus claudat Briareus sic dictus Catulli imitatione. Cui septingeminus colorat Aequora

Nilus. *Apollod. Bibl. suæ initio, Briareum, Ceum, & Gyam, qui centum manus, capita quinquaginta haberent, ex cælo, & tellure natos inquit. Palephatus hos centimanos dictos ait, quòd ex Hecatonchiria ciuitate essēt, quę latinè dicitur Centimanus, Briareum Aegæona sæpius dictum inuenies, & apud Homerum Iliados* 1. *de quo & Maro lib.* 10.

Aegæon qualis centum cui brachia, centum,
Centenasq. manus, quinquagintaq. oribus ignem
Pectoribusq. arsisse, Iouis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot strigeret enses.

Hesiodi interpretes per Briareū uer, per Gygem hyemem accipiunt: uerum si id spectasset Maro, cur inferorum monstra cum reliquis uocasset, non uideo. malim igitur cum ibi facinorosorum carceres esse dicantur, dicere, ut,

Sic uis humana, & uanis conatibus æstus
Magnorum Regum nutu cecidere repentè
Cuncta gubernantis. Vidi nam mille comantes
Tollentem cælo ramos sic fulminis ictu
Deiectam quercum deuolui è uertice montis.
Sic tibi supremum Cæsar dum Roma pararet
Seruitium cecidit Borbonius Vrbis in ipso
Limine, & haud duxit quos affectasse triumphos
Ausus erat. Sic Montoni tu maxime ductor
Ausus idem, nostræ & patriæ decus omne futurus.
Ni Capitolinum nulli uiolabile saxum
Vidisses: rapido nanq. interceptus ab amne
Exiguos magno saturasti corpore pisces.
Stulti, qui temnunt cælestis fulminis ignes
Capanei in morem; uerum o dementior, atq.

Quoq. furente furens magis, aspernatur olympi
Si quis rectoris referentem munera terris
Romanum patrem, solus qui ex Tybridis arce
Finitima æthereæ Solomonis maximus ensem
Stringit in aduersos, rapidi qui turbinis instar
Omnia utrinq. secãs animi in penetralia adactus
Fulmini inaccessa immanis populatur, & altè
Pascitur. Ah quoties ausi hunc contemnere letho
Demissere caput læta inter uerba repentè?
Ah quoties segetes decussit & horrida grando,
Morbus & exhausit præclaras ciuibus urbes,
Et subitò absorpsit naues demissa procella?
Sæpius & salsas inter putruere lacunas,
Quis credat? salis ingentes sic undiq. montes,
Quisq. sua ut subitò uereretur uiscera tabo
Corripienda? Ideo o mortales discite tandem
Iustitiam moniti, sacrum nec temnere PATREM
Romuleũ, DEUS ipse suo cui hęc edidit ore (ATVR.
IN TERRIS QVODCVNQ. LIGAS, SVPER ASTRA LIG
Et centumgemini demisso uomine monstri,
Credite uera nimis, quæ sic Prudentius inquit.
Vidimus horrendum membris, animisq. Goliam,
Dum tumet indomitũ, dum formidabile feruet,
Dum se se ostentat clypeo, dum territat auras,
Expertum pueri quid possent ludicra parui.
Ipse ego sic memini, tumidis dũ uoluitur undis,
Sæpe grauẽ trũcum meditantem damna Myricis,
Quę ripę adstabant humiles, spectare repressum,
Illisumq. uadis. Ergo ut bene præcipit ille,
FELIX, quem faciunt aliena pericula cautum.

FINIS.

ANTONII CERRII

SATYRARVM SCHOLIASTICARVM.

Centuria Secunda.

Ad Illustrissimum, & Reuerendiss. Petrum Pauonium Pontificij cubiculi præfectum, & magistrum.



ARIMINI,

Ex Typographia Ioannis Simbenei. MDCVII.

Permissu Superiorum.



ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISS. PETRO PAVONIO PONTIFICII cubiculi magiſtro

HIERONYMVS CERRIVS S.



PVD veteres nauis nulla è portu ſoluebat abſq; tutela, ideoque in puppi ſacrarium quoddam habebant, et D. Lucas in Act. 28. in maxima ea naui Alexandrina Dioſcuros agnoſcit, & apud Perſium ſpectantur ingentes de puppe Dei. *Quare cum prima Scholiaſticarum Satyrarum Centuria ſub Illuſtriſsi. Bononienſis Senatus auſpicijs prodierit, Secundam hanc, quam imprimendam mihi miſit pater, cum quaſi nauem nudam remigio, & tutela exire mecum dole-*

rem,

rem, TV vnus occurristi Pauoni Illustrijs, cuius præsenti tuta numine scopulos inter quos suis abire possit. Quis enim dubitet, te patris non fore propugnatorem, quem ille olim egregium adolescentem habuit contubernalem, auditoremq; attentum adeò, et optimum, vt breui in grauioribus mirè progressus studijs, in arce omnium gentium, in luce orbis terrarum, et epitome, quæ, vt inquiunt Cassiodorus, et Symmachus, quicquid humani generis floris est, capere vna consueuit, in virum eum nu meris omnibus absolutum euaseris, vt Paulo V. P. Opt. Max. non modò gloriosam seruire dignus habitus sis seruitutem, sed demum illius cubiculi præfectus, & magister fueris electus. Ad quem locum amplissimum cum sola pruden tissimi, & purissimi animi affectare viam audeat integritas, solaque virtus occupet, et tueatur, meritò non modò Patriæ Arimini, sed totius etiam Aemyliæ maius decus, & columen haberis, breuiq; tanquam Iouiale quoddam sidus nouo micans lumine summ. mat.

ANTONII CERRII

SATYRARVM SCOLIASTICARVM.

CENTVRIA SECVNDA.

Errata imprudentiæ Nascimbeni, Ciceronis, Dionisÿ Lambini, Delrÿ, Mureti, & Mazzonÿ.

Satyra Prima.



RIMA *Centuria confecta, in qua facilè non modò quid offendere, sed (quæ mea est ingenÿ imbecillitas) in plurimis etiã prolabi potui: quos enim hodie lynceos habemus? secundam auspicari licet ab erratis eorum, qui etsi clara lumina nobis præluxerint, alicubi tamen quasi in tenebris cespitarunt. His obseptus Nascimbenus inquit.* Cum Aeneas libro secundo noctis meminisset.

Et iam nox humida cælo
Pręcipitat, suadentq̃ cadentia sidera somnos.

Non omittẽda erat hic diei nascentis mẽtio, cũ transacta vix illa nocte Regina, Aeneasq; ad venationem surgant. inquit enim poeta lib.4.

Oceanum interea surgens aurora reliquit.

Sũmæ cæcutiẽtiæ erratũ Nam eiusdẽ libri initio dixerat.

Postera Phœbea lustrabat lampade terras,
Humentemq; Aurora polo dimouerat vmbrā,
Cū sic vnanimē alloquitur male sana sororē:

Quin cum sacra, & alia multa intercesserint: ait enim:

Nunc media Aeneam secū per mœnia ducit,
Sidoniasque ostentat opes, vrbemque paratā.
Nunc eadem labente die conuiuia quærit,
Iliacosque iterum demens audire labores
Exposcit, pendetque iterum narrantis ab ore.

Credibile est multos ante interfuisse dies, quàm venatum iuerint, ne dicam, vt rusticanum fuisset maximè hospitē tempestate antea defessum, & nocte in Troiano bello, et erroribus suis recensendis detentum penè ad lucē, deinde cum ferè vix illuxisset, ductum ad uenationem. Ciceronis etiam illud est inconsiderantiæ. Tus. li. 1. Nec Homerū audio, qui Ganymedē à dijs raptum ait propter formam, vt Ioui pocula ministraret. Non iusta causa cur Laomedonti tanta fieret iniuria.

Nam Trois filium fuisse constat, præter cęteros ex Apollodoro li. 3. ex Dardano enim, & Batea Teucri filia nati sunt, Ilus, & Ericthonius, ex hoc Tros; ex Troe Ilus, Assaracus, Ganymedes, hunc propter corporis formam raptum per aquilam Iuppiter Deorum pincernam in Cœlo constituit. Ilus Laomedontem genuit, ex quo Priamus, Tithonus, & reliqui. Sed & Aristophanes etiam in Ranis Darium pro Xerxe filio posuit.

Lætatus sum cum Darium audiui mortuum.

Vbi Scholiastes solere ait poetas: patrum nomine vti pro nomine filiorum, vt Philomela pro Progne.

Quas illi Philomela dapes.

&

& domitus Pollucis habenis *idest Castoris apud Virgilium*, *Et de Diuinatione lib.* 1. At Homericus Aiax querens apud Achillem de ferocitate Troianorum ne scio quid hoc modo nunciat.

Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit. *Quod tamen ab Vlysse nunciatur lib.* 10. *Iliados.p.*92.*b.apud me.Idem etiam ad Plancum li.*10.*ep.*13.Homerus non Aiacem, nec Achillem, sed Vlyssem appellauit Ptoliporton.*Quod tamen falsum est, etiã si Strabo, & Eustathius Ciceronem secuti idem asseuerarint:nam li.*21.15.*et* 24.*Iliados Achillem eodem nomine insigniuit,quare melius id vidit noster inquiens.* Priami regnorum euersor Achilles. *Illud vero ep.*12.*ad Luccium lib.*5.*quo auctore dixerit nescio* cuius studiũ in legendo non erectum Themistocl is fuga, redituq; retinetur?*nam Plutarch.certè pag.*402.*eum in exilio perijsse inquit epoto taurino sanguine, veneno infuso. Idem etiam lib.secundo de Oratore transactum tempus subijcit deliberationi his verbis.* Id est igitur genus primum causarum in iudicijs,ex controuersia facti; in deliberationibus plerumque ex futuri,rarò etiam ex instantis,aut facti.*Quod mirũ omnino est,cum ipse non modò Aristoteles,sed Agathon,Plinius,Phocilides,Pindarus,& Horatius factum infectũ reddi negent,*pterita quod rephendi potius possint, quàm corrigi *inquit Liuius Dec.*3.l.10.*& res omnino cuique pateat; perspicuaque sint verba Aristotelis li.*1.*Rhet.* De ijs verò,quæ nullo modo fieri potest,vt aliter fuerint, nemo est, qui deliberet,*nisi dicas deliberare,seu potius in consultationẽ venire*

re rectè ne sit factũ. Idem et ad Atticum li. 4. ep. de Lentulo cũ dixisset. Trinas ante legerã, quòd meliuscu lè Lẽtulo esse scriptũ erat, ecce quartæ fulmen. *In quo non dubium est, eum ad epistolam conuertisse cogitationem; non ad litteras. eas enim alibi vocat binas, ternas, quaternas, vt duas, tres, & secundam, & tertiam Epistolam. In quo occurrit vindicandus à calumnia Titij litteratissimi viri, cui omnem semper tribuam obseruantiam, Dionysius Lambinus apud Horatium: cum enim in impressis commentarijs Venetijs apud Aldum 1566. scripsisset fontis caput autem est fontis principium, & origo, vnde primum erumpit, & emanat aqua, est etiam fluuij, caput quo in mare influit. sic Virgilius.* Tristis ad extremum sacri caput astitit amnis. *in editis post eius obitum postquam exemplis ostendit, caput fluuij esse principium, & initium fluuij deinde verò addat.* Nam qui putant caput fluuij esse principium, & originem fluuij errant. *censeri potest operarum negligentia relictam vocem solum, aut tantũ, vt sit.* nam qui putant caput fluuij esse tantum principium fluuij errant. *Eiusdem tamen inconsiderantia agnoscitur in scolio epist. Planci vbi verbum,* videbam, *superuacaneum putat à M. Tullio positum.* & vt milites faciunt. *pro suo iure se deleuiße ait,* quia clamat se non esse Ciceronis, *nec quippe fallitur: esse enim Planci vidisset, si Epistolę legißet epigraphen, aut illius animaduertißet argumentum. Alexandrum in audiendo aurem alteram reo integram reseruaße scribit Plutarch. & Bocchius. at M. Antonius Muretus Orat. XI. id tribuit*

Philippo.

Philippo. Martinus Delrius vir alioqui peritissimus apud Senecam in Mede. Ver. 1024. Anguiciã Medeã dici asserens ab anguibus carmine ciendis. Quare, inquit, apud Hor. lib. 1 odarũ. Te nemus Anguitię *Fallitur memoria: nã id extat apud Virg. lib. vij de Umbrone, & legitur passim.*

Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda:
Te liquidi fleuere lacus. *Et sic legendum agnoscitur, quoniam nõ solum Cælius lib 6. ca 26. Marsos Angitios dictos esse dicit quòd obluctantes angerent serpẽtes Sed Solinus etiam cap. 8. ait gentem Marsorum serpentibus illęsam esse nil mirum. à Circes filio genus ducunt, & de auita potẽtia deberi sibi sentiunt seruitium venenorũ, ideoque venena cõtemnunt. C. Coelius Oetæ tres filias Angitiam, Medeam, & Circem dicit fuisse. Circem Circaeos montes insedisse carminum maleficijs varias imaginum facies mentientem, Angitiam vicina Fucino occupauisse, ibique salubri scientia aduersus morbos resistentẽ, cum desiisset hominem, deam habitam; Medeam &c. Iacobus Mazzonius allato Homeri loco de Elysiis ex Odyssea lib. 4. eos ex Virg. sẽtentia esse dicit in medio inferorum. Quod vnde colligat non video, cum inquiat poeta.*

Largior hic campos æther, & lumine vestit
Purpureo, solemque suum, & sua sidera norũt.
& de inferis præmiserit.
Ibant obscuri sola sub nocte per vmbras,
Perque domos ditis vacuas, & inania regna. *&*
Vmbrarum hic locus est, somni, noctisque soporæ. *Nec video cur non seiunxerit, vt etiam lib. viij cum dixisset.*

Tartareas etiam fauces alta ostia Ditis.

Et

Et ſcelerum pœnas, & te Catilina minaci
Pendentem ſcopulo, furiarumque ora trementem *addit* Secretoſque pios, his dantem iura Catonem. *Idem in Danthem lib. 3. cap. 27. explicans illud Petrarcę.*

Quando il pianeta, che diſtingue l'hore *inquit* huiuſmodi tempus appellatum à Virgilio Ver magnus, & idem bis eſt in indice
Ver illud erat, Ver magnus agebat orbis, *ſaltem dixiſſet per hyppallagan explicandum* Ver magnum agebat orbis, *Sed quid agas ſic bonus dormitat Homerus.*

In dando quid ſeruandum. Satyra. II.

PVRO, & integro animo dandum eſſe beneficium tres nudę indicant gratię, quarum quę media auerſa etſi hinc, atque hinc geminas habeat aduerſas duplicis ſymbolum recurrentis gratię, idque ſæpius accidat beneficium danti potentiori terram, aiebat Heſiodus, imitanti, quæ multo plura reddit, quàm acceperit, danti tamen amoris potius in eum id faciendum eſt abundantia, quàm beneficij maioris aucupio, ſic quippe animi ſui, & propenſioris voluntatis apertiſſimam prębenti ſignificationem, eosque imitanti, qui ex Licurgi lege flores, & fructus dijs offerentes, ijs ſe memores, & gratos prębebant, non ignorantes illud Platonis in Alcibiade ſecundo Lacedemoniorum bona verba Deo eſſe gratiota, quàm Grecorum vniuerſas victimas, quandoquidem ſuperi non dona ſpectent, ſed animum,

Quod

Quod ipsum reges facere, & potentiores vel ex eo agnoscitur, quòd Artaxerses aureo cratere donauit villicum, qui ambabus palmis quasi phiala facta ex decurrente riuulo ei liquidas propinauit vndas, alterique vt testatur Aelianus ciuitatem dedit, a quo punicum malum miræ magnitudinis acceperat. Vnde illud celeberrimum ortum duxisse videri potest. Dare satius esse, quàm accipere. *Nō quod accipiēs, vt inquit Horatius, sit* Dante minor. *Nam si Iuppiter ipse apud Plautum in Amphit.* Quod bonus est Datum sibi arbitratur, dum meritò bonis facit bona *Ideoque sæpius Cicero alicui dans beneficium accepisse gloriatur, quantò magis impotentior quid dans potentiori non dedisse, sed accepisse existimarit beneficium? sic nempe sua in tutum recipiens, aquila velut olim oua in sinu Iouis. tum quod* principibus placuisse viris non vltima laus est, *Inquit idem, tum quod borum verbo commendati, vera laude digni censentur, quæ tū denique vera agnoscitur, cum inquit Cic.* Proficiscitur à laudato viro, cum hic qualem commēdet etiam, atque aspiciat ne, Incutiant, *inquit Horatius*, aliena sibi peccata pudorem. *Hæcque certè ea commulatio est Hesiodi mensura in reddendis beneficijs. Quod tamen tenuiores homines non suæ virtuti, aut ingenio, sed alienæ potius omne tribuunt benignitati, vt Cherilus ille pessimus poetarum, qui ab Alexandro retulit regale numisma Philippos. Nam quis precibus quidpiam à Deo petens petita consecutus non suis precibus, sed diuinæ potius omne acceptum retulit clementiæ? Quiue in tenebris latens in maiorem lucem excitus id ipsius lucis non tribuat auctori?*

Quiue minimo aquarum agmine volutus riuulus, si maiore sedatus amne strepens in æquor erumpat, maiorum vndarum non sentit auctus? satis habent tenuiores homines si quid dederint potentioribus, id sarctum, & tectum sub eorum conseruetur auspicijs. Pastor vti florem regiæ elargitus puellæ gloriatur, si eum ab illa, vel naribus admotum, vel crinibus insertum viderit. Hincque illa audiuntur Catulli, repetita etiam à Plinio ad Vespasianum. Quanquam tu soles aliquid meas putare nugas. *Quin pauperes homines summo licet interdum sint ingenio; sua tamen leuissima censentes à summorum virorum abstinent laudibus; hinc enim Horat. etsi Romanæ fidicen se predicaret liræ, suam tamen tenuitatem, & alienam cõtemplatus maiestatem M. Vipsanij Agrippæ, & Cæsaris laudes dixit nolle* se culpa deterere ingenij. *Et poetarum princeps etsi apud Romanum populum ob diuinas ingenij sui suauitates, & carminum præstantiam se maximè gratiosum eße sciret: potentiorum tamen adminiculo se crescere intelligens, sic alloquitur Mæcenatem.* O decus, ò famæ meritò pars maxima nostræ. *Et Valer. Maximus ad Tiberium* mea paruitas eò tutius ad fauorem tuum decurrerit. Huius igitur generis ego mea ducens, eaque his omnibus de causis afferens, quæ reliquæ sunt Satyræ, vel Miscellaneæ, edere pergam, vt ex his noscant principes illi ciues, quos mihi delegi potentiores auspices, eorum ne suffragio dignandus, an ab eo potius sim amouendus.

Conatus

Conatus conciliandi Galenum cum Aristotele apud Plinium, Rhodiginum, Mazzonium, & plerosque Anatomos Talum in homine denegante, correctioque Aristotelici loci.

Saty. III.

CUM quidam à me peteret Sacerdos, cur talaris diceretur vestis, dixissemque, quòd ad talos demittitur. Quam Græci ideo vocant Astragalion, de qua Tibull. lib. 1. eleg. 4.

Ima videbatur talis illudere Palla.

Tum Petrus Marinus Cæculus optimæ spei adolescentulus, audisse videor dicentem patrem, in homine talum non agnosci ab Aristotele. Cui ego, Mirum, cum dicat Horat. Et talos à vertice pulcher ad imos, *quanquam poetis liberum sit ius transferendi. Nec multò post domi consulto Cælio Rhodigino lib. 4. cap. 8. scribentem vidi, talum in homine negat cum Aristotele Plinius, etsi Seneca in epist. & Herodot. lib. 3. agnoscant. Tum egomet mecum. Illi non poetæ, nam ad eos quod attinet Euripides de Oedipo.* Ferreis talos per medium transfigens stimulis, vnde ipsum, Græcia appellauit Oedipum. *Et Apollon. Pio interp. lib. x. de Talo Cretense ferreo eo homine.* Sed pedis in Talo lethalis sanguine vena Plena micat. *Et Petrarcha de Euridice* Poi punta nel talon da vn piciol angue. *Ad quem locũ cũ viderer meminisse quiddã obseruatum à Mazzonio, reperi lib. 1. cap. 19. in Danth. dictum per metaphoram: Cum ipse etiam ab Aristotele talum in homine non agnosci asserat, etsi Galen. lib. 3. de vsu*

vsu partium constanter in homine non desiderari asseueret. Interea scitus ille adolescentulus à patre attulit Cælium Calcagninum de Talorum ludo idem asserentem, de Aristotele, & Plinio talum in homine non agnoscentibus, mirantemque Galenum homini dantem, de Aristotele ne verbo quidem facto secus sentiente, asseuerantemque Astragalum Galeni cum Astragalo bisulcorum Aristoteleo nihil habere commune, ne quis fortè, inquit Suspicetur ab illius imagine nomen inuenisse. *Ad hæc me me ipsum excutiens magis, & quòd Galeno suæ artis peritissimo credendum, & Aristotelem non reiciendum ducebam, vt quem in hoc errantem non arguisset Galenus, vt facturum fuisse credibile est, si rem perspicuam denegantem legisset: quanquam quod ad humanorum cadauerum sectionem attinet eius memoria ars ea infrequens admodum esset. Ad humanum sceletum denique inspiciendum accessi, Astragalumque vidi calcaneo incumbentem sub tibia, & crure ossi situm, quod nauiforme vocant recentiores. Vessaliumque & Anatomos omnes ibi cum agnoscentes legi; quin Realdum Columbum contra Aristotelis sententiam, in quadrupedibus etiam omnibus (deprauatæ reorfiguræ) statuentem. Hicque neq; etiam acquiescens, quoniam Aristotelis locum lib. 2. cap. 1. de histor. animal. vbi de sue agit, variè legi notabat Calcagninus* quo fit vt talo careat, *atque etiam* quo fit, vt talo non careat. *Hancque reijcientem, vt conueniret magis cum Plinio lib. xi. ex Aristotele sic paraphrasim conficiente.* Talum Asinus Indicus vnus solipedum habet: nam sues ex vtro que genere existimantur, ideo foedi earum; *quare*

re inquit Calcag. cum sues inter solipeda, & bisulca ambigant, par fuit non omnino carere talo, sed talem habere, qui non vtique talus foret, neque omnino longè à talo abesset, sed anceps foret, neque plane probus, neque legitimus. *Tunc ego ne anceps in ancipiti, & inter ambigentes ambigerem amplius, suillum talum è posterioris pedis poplite educendum curaui, collatumque cum talo veruecino, bubalo, & caprino geminę eiusdem, & simillimæ figuræ esse vidi, demumque ex re inspecta edoctus veritatem, legendũ sic prorsus cognoui apud Aristotelem,* Pro sui non est astragalos, Sus non est anastragalos, idest sine talo. *(sic enim latine Græca imprimenda sunt, Typographo Græcos non habenti caracteres) verba verò ea,* Sus enim, vt modo dixi, ambiguus est, *inde accipiunt explicationem, quòd paulò ante scripserat* Genus sanè suillum ambiguum est: nam & in Illyrijs & in Poeonia, & nonnullis alijs in locis sues solipedes gignuntur. *Solipedes enim talum non habent vnde illa supra allata.* talum etiã asinus ille Indicus solus in solipedum genere possidet. *Et mox addit, quæ nullum posthac ambigentem facient.* Sus enim, vt mòdò dixi, ambiguus est, quò fit etiam, vt non sit sine talo. Per multa ex bisulcorum numero talum habent: at verò multifidum nullum adhuc talum EIVSMODI habere cognitum est, ut ne hominem quidem *Quippe habere eiusmodi visum est, cuiusmodi est talus suillus: notanda enim erat vox eiusmodi relatiuè posita: Græcè enim est Tiuton Astragalon, hoc est talum talem.*

lem. Id non animaduertens Plinius paraphrasi ea reliquis imposuit omnibus, addens præsertim Hominem qui existimarunt habere, facile conuicti. *Et certè homini talum non esse dicendum non fuerat: Nam si lib.4.cap.9. de part. Animal dixit* Bifida talum habētia solipeda esse non posse, vt os, quod pedi deest, esset in suffragine. *Sic contra quod homini deest in suffragine, pedi erat debitum, quippe ad firmitudinem, medium inter tibiam, & calcaneum, malleolis vtrinque positis sic, vt in ipsum, tanquam in fundamentum totius corporis per rectam lineam incumbat onus; cum in quadrupede bifido satis fuerit positum fuisse in genu posterioris angulo, vt eo, tanquam fibula crus superius, & inferius innecteretur. Fuerit igitur datus talus homini, pedi debitus, inquit, Scalig. de subtilit. ad firmitudinem, & vt firmaret pedis flexionem.*

Species rei pro existentia apud Virgilium, Tassium, Proclum, Hippocratem, & Aristotelem, ijdem extremi inter se conuenientes de risu recens natorum præter Mercurialis sententiam. Aristoteles de leonis fuga expositus, Virgiliusq; & Ariostus; idem de nobilitate, & generositate. Saty. IIII.

Species rei apparentiam quam dicunt, pro aliquo reapse existente vsurpari grauissimis consueuit auctoribus, nec poetis solum, sed etiam Philosophis, & medicis,

cis, apud illorum Principem habemus.

Truditur è ficco radix oleagina ligno; *quod quippe videtur ficcum, & Armatumque auro circunfpicit, Oriona, ideſt quaſi auro: gladius enim eius ſi fulget, ſerenitatem portendit, ſi obſcuratur imminentem tempeſtatem, vt Germanici ſcholiaſtes. apud Taſſium.*

Non fol reſtringe i noſtri, è gl'altri alarga;
Ma i fidi eſclude; onde fon rari i denſi. *ideſt qui antea denſi videbantur. apud Proclum lib. de repub. Platonis de locis ſubterraneis,* Cloacæ ſunt, in quibus percolantur feces omnium elementorum. *hoc eſt, perinde ac cloacæ, & feces. apud verò Medicorum principem Hippocratem libro de ſeptimeſtri partu in fine.* In ſomnis ſtatim vbi nati ſunt pueri, ridēt, ac plorant priuſquam quadraginta dies tranſeant. *interpreteris neceſſe eſt, ridentis ſpeciem præbent: quod docent ſubſequentia.* Non rident autem ſi titillentur, ac irritentur, priuſquàm hoc tempus tranſeat. *ex quibus verbis Paraphraſim conficiens Ariſtoteles li. 7. c. 10. de hiſt. animal.* Infantes primis quadraginta diebus neque rident, cum vigilant, neque lacrymantur, ſed noctu, & per quietem vtrumque interdum faciunt. *ideſt facere videntur: addit enim,* nec verò ſentiunt magna ex parte, cum ſcalpuntur: nam plurimam huius temporis partem dormiunt: *ſic enim inter ſe non aduerſantur, etſi ſecus ſenſerit peritiſſimus Mercurialis, ſed idem aſſerunt, vt ſi dixiſſent riſum perfectum, & imperfectum eſſe, imperfectum, cuius ſpecies*

apparet quouis tempore conuulsionis alicuius causa. perfectum, quo incitati ridemus, & arridemus, qui tamen ante quadragesimum non datur diem, quoniam muccis deprimitur, & obsopitur procliuitas illa naturalis ex sententia Hippocratis, quod dormitionis cuiusdam nomine. lib. 3. c. 2. vocauit Aristoteles. nam etsi idem Mercurialis lib. 3. c. 2. de excrementis hanc contradictionem sic solùm solui posse ait, vt Aristoteles respexerit id, quod fit vt plurimum, vt ridere non spectentur ante quadragesimum, Hippocrates verò id, quod fit simpliciter; nam vterque idem dicere, & sentire agnoscitur. cum ambo inquiunt eos ridere, & non ridere. neq; item placet secunda explicatio, illud ab Hippocrate obseruatum in regione sua, hoc verò ab Aristotele in sua. *Quasi vero etsi alter Chous, alter Stagirita esset, vterque tamen Athenis non vixerit, & scripserit, & quæ naturalia sunt, non vbique accidant, & Phronesis hæc ad ridẽdum vbique in homine non sit eadem. Quin idem Aristoteles hoc eodem loquendi modo vsus est de historia animalium li. 9. c. 44. de leone enim scribit.* In venatu dum cernitur, numquam fugit, aut metuit, *hoc est metuere videtur: nam eum metuere ostendunt subsequentia de fuga.* at si venatum multitudine cædere cogitur, sensim, pedatimque discedit crebro subsistens, atque respectans; nactus verò opaca (*ecce timorem*) fuga quàm maxime potest veloci se subtrahit, donec in aperta deueniat, tum rursus lentè incedit, sed si quando locis nudis, & patentibus cogitur fugam lentè arripere, currit contentus, nec salit. *In quo vide, vt nihil de nobilitate &*

te, & generositate remittit. cum enim eodem auctore li. & c. 1. aliæ animantes liberales sint, fortes, & nobiles, vt leones; aliæ generosæ, feroces, insidiosæ, vt lupi, & nobile sit, quod ex bono prodijt genere; generosum verò quod à sua natura non degenerarit; *vide, vt vtrunque referat leo, nobilitatem quidem, quòd ex bono, suoq́; & non permixto, & spurio prodit genere, vt bruta alia plurima; generositatem verò quòd à sua nunquam degenerat natura: id enim est, quod inquit Maro li.* 9. at territus ille

Asper acerba tuens retro redit, & neque terga
Ira dare, aut virtus patitur, nec tẽdere contra
Ille quidem hoc cupiens potis est per tela per

hostes. *Quæ transferens Ariostus præpositionem etiam, per, non immutauit, inter significantem, generositatemq́; & nobilitatem expressit.*

Qual per le selue Nomadi, e Massile
Cacciata và la generosa belua,
Ch'ancor fugendo mostra il cor gentile,
E minacciosa, e lenta si rinselua.

Nam quomodo abderet se in syluas, nisi extra in conualle esset? hinc vide, quos hodie meritò appellare possis gentil' huomini, & ne qui se tales prædicant, & iactitant, generosos quidem, at nobiles eorum plerosque appellare nequeas: nam cum videatur nobilitas, inquit Seuerinus Boeth. lib. 3. *pr.* 6. Laus quædam veniens de meritis parentum, si claritudinem prædicatio facit, illi sint clari necesse est, qui prædicantur. Quare splendidum te, si tuam non habes, aliena claritudo non efficit. Quod si quid in nobilitate bo-

te bonum eſt, id eſſe, inquit, arbitror ſolum, vt impoſita nobilibus neceſſitudo videatur, ne à maiorum virtute degenerent, *itaque nihil eſt, aliqui illud afferant Senecæ in Agam. in ſpurios*

Timete reges moneo furtiuum genus *&*
Nullum nefas per nefas nati putant, *nam illud extat Boetij.*

Omne humanum genus in terris
Simili ſurgit ab ortu:
Vnus enim rerum pater eſt,
Vnus cuncta miniſtrat.
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.
Quid genus, aut proauos ſtrepitis?
Si primordia veſtra,
Auctoremque Deum ſpectes,
Nullus degener extat
Ni vitij peiora fouens
Proprium deſerat ortum.

Inſtar omnium ſint Hercules virtutis ipſius hieroglyphicum, Theſeus Athenarum, & vrbis Romæ omnium reginæ conditor Romulus.



Cui non

Cui non risere parentes apud Virgilium expositum contra Quintilianum, Politianum, Probum, Donatum, Seruium, P. Bembum, Eritræum, Adrianum Turnebum, Iosephum Scaligerum. Dij veterum quomodo fierent. Decimo mense parere mulieres quomodo accipiendum.

Saty. V.

Q*VEM pueris risum non dedere Physici, cum iure suo cum iuditio, quod vsu solo comparatur, ijsdem tribuunt poetæ. Poeta enim ad Salonini cunas blanditias faciens dicere non dubitauit.*

Incipe parue risu cognoscere matrem,
Matri longa decem tulerunt fastidia menses,
Incipe parue puer, cui non risere parentes,
Nec Deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. *de quo si afferre velim, quàm multa multi sentiant, voco in dubium risum ne tibi, an potius stomachum excitem. Quintil. enim li. 9. c. 3. figuratè vult dictum, vt sit pluralis pro singulari, nempe sic,* ex his, qui non risere, pro hunc, qui non risit, parentes deus, hoc est Iuppiter, & dea, nempe Iuno, non dignati sunt, ille mensa, & hæc cubili. *Sed quis Vulcanum vnquam dixit Agelastum? & præterea quomodo de historia singularis rei aget, tanquam de vniuersali, suppresso etiam rei singularis nomine? non ne potius descensus in prædicatione datur generis ad speciem, quàm ascensus speciei ad genus? Dices & rectè, omne animal mortale, ergo omnis leo mortalis, at non contra, omnis leo*

mortalis, ergo & omne animal est mortale. sic quis dicet, ex illis, qui non risere (quos infra numerabis multos) nec eum, id est Vulcanum, Deus, hoc est Iuppiter mensa, nec dea, idest Iuno, siue Pallas (vt censet Turnebus) cubili dignata est? quid hoc ænigmatis?
Nec si exponis cum Politiano Miscell. cap. 89. O parentes, hunc, qui est è numero eorum, qui non risere, nec deus Genius mensa, nec dea Iuno cubili, idest vitalibus auris dignum putauere, *quicquàm asequeris: nam quid hoc ridiculi est? Crassus auus Crassi à Parthis interempti quoniā risit nunquam, non ne Agelastus cognomento dictus est, vt refert Plinius lib. 8. c. 19. Phocion, qui numquam risit, aut fleuit, Numerianus Imperator, & Philippus Iunior, Anaxagoras Clazomenius, Aristoxenus, qui numquam risere, non ne omnes vitales fuerunt? Varronis verò locus pueros initiari solitos Edue, Potinac, & Cubæ, cum à lacte, & cunis transferebantur locū poetæ illustraset, cum sit de re eo tempore penitus perspicua: si tamen ipse, & Donatus, & Probus eo vti scissent, & hæc multò ante illius modi ablactationem decantata non fingerentur: Constat enim, vt quibus adhuc recens ortis non arridebant parentes, simul ac hebdomada transacta, fatis recitatis, eos vitales non norant, illi quidem ab vbere ad edendum, bibendum, & laxius cubandum non amouebantur in tenella ea ætate lucis vsura amissa.*
Petrus Bembus, & Erythraeus. Dijs carum esse, hilaritatis egregiè perfrui posse inquiunt, cui parentes non riserint ob eximiam aliquam deformitatem, *quod à Seruio acceperunt, qui id Vulcano acci-*

no accidisse inquit, cui Iuno non arrisit, quemq́ Iuppiter in Lemnum præcipitauit. Quasi verò quid simile inter nænias interminetur Salonino, quando illi non arrisissent parentes, & ea non vera constent, suum cuiq́ pus olet, Asello asellus pulcher est, & sus sui.
Quod verò Adrianus Turnebus li. 16. *c.* 13. *ait*, arride puer matri, vt & eius elicias risum: nã Vulcanum, cui parentes non arriserunt, nec Iuppiter dignatus est mensa, nec Pallas cubili, *Vti est à Quintiliano, & Politiano racematum, sic ex ipsis eandem despumat vindemiam, atque adeò immaturiorem: nam si huiusmodi neniæ finguntur decantatæ in natalitijs diebus, quomodo tam tenellus infans matri arrideat? Tam cito etiam puerum ad parentes arrisisse sensit Iosephus Scaliger exponens.* qui non risere parentes, pro ad parentes, *vt illud Martialis.* Te cito ridebit peregrinus Clodia partus, qui etiam propterea Virgilium de Genio meminisse ait, quoniam in natali die inuocabatur, *verum cum id tam Physicæ reclamet veritati, de qua capite proximo est actum, Plinio proem. lib. 7. etiam denegante ante quadragesimum risum dari, & si alibi lib. 7. cap. 16. vni Zoroastri prosperè successisse inquit, vt quo natus est, riserit die, nec ignorem dari poeticè, quod Phisicè nequit: tamen aliud esse crediderim, quod omni obscuritate, & rerum incognitarum inuolucro remoto spectauit maximus vates, quod si placuerit accipe; sin minus, ride vt cætera, vel cui magis libet, adiudica, edens etiam, si licet, & libet, meliora.*
Ex beneficijs olim dij constituebantur, inquit Cicero,

quare Horatius Ep.1.li.2.

Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux
Post ingentia facta deorum in templa recepti.

Duplici vero ratione deorum honore dignabantur homines, vel eorum epulis accumbentes, vt idem asserit Horat. li. & odè. 3.

Hac arte Pollux, & vagus Hercules
Innixus arces attigit igneas,
Quos inter Augustus recumbens
Purpureo bibit ore nectar, *& ibidem de Romulo.* Illum ego lucidas Inire sedes, ducere nectaris, Succos, & adscribi quietis Ordinibus patiar deorum. *Et Aeolus apud Virgilium li.1. Aen.* tu das epulis accumbere diuum, *Vel eorum cõiugio dignabãtur, quarè Iuno sic cũ Iuturna Nymph. li. 12.*

Scis vt te cunctis vnam, quæcunque Latinæ
Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile,
Prętulerim, Cælique libens in parte locarim.

Et apud Senecam Herculis furentis initio.

Soror tonantis (hoc enim solum mihi
Nomen relictum est) semper alienum Iouem,
Ac templa summi vidua deserui aetheris,
Locumque Cælo pulsa pellicibus dedi.
Tellus colenda est, pellices cælum tenent.

Et Helenus apud Virgilium li. 3. Aen.

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.

Quibus ita præmissis, sciendum est, consueuisse veteres peracto septimo die, quem Criticum vitalitatis habebant, puero nomen imponere, quod & Hebraei faciebant, eademque hebdomada peracta fata in reliquum tẽpus scribi soli-

bi solita testatur Tertullianus, quibus auditis mater censens se vitalem partu edidiffe filium, laetis, & ridentibus oculis eum aspiciebat: nam ante eum vitalem noſſe haud potuerat. inquit igitur poeta in hac nænia, Incipe parue puer risu, *risum quippe matris tuæ,* cognoſcere Matrem, *eam ſcilicet tibi arridentem, & blanditias facientem matrem tibi eſſe: nam* cui non riſere parentes, *idest in cuius gratiam, vt libro V.* riſit pater optimus olli. Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt. *Qui enim parentes filijs non rident, id faciunt, quoniam eos vitales non fore, neque ad id ætatis peruenturos cenſent, vt de humano genere benemeriti, ex beneficijs dij conſtitui poſſint, vel menſa deorum, vel cubili dignati; quis enim ad deos referat, vt eſt lib. vi.*

Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo?

Quod Salonino non euenturum præmonſtrauerat poeta in his explicationem hanc noſtram confirmantibus.

Ille deum vitam accipiet, diuoſque videbit
Permixtos heroas, & ipſe videbitur illis

Quod verò inquit. Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. *accipe lunares menſes breuiores, ita vt nouem ordinarij impleantur, & decimus lunaris attingatur, vt Synecdoche ſit. Quare Tertullianus* legitima natiuitas fermè decimi menſis ingreſſus eſt *Hincque Mercurius Plautinus in Amph.* Alter decumo poſt menſe naſcetur puer, Quàm ſeminatus, alter menſe ſeptumo. *Cuius ratio petenda ex Hippocrate, & Philone. nonum compleri, & decimum attin-*

patres, qui in filios erudiendos ne teruncium quidem in singulos menses coniicerent, ad id semper adsciuis deterioribus, & imperitioribus: In vite colenda, alendo equo, aut negotiatione (vt inquit Diotogenes Pythagoreus apud Stobæum, multò solertiores, & largiores; turpissimum illud facinus Iustiniani commendantes, qui *(ut Vincentius Castellanus lib. de offitio principis ex Zonara uolumine tertio affert)* In omnibus Imperij vrbibus liberalium artium magistris solitam mercedem auferens, effecit, vt clausis litterarum ludis barbaries, ac rusticitas ciuitates omnes occuparet. *Verum non hic tam ignauiter, & turpiter egit, vt præclarius eo non fecerit perpetua laude, & immortalitate donandus Athalaricus rex licet barbarus, qui litteris, quæ hodie leguntur apud Cassiodorum libro 19. iussit Senatum dare operam, ne quid de solita mercede doctoribus subtraheretur. Multòque illustrius Vespasianus alioquin auarus, qui è fisco latinis, & Grecis Rhetoribus annua centena constituit, vt nobis auctor est Suetonius. Et Antoninus Pius,* qui *(ut inquit Iulius Capitolinus,* Rhetoribus, & Philosophis per omnes prouincias Salaria*(sic enim appellat)*detulit. *Et Charõdas, qui legem sanxit, vt ciuium omnium liberi litteras discere cogerentur, eorumque magistris publicè stipendium præberetur. Et Cæsar, qui liberalium artium doctores ciuitate donauit, ut & libentius ipsi urbem incolerent, & alij ad urbem eò magis affectarent uiam. Optimè enim hi omnes intelligebant nulla re alia posse magis conseruari urbes, quàm litteris. Quod olim etiam uidentes Meßenij omnibus, quas ceperant urbes, hanc irroga-*

bant

Num meus hac forsan rure sub axe iacens?
Vera quidem dixit vix tandem rusticus vrbi
Confusus, nunquam & verius ore dedit.
Commoda nam patriæ oppugnans procul ille
Barbarus a patria turpiter ossa tenet. (suorũ
Et meritò externis, varijsque inculta colonis
Vrbs ea non vrbs est, quæ genus istud habet.
Syluescetque breui, inculta & ceu vinea fœtus
Syluestrès fundet ciuibus vsque carens.
Institor ipse tibi ni ciuis, & ater apella,
Quæque & abolla fuit, nũc sit in vrbe toga.
Illaque sic musis, doctisque infesta, peritum
Vix vnum è multis vt reperire queas.

Ditis cognomina plura, cur clamores circum sepulcra. Noctu facilius quàm die cur audiatur.

Saty. VII.

Q*VEM Vragum ab vrgendo animas uocat Verrius,* quòd omnes illacrymabiles vrgentur, ignotique longa nocte, *inquit Horatius, eundem Agesilaum, quòd* omnes, *inquit idem,* eodem cogimur. *Aagetemque ab agendo Pindaro dictum, Philartilimque Homero quòd portas habeat, quas quisque ingrediatur; quare Pausanias in Eliacis Prior.* ei clauem datam inquit, qua animas suo cohiberet imperio; id enim ni esset quam plurimi quotidie eum subterfugituros, *aiebat Socrates apud Platonem, quare &* maximus noctis arbiter, vmbrarum-

brarumque potens *dicitur Claudiano*, *&* rex silentum, *ut alijs summanus, i. est summus manium*, *&* *Festo Quientalis*, *quòd omnibus afferat pausam*, *unde quod silentium ament manes, ideo eos æris tinnitu fugari ait Alexander lib. 2. pro. 3. quare Ouidius li. 5. Fast.*

Rursus aquam tãgit, Temeseaque cõcrepat ęra,
Et rogat, vt tectis abeat vmbra suis,
Cum dixit nouies, manes exite paterni
Respicit, & purè sacra peracta putat.

Quòd si uerum habebatur, ut à strepitu abhorrerent manes, quomodo illa Aristotelis lib. de mirab. auscult. accipienda erunt. In lipara Aeolia sepulcrum esse, circa quod tympanorum, cymbalorumque strepitus, & risus, plaususque manuum audirentur? *illudq; item quod offertur à Pausania in Att.* in Marathone circa Miltiadis sepulcrum audiri noctu hinnitus equorum, & hominum pugnantium ingentes voces; *& apud Plinium lib. 7. epist. & mihi discendi.* Idolum illud senis macie, & squalore confecti, promissa barba, horrenti capillo, cruribus compedes, manibus catenas gestantis, & tam horrendè quatientis circum Athenodorum Philosophum, & omnes qui domum eam ante per assiduos strepitus inacessam coluerant; *nam si oblectarentur silentio, tantos non ederet clamores, & strepitus; etsi coercerentur apud inferos, inde ad libitum non exilirent. Dicendum igitur, Vt qui tot, & tantis poeticè insignitus est epithetis, eundem ab ipso etiam Porphyrio apud Eusebium lib. 4 præpar. euang. malignorum spirituum dictum principem; illudque Theophylacti*

verum

verum in Matth. dæmones tantos edidisse strepitus circa sepulcra, vt persuaderent homines verti in dæmones, quare Valer. Flacc. qui lib. 4. Inferos in solido, & stabili statuens in ijs,

Est procul ad stygiæ deuexa silentia noctis
Cimmeriæ domus, & superis incognita tellus.

tandem post aliquot addit, & subitæ post longa silentia voces. *noctis verò dixit silentia, vt & Horatius* Nox & Diana, quæ silentium regis. *& Virg. lib. 2. Aen.* tacitæ per amica silentia lunæ. *&*

Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres,
Quæq. lacus latè liquidos, quæque aspera dumis
Rura tenent somno positæ sub nocte silenti.

Hæcque non postrema causa est, cur noctu facilius audiamus quàm die, Plutarch. enim Symp. 8. quæst. 3. multas affert, & quòd quantum videndi sensus amittit, tantum auditui redditur, & quòd ex Epicuri sententia multum inane sparsum, & immixtum aeris atomis noctis frigore densatur, calore verò diffunditur vacuo ferè non comparente præ frequentibus atomis, itaque tanquam in contractione, & densatione vacuum relinqui videmus in vasis, sic in refrigeratione aeris corporum vacuo interuallo, inanique relicto vox expeditiore cursu ad aures peruenit, vti inania vasa pulsata resonant magis, quàm plena; *quod tamen verum non videtur: nam noctes hybernæ, & caliginosæ, serenis, & temperatis essent resonantiores, frigidaque die audiretur melius, quàm nocte tepida, & æstiua. Itaque Anaxagoræ potior videtur sententia*, qui

aerem

aerem a ſole cieri *ait* motu tremulo, & trepidante. quod patet ex minutis ramentis, fruſtuliſque, & flocculis perpetuò per lumen diſſultantibus, quibus trementibus, & ſe mouentibus interdiu voces difficilius exaudiuntur. Et demum die minus commodè vox ad aures peruenit, quoniam die omnia quaſi denuo renata non mutis, aut inefficacibus ſe exercent actionibus. *Quare Ibicus diluculum Clyton appellauit, quòd tum audire, & loqui incipiunt homines.*

Menſis lunæ initio inchoatus Græcis, Brodeus, & Iacob. Pontanus notati. Lux maligna, luna incerta, lux dubia Senecæ. Sydera dubia Iuuenal. Notat. Delrius de ſalutationis tempore.

Saty. VIII.

QONIAM *menſem inchoabant Græci à lunæ principio, hinc dicit poeta lib. 6. Æen.* Qualem primo qui ſurgere menſe Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila lunam *Etſi ibi ex Brodeo lib. 1. cap. 26. dicat Iacob. Pontanus*, primo menſe, primo ortu, cum iam apparere plena incipit; *quòd vtique falſum eſt: tũ enim decreſcere incipit, menſisq; eſt medium, optimeq; videtur. cum contra cum reparare incipit cornua, incerta ſit, dubitentq; ſæpe ſuſpicientes viderint nec, ne quòd & poeta eodem libro expreſſit* Quale per incertam, *ſiue mauis incoeptam nam idem eſt*) lunam ſub luce maligna. *vt de Syluis lib. 10. quibus Turnus inſedit iniquis* tenuis, *inquit*, quò

ſemita

ſemita ducit Anguſtęque ferunt fauces, adituſque maligni · *vt noctem vocauit ſubluſtrem Horat. lib. 3. ode. 27.* Nocte ſubluſtri nihil aſtra præter Vidit, & vndas. *& ipſe Maro lib. 9.* Cum galea Eurialum ſubluſtri noctis in vmbra. *ſic appellauit incertos ſoles lib. 3. Aen.* Treis adeo incertos cæca caligine ſoles. *Lucem dubiam vocauit Seneca in Hyppolito loquens de canibus.* Luſtraque preſſo, Quærant roſtro, dum lux dubia eſt. *Sic & explico pro matutina luce illud Iuuenalis Satyr. v.* ſollicitusne Turba ſalutatrix iam tota peregerit orbem Syderibus dubijs, aut illo tempore, quo ſe Frigida circumagunt pigri Sarraca Bootæ. *Ideſt apparente aurora, atque etiã ante lucẽ: nam currus circum agi etſi tota videtur nocte, nihilominus primam potius auroram indicaſſe cenſendus eſt, qua etiam circum verti cernitur, quàm mediam noctem, etſi per hæc verba mediam accipiat Delrius: nam etſi ſalutatio ea fieret per claſſes: media tamen nocte inchoaſſe non ſit credibile, & quanquam matutinam fuiſſe oſtendat Maro Geor. 2.* Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis Mane ſalutantum totis vomit ædibus vndam. *& M. Tullius.* Vbi ſalutatio defluxit, conferò me in forum. *Cum illud Martialis conſtet.* Prima ſalutantes, atque altera continet hora exercet raucos tertia cauſidicos. *Et certe celeberrimam fuiſſe oſtendat Statius Theb. 2. ſub Græcorum nomine Romanos innuens.* foribus que immiſſa ſuperbis Vnda fremit vulgi: *tamen à media nocte inchoaſſe non ſit credibile. Quin repugnat Delrio, quod affert ex Xiphilino. Con-*

sules prima Luce semper venisse domum Seiani.

Pelles antiquis pro indumento, & galea. erratum per accidens in Virgilio. Bireti etymon, Pileis qui vsi, & cur. Nummi aliquot expositi. aperto, an operto capite incederent veteres. reiecti Lipsius, & Pierius: sternutantes eisdem salutari solitos.

Satyr. IX.

PELLES *olim Heroibus indumenti, thoracis, & galeæ loco fuerunt ad terrorem, & munimen. Lupina pelle indutus fuit Romulus in memoriam nutricis lupæ: ideoque ad hæc eorum incunabula referenda in argento Sex. Pompeij, Vt etiam apud Virg. lib.* 8. stat tereti ceruice reflexa, *geminos pueros vbera sugentes habens arbori adnixa. Eodemque gestu est in æneo Vespasiani, argenteoque Domitiani; quanquam in aureo Adriani reflexa non sit ceruice, quòd forsan ex rerum naturalium scriptoribus cognouisset, lupi collum ita compressum esse, vt respicere non possit, nisi totum reflectat corpus, vt Aelianus apud Gillium, in quo erratum erit poetæ per accidens. Iuppiter educationis memor caprina pelle clypeum texit: Thelephus ceruina fuit indutus, Apis taurino, Hercules leonino exuuio fuere insignes: quare à Tertulliano hic Scytalosagittipelliger dicitur, & apud Virg. de Aenea lib.* 2. fuluique insternor pelle leonis: *& Euander libro Octauo.*

Demissa ab læua Pantheræ terga retorquet.

& satus Hercule Auentinus

tergum

tergum torquens immane leonis
Terribili impexum seta cum dentibus albis
Indutus capiti. *Apud Suidam pro galea vulpina est pellis, apud Claudianum Afri.* Serpentum gestant
patulos pro casside rictus. *apud Statium*
Ille Lycaoniæ rictu caput asperat vrsæ.
& alibi. galeæq; caua ora leonum.

ideo apud Homerum legimus galeas caprinas, mustellinas, taurinas, caninas, quare cyneas vocatas fuisse vt plurimum obiter obseruauit Cælius, quòd essent è pelle canis fluuiatilis, siue Castorci, quales hodie plurimi nostri pilei ex eiusdem vellere: nā quæ nos Itali bireta dicimus propriè patrum memoria fuerunt ex birris lana oblonga, vnde lanigeros arietes vulgo vocamus berri. apud Virgilium Prænestini gerunt in bella. Fuluos lupi de pelle galeros. *Romæ in columna Traiani galeæ sunt ex variorum animantium pellibus. cum galericulis spectātur Dioscuri in nūmis L. Seruij Rufi. L. Iti. Aemilij Lepidi, Iulij Cæsaris. A. Albini, & alijs plurimis, eam præcipuè ob causam, quòd Lacones contra Tyrannos pulcra pro libertate decertare consueuerunt, quam pileo indicari ex eo natum est, quòd olim serui raso, & nudo capite erant. Itaque apud Appianum in Mitridatico:* Prusias obuiam processit Romanorum Imperatoribus togatus, capite raso, & pileatus, vt nonnulli, *inquit*, in publicum prodire solent libertate donati testamento. *Quare inquit Suetonius, vt* Tiberius seruis ad pileum frustra vocatis in Siciliam profugit. *Et Liuius*, postero die serui ad pileum vocati. *Hincque Brutus, & Cassius duobus pugionibus in argen-*

teo expressi sunt cum pileo in medio, vt refert etiam Dio litteris I D. M A R. *quòd eo die rempub. à seruitute in pristinam libertatem vindicarunt interfecto Cæsare; qui etiam pileus spectatur in æneo nummo Caligulæ, Galbæ, & in argenteo Traiani mulier stolata cum pileo in dextra litt.* LIBERTAS PVBLICA. *Quare non mirum dicere Suetoniũ in Nerone, vt* quo ille obijt die, tantum gaudium publicè præbuit, vt plebs pileata tota vrbe discurrerit.

Ex hoc, quòd nudo capite irent serui, factum censuerim, vt inferiores potentioribus assurgant nudato capite, & quoniam in capite sacri quidpiam inesse censuerunt, sternutationes, vt hodie nos solemus bono omine prosequebantur, vt asserit Athenæus, & quòd ijs obsequium, & seruitutem præstandi præbere volunt significationem. sic enim Plutarch in Pompeio. Cætera colloquij, & beneuolentię Syllæ haud defuere his dissimilia subassurgentis aduenienti Pompeio, caputque enudantis.

Si verò pileo, aut alia re caput tegerent, vocari potest in dubium, pileo texisse se seruos in Saturnalibus ad indicandum sibi concessam liberiorem vitam ostendit Martialis Permittis puto pileata Roma. *Vtebantur & in ludis, idem.* Dumque decent nostrum pilea sumpta Iouem. *Quare Caligula apud Xiphilinum* ad defendẽdos solis ardores Senatores in theatrum pileos ferre more Thessalico permisit. *Vbi obserua, quòd si permisit, alias igitur pileum non gestabãt ijs peragrantes vsos ostendit Cicero lib. 15. ep. præposteros,* Petasati ad me veniunt. *Eisdem Vtebantur ægroti;*

groti: Ouidius nec turpe putaris Pileolum nitidis impofuiffe comis: *adhibebant & imbecilliores: hinc Suetonius* Auguftū domi petafatum fub dio fpatiatum, & Claudium ob valetudinem eodem vfum inquit, *Vtebantur & liberti ad partam libertatem indicandam, vt patuit ex nummis, & allatis exemplis fic enim Cn. Plancus, qui Tribunus plebis fuit An. Vr. DCXCVI. pileatus eft, & C. Mammil. Limetanus, qui ex altera parte petafatum Mercurium, ex altera verò baculo intentem pileatum Vlyffem cum cane ante ftāte in argenteo finxit: hic enim fuit Tufculo oriundus condito à Thelegono Vlyffis filio, & Cyrces: idemque apud Saluftium in Iugurthino rogationem ad populum promulgat: quare non affentior Pierio* Hierog. *lib.*4. *pileatum dici Vlyffem ob nobilitatem, etfi de ea multa ille iactet apud Ouidium, fed exiftimo hūc Limetanum indicaffe fe adeptum libertatem eloquentia, prudentia, & fidelitate, vel fe è Græcia oriundum indicare voluit: nam Græci pileati incedebant quare Plautus*

Tū illi Græci palliati capite operto q ambulant
Qui incedūt fuffarcinati cū libris, cū fportulis, &
Quos fēper videas bibētes effe in Thermopolio.
Vbi qd furripuere operto capitulo calidū bibūt.

Etfi Soranus hæc diffimulans in vita Hippocratis pileatum illum inquiat, vel ad nobilitatem, vel ad peregrinationem, qua fe oblectabat, indicandam, vel quòd fenex, aut quòd eius fcripta tecta, & arcana erant. *Certe L. Aurelius Cotta plebeius fuit, qui ex altera argenti parte Vulcanum cum forcipe excudendum curauit.*

Nam Vulcanus opus faciens fuligine barbam
Turpabat. *In aureo verò Caracallæ capiti galericulus aptatus est, qualem ad caluitium tegendum capiti aptauit Otho Imperator: nec tamen quòd ad caput tegendum Agathocles apud Aelianum gestaret Myrteam, & apud Plutarch. Cæsar cuperet lauream, Massenissaq;, & Cato nonagenarij nudo capite cœli iniurias sustinerent. colligere argumentum Lypsius debuisset, veteres nulla retexisse caput: id enim obseruatum est, vt rarum inter nobiles, quod calido nimis essent capite: nec item illud reclamat, quod addit, veterum principum capita nuda efficta fuisse, cum etiam talia spectentur recentiorum: celeberrimum enim illud Antigoni verbum se referre ostentant*: Imperium gloriosam esse seruitutem: *nec illud Senecæ* decedi, assurgi, caput aperiri *accipiendum est tantum fieri consueuisse à peragrantibus, quòd ex equo descendi etiam iussum fuerit, nec equo per vrbem inambularent: nam Plutarchus supra de Sylla non iter habente egit,* sed caput aperiente Pompeio ingredienti in Senatum. *Cum igitur Varroni duæ vestes Romanis fuisse dicantur, altera inductui, altera amictui, hac caput eos texisse patet non modo ex nummis Lentuli, Iulij Cæsaris, Domitiani, Antonini Pij, Getæ, M. Aurelij, & aliorum, quæ tamē pleraque sunt sacrificantium imagines, de qua re Plutarchus in quæstion. Romanis, & cuius rei initium indicat poeta libro 3. Aeneid.*

Purpureo velare comas adopertus amictu.

Qua etiam veste purpurea, quæ erat amictuis, obtegebantur mortui quare de Pallante

Harū vnā iuueni supremum mœstus honorem
Induit

Induit, arſuraſque comas obnubit amictu. *Quamobrem apud Liuium libro.* 34. magiſtratibus in colonijs,& municipij s purpuræ uſum permittemus? nec ut uiui ſolum habeant tantũ inſigne, ſed etiam ut cum eo crementur mortui, feminis dumtaxat purpuræ uſum interdicemus?

Verùm & alios etiam caput ueſte contexiſſe patet non modò ex Plutarc.in quæſt. Romanis. ſi cui obuiam facti, cui honor habendus, ſi forte caput ueſte iniecta tectum habeant id reuelant: *ſed etiam perſpicuum fit ex Cornelio Celſo, qui Auguſti floruit temporibus.* Qui infirmo eſt,*inquit*,capite, nunquam ſi fieri poteſt,id veſte velare, aut ad cutẽ tõdere debet. *Et alibi lib.4.c.* 2. Si frigus nocuit, caput oportet perfundere aqua calida maritima, vel certe ſalſa, & mox tum caput vehementer perfricare, deinde calido oleo implere, veſte velare.

Iubar Lucifer,ſplendor,non ſol, vt Modicius, à cuius calumnia Seruius vindicatur. Saty. X.

I*VBAR ſtella ante ortum ſolis, quòd iubar illius diffunditur in modum iubæ leonis, vt Varro lib.* 5. *de ling.lat.& Feſtus, phoſphoron dicunt Græci. Pacuuius:* Exorto iubare noctis decurſo itinere. *Quare Seruius in his Virgilij lib.* 4. *Aeneidos.*

Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit,
It portis iubare exorto delecta iuuentus.

Agnoſcit hiſteronproteron, in quo culpatur à Modicio,

quòd non animaduerterit supra dixisse Iunonem.

Venatum Aeneas, vnàque miserrima Dido
In nemus ire parãt, vbi primos crastinus ortus
Extulerit Titan; *Itaque explicat, Aurora surgens Oceanum reliquit interea, dum Iuno, & Venus colloquerentur, postea iuuentus it portis iubare exorto, idest sole, qui verè iubar lucis effundit. Iubar pro sole posuit Ouidius loquens de Clymene* Spectansque ad lumina solis, Per iubar hoc inquit. *Virg. alibi de sole.* Flammiferumque iubar.

Verum enimuero Modicius, vt plerique omnes recentiores faciunt, qui tum se plurimũ præstitisse putant cum Seruio aliquid obiecerunt, ei dum illudere conatus est, se ipsum lusit prior. Nam ibi apud Ouidium, & Virgilium, iubar non solem, sed splendorem significat; Ouidius enim ait, quòd Clymene spectans ad lumina solis Per iubar hoc inquit, *idest hunc solis splendorem, & carmina Virgilij, vel ei afficta sunt.*

Sol oriens, currusque suos è gurgite tollens
Oceani claro reddidit orbe diem.
Flammiferũque iubar terræq; poloq. reduxit.

Idest splendorem: quis enim diceret sol solem terraque, poloque reduxit? Itaque in eodem argumento varijs modis pertractato inquit

Et clarum emicuit sole oriente iubar.

quod credo non exposuisset, & clarus sol emicuit sole oriente, nec item illud Senecæ Herc. Oete. Dum lassum Titan mergat oceano iubar; *dum sol lassum solem mergat. Quòd verò dixit, non animaduertisse Seruium, quòd supra Iuno dixit Didonem, & Aeneam ituros cum sol ex-*

sol extulerit ortus, non lucifer, non animaduertisse ipse, vt etsi.

It portis iubare exorto delecta iuuentus.

tamen Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant: *Et ex decoro regum, qui diuturna expectatione ante fores cunctantes torquere profitentur, & ex decoro item mulierum*, quæ, *vt inquit Terent. Heautont.* Dum moliuntur, dum comuntur, annus est *Quare Pleusides Plautinus Mil. glo.* Mulier profectò nata est ex ipsa mora. *Itaque quanquam lucifero exorto exisset portis delecta iuuentus: ipsa tamen post solis ortum exiuit, quòd vel ex eo colligendum datur* Tandem progreditur magna stipante caterua.

Bellum qui indiceret, & iuberet, quique auspicaretur indicasse Virg. Idem tribus locis expositus per notam interpunctionis; Vindicatusque ab Hygini calumnia secus, quàm à Iou. Pontano, Scaligeris, & Mazzonio.

Saty. XI.

C*VM ea Horatij libro 3. ode. 1. vera agnoscantur*

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Iouis
Clari giganteo triumpho
Cuncta supercilio mouentis.

mirum alicui esse poßet, cum Latinus nullum haberet sibi imperantem maioris conditionis regem, carmine Virgiliano bellum indicere iußus fuisse demonstretur Hoc &

tum

quòd non animaduerterit supra dixisse Iunonem.

Venatum Aeneas, vnàque miserrima Dido
In nemus ire parāt, vbi primos crastinus ortus
Extulerit Titan; *Itaque explicat, Aurora surgens Oceanum reliquit interea, dum Iuno, & Venus colloquerentur, postea iuuentus it portis iubare exorto, idest sole, qui verè iubar lucis effundit. Iubar pro sole posuit Ouidius loquens de Clymene* Spectansque ad lumina solis, Per iubar hoc inquit. *Virg. alibi de sole.* Flammiferumque iubar.

Verum enimuero Modicius, vt plerique omnes recentiores faciunt, qui tum se plurimū præstitisse putant cum Seruio aliquid obiecerunt, ei dum illudere conatus est, se ipsum lusit prior. Nam ibi apud Ouidium, & Virgilium, iubar non solem, sed splendorem significat; Ouidius enim ait, quòd Clymene spectans ad lumina solis Per iubar hoc inquit, *idest hunc solis splendorem, & carmina Virgilij, vel ei afficta sunt.*

Sol oriens, currusque suos è gurgite tollens
Oceani claro reddidit orbe diem.
Flammiferūque iubar terræq poloq. reduxit.

Idest splendorem: quis enim diceret sol solem terraque, poloque reduxit? Itaque in eodem argumento varijs modis pertractato inquit

Et clarum emicuit sole oriente iubar.

quod credo non exposuisset, & clarus sol emicuit sole oriente, nec item illud Senecæ Herc. Oete. Dum lassum Titan mergat oceano iubar; *dum sol lassum solem mergat. Quòd verò dixit, non animaduertisse Seruium, quòd supra Iuno dixit Didonem, & Aeneam ituros cum sol ex-*

sol extulerit ortus, non lucifer, non animaduertisse ipse, vt etsi.

It portis iubare exorto delecta iuuentus.

tamen Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant: *Et ex decoro regum, qui diuturna expectatione ante fores cunctantes torquere profitentur, & ex decoro item mulierum*, quæ, *vt inquit Terent. Heautont.* Dum moliuntur, dum comuntur, annus est *Quare Pleusides Plautinus Mil. glo.* Mulier profectò nata est ex ipsa mora. *Itaque quanquam lucifero exorto exisset portis delecta iuuentus: ipsa tamen post solis ortum exiuit, quòd vel ex eo colligendum datur* Tandem progreditur magna stipante caterua.

Bellum qui indiceret, & iuberet, quique auspicaretur indicasse Virg. Idem tribus locis expositus per notam interpunctionis; Vindicatusque ab Hygini calumnia secus, quàm à Iou. Pontano, Scaligeris, & Mazzonio.

Saty. XI.

C*VM ea Horatij libro 3. ode. 1. vera agnoscantur*

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Iouis
Clari giganteo triumpho
Cuncta supercilio mouentis.

mirum alicui esse poßet, cum Latinus nullum haberet sibi imperantem maioris conditionis regem, carmine Virgiliano bellum indicere iußus fuisse demonstretur Hoc &

tum

tum Aeneadis indicere bella Latinus More iubebatur. *Quare ex Romano more id ductum, & dictum censendum est, quo sua refercit summus poeta adeò, vt olim hi de Aenea libri, Gestorum Populi Romani libri inscripti fuisse legantur. Apud Romanos igitur, etsi penes consules esset summa Imperij: tamen imperium nulli deferebatur non consulto prius non solum senatu, sed etiam populo curiatim vocato, & sic rogato.* Vultis, iubetisne, vt hic consul, aut prætor imperium in hac, aut illa prouincia habeat? *Curiaque respondebant,* Volumus vti rogas. *Quæ potestas etsi esset maxima: tamen si iubendum erat bellum, res ad Comitia Centuriata erat referenda, vt optimè obseruauit Sigonius de antiquo iure ciuium Romanorum lib. 1. quare Salustius de coniurat. Catil.* Itaque (quod plerunque in atroci negotio solet) Senatus decreuit, vt darent operam consules, ne quid respublica detrimenti caperet. *Ea potestas per Senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios, atque ciues domi, militiæque, imperium, atque iudicium summum habere, aliter sine populi iussu nulli earum rerum consuli ius est. Quare Liuius lib.* 4. Controuersia fuit, vtrũ populi iussu indiceretur bellum, an satis esset Senatus Consulto. peruicere Tribuni denunciando se impedituros delectũ, vt Quinctius de bello ad populum ferret, omnes centuriæ iussere. *Itaque hunc Romanum morem spectans poeta, vt ostenderet sine iussu populi regem bellum indicere non posse, ait*

Has vbi certa sedet patribus sententia pugnæ,

Et quoniam etsi Imperator ad bellum delectus esset: tamen bellum iubendum erat per centurias, referente consule, hinc dixit Ipse vocat pugnas, *Quasi dixisset, ipse rrfert in Comitijs Centuriatis, an bellum geri iubeāt, quatum centuriarum iussionem expressit addens*, sequitur um cętera pubes. *vtq; ostēderet sic necessariò faciendum, addit*

Hoc & tum Aeneadis indicere bella Latinus
More iubebatur. *Nam Vt non licebat consuli sine iußu Senatus inferre bellum, sic non licebat populo non habenti ius auspicandi. Itaque quærendus erat, qui ius haberet referendi, & auspicandi. Quod vtrumque erat apud consulem: consules enim creabantur comitijs centuriatis, quæ habebantur auspicatò, sed procōsules, & pro prætores tributis inauspicatò bellis gerendis, & prouincijs administrandis præficiebātur, vt ex M: Tullio colligendum datur lib. 2. de diuinat. Idque spectantem poetam, quoniam Turnus belli gerendi curam susceperat, penes quem non erat ius auspicandi, sed solum apud Latinum, sic de eo Drancem loquentem libro vndecimo induxisse censeo*

Det libertatem fandi, flatusque remittat,
Cuius ob auspicium infaustum, moresque sinistros *Versus verò prçcedentes sunt*

Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Insignis: *post hanc vocem insignis, si apponeretur nota aliqua interpunctionis, vel spiritus saltem ita reprimeretur, vt cinctu Gabino insignis simul audirētur: amoueretur quæstio, qui insignis esset consul: nam etsi, vt notat Cælius, Plinius lib. 7. uocat maiorem*, penes quē

fasces erant, quique esset senior, cuiue plures essent liberi, quòd si in hoc pares essent, qui esset maritus, qui maior esset ætate, & priore loco renunciatus: *tamen cum Liuius lib. 3. inquiat* Cum in exercitu Romano duo cõsules essent potestate pari, [quod saluberrimum in magnarum rerum administratione est] Summa Imperij concedente Agrippa penes collegam erat, & prælatus ille facilitati submittentis comiter respõdebat, communicando cõsilia, laudesque, & æquãdo imparem sibi: *videtur indicare vtrosque pari fuisse dignitate, itaque si consul Trabeæ, & cinctus Gabini causa diceretur insignis, ijs nempe ornatus, dubitandi amoueretur locus, nota præsertim aliqua voci* Insignis *apposita; mirum enim est, quàm clara fiat sententia si interspiretur, & interpungatur suo loco oratio. lib. 12. si legas*

Vix hostem, alterni si cõgrediamur, habemus. *hanc sententiam elicies, cum copias habeamus duplo maiores, vix alternatim pugnabimus: deerit enim quo cum certemus, videbis non simile illi Liuij lib. sexto, vt voluit Iacob. Pontanus si singuli singulos aggreßuri essetis.*

Si illud lib. 3. de Aetna interstinguere, & interpungere nouißet Agellianus Phauorinus lib. 17. c. 10. non ea effutijßet, inennarabile, & propemodum insensibile quod Virgilius dixit Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem Turbine fumantem piceo, & candente fauilla: *admirans, & obijciens; quòd poeta ex animi sui sententia dixit nubem atram fumare turbine piceo, & fauilla candente. Cuius temeritatem etsi*

represse-

represserit Iouianus Pontanus in Antonio, & Scaliger in poeticis lib. 5. cap. 4. vbi post multa allata, tandem exire ait illo modo, quo fumus ille Pindaricus mixta nempe hic fauilla fumo, vt illic flammę est fumus. & Scaliger filius in Append. Virgilian. Candentem vocatam ait fauillam, vt ostenderetur ex verè flammante igne erumpens, cum etiam fauilla mortua emitti posſit ex pigris, & sopitis ignibus. *Et Iacob. Mazzon. lib. 3. c. 20. in Danthem ait dici posse Lucretium potius, quàm Pindarum imitatus, qui sic de eadem re scribit.*

Funditque ardorem longè, longèque fauillam
Differt, & crassa voluit caligine fumum,
Extruditque simul mirando pondere saxa.

Hi tamen omnes summi quidem viri æquo ferant animo, si dixero præstantiſſimum poetam hæc inter eorum fumea nullo egere alieno lumine, cum per se more suo, ex fumo det lucem, si ita legas posthac.

Interdumq; atrã prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo; *hicq; sit modus, & primæ sententiæ finis, subsequens verò hemistichion necte subsequenti carmine.* Et candente fauilla
Attollitq; globos flammarum, & sydera lambit; *hoc est, & interdum candente fauilla tum attollit globos flammarum, tum sydera lambit. Et ne te moueat superuacanea quæ videtur copula quę vide, eandē etiam alibi esse tanq̃ redundantē pro tũ, & tum. vt Georg. lib. 1.*

At Boreæ de parte trucis cũ fulminãt, & cum
Euriq: Zephiriq; tonat domus. *& lib. XI.*
Tum verò & gemitus morientum, & sanguine in alto

Armaq;

Armaq; corporaq; *& eodem libro.*

Vtq;procul medio iuuenũ in clamore furentũ,
Prospexit tristi mulcatam morte Camillam,
Ingemuitque, deditq; has imo pectore voces.

Iurandi mos cuiq; per cariora varijs exemplis ostensum amens fastus veterum quorundam. Saty. XII.

QVISQ; reperitur mihi iurasse per quæ vel familiaria, vel cariora habet. Apud Xiphilinum Caligula per salutem, & fortunam iurabat equi sui, quem Incitatum vocabat. Adolescens Ascanius cui vita nil iocundius, cum præsertim Romanam terram sibi deberi non ignoraret, ait lib. 9.

Per caput hoc iuro, per ꝙ pater ante solebat.

Optimus ciuis, & miles per principem suum, & imperatorem cui omnia debet, Iloneus libro primo Aeneidos.

Fata per Aeneæ iuro, dextramq; potentem. *Claudius apud Suetonium cap.* XI. iusiurandum neq; sanctius sibi, neq; crebrius instituit, quàm per Augustum. *Quare & Horat. ep.* 1. *lib.* 2. Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras. *& per regis nomen peierare erratum habebatur maximum, quare Minutius Felix* est eis tutius per Iouis genium peierare, quàm regis. *& Tertullianus* citius per omnes Deos, quàm per vnum Genium Cæsaris peieratur. *apud Aeschilum Parthenopæus, qui hasta solum, vt Cæneus, fidebat, per hastam iurat. Palinurus nauta* maria aspera iurat. *per Venerem iurat Labrax leno apud Plautum in Rud. per quam facie-*

bat quæstum. eandem iurabant amantes Catullus.

Qui dũ aliquid cupiens animus prægestit apisci
Nil metuũt iurare, nihil promittere parcunt:
Sed simulac cupidæ mentis satiata libido est,
Dicta nihil metuere, nihil periuria curant.

quare Tibullus lib. 1. eleg.4.

Nec iurare time Veneris periuria venti
Irrita per terras, & freta summa ferunt.

& lib. 4. eleg. 7. periuria ridet amantum
Iuppiter, & ventos irrita ferre iubet.

Itaq; etsi M. Tullius de off. ex Ennio afferat. O fides alma apta pinnis, & iusiurandum Iouis: *idem tamen apud Apollodorum libro secundo cum Ione se concubuisse abiurauit; quare* Hesiodum amantium iusiurandum irritum esse, neq; ad deorum iram quidquam pertinere ibidem dicit. *Osirim qui varias artes Aegyptios docuisse legerit, idem & sciuerit cur planus ille Horatianus lib. 1. ep. 18. versipellem quasi, & desultoriam callens artem* per sanctum iuratus dicat Osirim Credite non ludo. *Silenus apud Euripidem, qui Cyclopem deorum, & hominum contemptorem nouerat, sępiusq; per vndas pelagi ludentem viderat, Galateæ amore implicitum nouerat, per Neptunum eius patrem, Nereum, Nereiq; puellas cum eo loquens iurat. Oculi etsi grati sunt omnibus; mulieri tamen quæ eos amoris habet illicium, & lenocinium, sunt gratiores, quare apud Plautum Menechmus subreptus Erotium, & ancillam sic alloquitur,* si voltis per oculos iurare. *quare Tibullus lib. 3. el. 7.* Etsi perque suos fallax iuraret ocellos, Iunonemque suam,

perq;

perque suam Venerem. *dicerem si de viro loqueretur, per Iunonem esse per vxorem, vt se Ioui nihil concedere ostenderet, & amicam, quam Venerem vocitabat: Vt pastor ille Maronianus ecl. 3.* Parta meæ Veneri sunt munera. *nam qui Caligulam se Latialem Iouem vocari iussisse legerit, eius uxorem Iunonem nuncupatam fatebitur: sic enim Cicero, vt Iouis filium ostenderet Octauium, Iunonium quandoque dixisse puerum uideri potest: ut de Menecratis Medici, Alexandri Macedonis, Domitiani, & Heliogabali sileam iactantia. libro uerò 4. eleg. 12. idem Tibullus in his.* Hæc per sancta tuæ Iunonis numina iuro Quæ sola ante alios, est tibi magna deos *ostendit uerum, quod obseruauit Turnebus lib. 16. cap. 19.* vt per Genium virorum, sic per Iunonem mulierum iurabant veteres.

Romæ Encomia, nomen egregium. Italia diuinitus munita. Saty. XIII.

D*E Roma etsi silere satius est, quàm pauca dicere: quędam tamen afferre libet, ex quibus tanquam ex vngue leonem illius venerandam agnoscas maiestatem, quę Horatio dicitur* porrecta ab ortu ad Hesperium cubile.

Dicitur hæc genetrix hominum, genetrixque deorum. *Rutilio Gallicano dicitur atque alijs.* diuum domus aurea Roma, *ideoque sic alloquitur ad Ascanium Apollo Maronianus.* Dijs genite, & geniture deos. *& Diony. Afer*

Roma, quæ in terris regum domus alta meorũ.

Sic

Sic Cyneas Pyrrhi Legatus Romanum Senatum regum consessum existimauit, vt testatur Plutarchus. Nam quicquid humani generis floris est, capit curia Romana, *inquit Cassiodorus, & Symmachus*, pars melior humani generis Senatus: in hac enim vnica totius mundi ciuitate, mundi vertice, & libertatis patria, *inquit Sidonius*, soli barbari, & serui peregrinantur. *Quare etiam D. Hieronymus*, Vrbs domina, vrbs potens, vrbs etiam Apostoli voce laudata. *Hęc inclita dicitur Virgilio, quod est gloriosa à clitos, quòd Gracè gloriosum est; & meritò Germanis Roma est glorię, & famę nomen, vt Gręcia fortitudinis, Hebręis sublimitatis, vt testatur D. Hieron. & Indis Rumes sunt milites boni, & fortes, vt inquit Osorius. M. Tullio est Imperij, & glorię domicilium, arxque omnium gentium. Athenęo totius orbis terrarum epitome, vel compendium. Claudiano.*

Qua nihil in terris complectitur altius orbis. Regina, & domina orbis, quæ terrarum dea, gentiumque consistit, cui par nihil, & nihil secundum, *inquit Frontinus mutuatus à Martiale*

Terrarum dea, gentiumque Roma,
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Quam totius orbis terrarum reginam ostendunt etiam qui hodie spectantur nummi Philippi, Massentij, & aliorum, in quibus virginali habitu super globum sedet hastam sinistra tenens, siue sceptrum; vt in nummi alterius parte est caput solis; ex altera verò lunę, & globus duabus cum stellis, Borealem forsan, & Australem polum indicantibus, iuxta illud Claudiani

Hæc est exiguis quæ finibus orta tetendit
In geminos axes, paruaque à sede profecta
Dispersit cum sole manus.

Ideoque fortasse Probus Imperator in æneo nummo simulacrum cum radiato capite, & extensa dextra super quatuor currentes equos expressit, & Petronius Arbiter

Orbem iam totum victor Romanus habebat,
Qua mare, qua tellus, qua Sydus currit vtrũq;

& Erynna, quæ circiter Pompeij æuum floruit.

Filia ò Martis mihi Roma salue
Aureo regina decora vultu,
Quæ vel in terra stabiles Olympi
Incolis arces:
Nam dedit soli tibi cana parca
Regium sceptrum minime atterendum,
Vt poteris regum domineris vna,
Imperitesque.

Maro vt maiestatem vrbis Romę referret qualis, *inquit*, Berecynthia mater
Ingreditur curru Phrygias turrita per vrbes.

quare in argenteo Iuliæ Piæ super thronum sedet utrinq; leonem habens, dextra pini ramum, sinistra sceptrum, turrita, timpano innixa litt. MATER DEVM. ut etiam in nummo Faustinæ Piæ Minoris. & in uetusto lapide Romæ ad D. Sebastiani. Cybele turrito uertice sedet in curru à geminis leonibus ducto iuxta illud. Aen. lib. 3.

Et iuncti currum dominę subijere leones.

sinistraque tympanum femori adnixum habet, dextra uerò frumenti spicas. quare Maro, qualis Berecynthia

thia mater Ingreditur curru Phrygias turrita per vrbes,
& festiuè quidem: nam turris vrbes, & ædificia significat, quas inter sic caput extulit
Quantum lenta solent inter viburna cupressi,
inquit idem ecl. 1. Hacque etiam causa Romæ caput in nummis passim uidemus galeatum, quoniam per arma in omnes gentes habuit Imperium, earumque moderatrix extitit, ut caput reliquis omnibus præsidet, & dominatur membris. Quare Gergithius apud Pierium nomen illius Cephalon fuisse asserit, quod est caput; ut mirere minus dixisse Propertium,
Omnia Romanæ cædant miracula terræ,
Natura hic posuit quicquid vbique fuit.
Ammianus Marcellinus Romam Imperij, virtutumque omnium Larem uocat, & Liuius inquit, nulla respub. nec maior, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior Romana fuit. *Roma preterea à quo condita, & appellata uariæ opiniones, uidendus Dionysius Halicarn. Aelianus uar. hist lib. 7. Strabo lib. 5. Plutarch. in Romulo. Diodorus lib. 5. Liuius lib. 1. Salustius in Catilin. Eustath. 5. Iliad. Eutropius lib. 1. Orosius lib. 1. Velleius lib. 1. Iustinus lib. 43. Solinus cap. 1. & 14. Cicero de Diuinat. Varro lib. 4. Ling. Lat. Bartholom. Marlianus. Plinius lib. & cap. xv. Berosus, & reliqui.*
Sed & Italia etiam suis laudibus non est fraudanda, hæc enim, *inquit Plinius libro trigesimo septimo capite decimo tertio* in toto orbe, & quacunque cæli conuexitas vergit. pulcherrima est omnium, in rebusque omnibus merito naturæ obtinens prin-

cipatum, Italia rectrix, parensque mundi altera. ❧ Hæc omnium terrarum alumna, eadem & parens, numine deum electa, quę cęlum ipsum clarius faceret, sparsa cōgregaret imperia, ritùsque molliret, & tot populorum discordes, ferasque linguas sermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiterque vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. *à Varrone R. R. cap. 2.* tota pomarium dicitur, quoniam quicquid vtensile est, non modò in ea nascitur, sed etiam fit egregium. *Quare ut hanc orbis terrarum reginam ostenderent, eam uirginali habitu sedentem super stellatum globum cornu copię dextra, sceptrum sinistra tenentem finxerunt, vt spectatur in ęneo nummo Antonini Pij. quæ etiam à Deo ipso undique Alpinis aggeribus, & mari munita uideri potest; quare Strabo præter alias eius laudes li. 6. inquit.* trium quibus ad summum maiestatis fastigium res Romana conscendit, hoc primum statuit, quòd instar insulę tuta in circuitu maria custodiat, paucis exceptis partibus, quæ tamen inacessis vti muro montibus vallatæ sunt. *Quibus quæ addidisset si tot, & tanta munita triplici murorum aggere, muralibusque ęneis tormentis inumerabilibus defensa passim spectaßet, non castella solum in finibus, sed urbes passim amplissimas, ut nisi barbaricæ Harpię Dędaleo huc ferantur uolatu, suas inter latebras rabie pereant necesse sit. de huiusmodi naturæ propugnaculis sic Rutilius Gallicanus.*

Excubijs Latij prætexuit Apenninum,

Claustra-

Claustraq; montanis vix adeunda vijs:
Inuidiam timuit natura, parumq; putauit
Arctois Alpes opposuisse minis.
Sicut vallauit multis vitalia membra,
Nec semel inclusit quæ pretiosa tulit,
Iam tum multiplici meruit munimine cingi,
Sollicitosq; habuit Roma futura Deos.

Comparatio obscurior defensa in Virgilio. Iuliæ familiæ laus, & assentatio. Saty. XIV.

AT verò obscurior, nec satis ideo laudanda videri posset proxima comparatio verbis ijs ducto Quintiliani lib. 8. *cap:* 3. quod illustrandæ rei alterius causa assumitur, debere esse eo clarius, quod illuminatur. quare inquit poetis permittamus huiusmodi exempla *Virg.* 4. *Aen.*

Qualis, vbi hybernã Lyciam, Xantiq; fluenta
Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo,
Instauratq; choros, mistiq; altaria circum
Cretesq; Driopesq; fremũt, pictiq; Agathyrsi:
Ipse iugis Cynthi graditur, molliq; fluentem
Frõde premit crinẽ fingẽs, atq; implicat auro,
Tela sonant humeris: haud illo segnior ibat
Aeneas, tantum egregio decus enitet ore.

Sed certè huiusmodi comparationes audaciores non haberem, neq, obscuriores. Veteribus enim, quibus nondum Christianæ religionis lumen illuxerat, nihil erat notum magis, quàm huiusmodi profanorum cacodæmonum suorum historiæ, aut fabulæ: cuique enim eorum magis

cipatum, Italia rectrix, parensque mundi altera. *&* Hæc omnium terrarum alumna, eadem & parens, numine deum electa, quę cęlum ipsum clarius faceret, sparsa cógregaret imperia, ritúsque molliret, & tot populorum discordes, ferasque linguas sermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiterque vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. *à Varrone R. R. cap. 2.* tota pomarium dicitur, quoniam quicquid vtensile est, non modò in ea nascitur, sed etiam fit egregium. *Quare ut hanc orbis terrarum reginam ostenderent, eam uirginali habitu sedentem super stellatum globum cornu copię dextra, sceptrum sinistra tenentem finxerunt, vt spectatur in ęneo nummo Antonini Pij. quæ etiam à Deo ipso undique Alpinis aggeribus, & mari munita uideri potest; quare Strabo præter alias eius laudes li. 6. inquit.* trium quibus ad summum maiestatis fastigium res Romana conscendit, hoc primum statuit, quòd instar insulę tuta in circuitu maria custodiat, paucis exceptis partibus, quæ tamen inacessis vti muro montibus vallatæ sunt. *Quibus quæ addidisset si tot, & tanta munita triplici murorum aggere, muralibusque ęneis tormentis inumerabilibus defensa passim spectaßet, non castella solum in finibus, sed urbes passim amplissimas, ut nisi barbaricæ Harpię Dędaleo huc ferantur uolatu, suas inter latebras rabie pereant necesse sit. de huiusmodi naturæ propugnaculis sic Rutilius Gallicanus.*

Excubijs Latij prætexuit Apenninum,

Claustra-

Clauſtraq; montanis vix adeunda vijs:
Inuidiam timuit natura, parumq; putauit
Arctois Alpes oppoſuiſſe minis.
Sicut vallauit multis vitalia membra,
Nec ſemel incluſit quæ pretioſa tulit,
Iam tum multiplici meruit munimine cingi,
Sollicitoſq; habuit Roma futura Deos.

Comparatio obſcurior defenſa in Virgilio. Iuliæ familiæ laus, & aſſentatio. Saty. XIV.

A*T verò obſcurior, nec ſatis ideo laudanda videri poſſet proxima comparatio verbis ijs ducto Quintiliani lib.* 8. *cap:* 3. quod illuſtrandæ rei alterius cauſa aſſumitur, debere eſſe eo clarius, quod illuminatur. quare inquit poetis permittamus huiuſmodi exempla *Virg.* 4. *Aen.*

Qualis, vbi hybernā Lyciam, Xantiq; fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo,
Inſtauratq; choros, miſtiq; altaria circum
Creteſq; Driopeſq; fremūt, pictiq; Agathyrſi:
Ipſe iugis Cynthi graditur, molliq; fluentem
Frōde premit crinē fingēs, atq; implicat auro,
Tela ſonant humeris: haud illo ſegnior ibat
Aeneas, tantum egregio decus enitet ore.

Sed certè huiuſmodi comparationes audaciores non haberem, neq; obſcuriores. Veteribus enim, quibus non dum Chriſtianæ religionis lumen illuxerat, nihil erat notum magis, quàm huiuſmodi profanorum cacodæmonum ſuorum hiſtoriæ, aut fabulæ: cuique enim eorum magis

fasces erant, quique esset senior, cuiue plures essent liberi, quòd si in hoc pares essent, qui esset maritus, qui maior esset ætate, & priore loco renunciatus: *tamen cum Liuius lib. 3. inquiat* Cum in exercitu Romano duo cõsules essent potestate pari, [quod saluberrimum in magnarum rerum administratione est] Summa Imperij concedente Agrippa penes collegam erat, & prælatus ille facilitati submittentis comiter respõdebat, communicando cõsilia, laudesque, & æquãdo imparem sibi: *videtur indicare vtrosque pari fuisse dignitate, itaque si consul Trabeæ, & cinctus Gabini causa diceretur insignis, ijs nempe ornatus, dubitandi amoueretur locus, nota præsertim aliqua voci* Insignis *apposita; mirum enim est, quàm clara fiat sententia si interspiretur, & interpungatur suo loco oratio. lib.* 12. *si legas*

Vix hostem, alterni si cõgrediamur, habemus. *hanc sententiam elicies, cum copias habeamus duplo maiores, vix alternatim pugnabimus: deerit enim quo cum certemus, videbis non simile illi Liuij lib. sexto, vt voluit Iacob. Pontanus si singuli singulos aggreßuri essetis.*

Si illud lib. 3. de Aetna interstinguere, & interpungere nouißet Agellianus Phauorinus lib. 17. *c.* 10. *non ea effutijßet, inennarabile, & propemodum insensibile, quod Virgilius dixit* Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem Turbine fumantem piceo, & candente fauilla: *admirans, & obijciens; quòd poeta ex animi sui sententia dixit nubem atram fumare, turbine piceo, & fauilla candente. Cuius temeritatem etsi*

represse-

represserit Iouianus Pontanus in Antonio, & Scaliger in poeticis lib. 5.cap.4. vbi post multa allata, tandem exire ait illo modo, quo fumus ille Pindaricus mixta nempe hic fauilla fumo, vt illic flammę est fumus. & Scaliger filius in Append. Virgilian. Candentem vocatam ait fauillam, vt ostenderetur ex verè flammante igne erumpens, cum etiam fauilla mortua emitti possit ex pigris, & sopitis ignibus. *Et Iacob. Mazzon. lib. 3. c. 20. in Danthem ait dici posse Lucretium potius, quàm Pindarum imitatus, qui sic de eadem rescribit.*

Funditque ardorem longè, longèque fauillam
Differt, & crassa voluit caligine fumum,
Extruditque simul mirando pondere saxa.

Hi tamen omnes summi quidem viri æquo ferant animo, si dixero præstantissimum poetam hæc inter eorum fumea nullo egere alieno lumine, cum per se more suo, ex fumo det lucem, si ita legas posthac.

Interdumq; atrã prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo; *hicq; sit modus, & primæ sententiæ finis, subsequens verò hemistichion necte subsequenti carmine.* Et candente fauilla
Attollitq; globos flammarum, & sydera lambit; *hoc est, & interdum candente fauilla tum attollit globos flammarum, tum sydera lambit. Et ne te moueat superuacanea quæ videtur copula què vide, candẽ etiam alibi esse tanq̃ redundantẽ pro tũ, & tum. vt Georg. lib. 1.*

At Boreæ de parte trucis cũ fulminat, & cum
Euriq; Zephiriq; tonat domus. *& lib. xi.*
Tum verò & gemitus morientum, & sanguine in alto

Armaq;

Armaq; corporaq; *& eodem libro.*

Vtq;procul medio iuuenũ in clamore furentũ,
Prospexit tristi mulcatam morte Camillam,
Ingemuitque, deditq; has imo pectore voces.

Iurandi mos cuiq; per cariora varijs exemplis ostensum amens fastus veterum quorundam. Saty. XII.

QVISQ; reperitur mihi iurasse per quæ vel familiaria, vel cariora habet. Apud Xiphilinum Caligula per salutem, & fortunam iurabat equi sui, quem Incitatum vocabat. Adolescens Ascanius cui vita nil iocundius, cum præsertim Romanam terram sibi deberi non ignoraret, ait lib. 9.

Per caput hoc iuro, per ꝙ pater ante solebat.

Optimus ciuis, & miles per principem suum, & imperatorem cui omnia debet, Iloneus libro primo Aeneidos.

Fata per Aeneæ iuro, dextramq; potentem.

Claudius apud Suetonium cap. XI. iusiurandum neq; sanctius sibi, neq; crebrius instituit, quàm per Augustum. *Quare & Horat. ep.* 1. *lib.* 2. Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras. *& per regis nomen peierare erratum habebatur maximum, quare Minutius Felix* est eis tutius per Iouis genium peierare, quàm regis. *& Tertullianus* citius per omnes Deos, quàm per vnum Genium Cæsaris peieratur. *apud Aeschilum Parthenopæus, qui hasta solum, vt Cæneus, fidebat, per hastam iurat. Palinurus nauta* maria aspera iurat. *per Venerem iurat Labrax leno apud Plautum in Rud. per quam faciebat*

bat quæstum. eandem iurabant amantes Catullus.

Qui dũ aliquid cupiens animus prægestit apisci
Nil metuũt iurare, nihil promittere parcunt:
Sed simulac cupidæ mentis satiata libido est,
Dicta nihil metuere, nihil periuria curant.

quare Tibullus lib. 1. eleg. 4.

Nec iurare time Veneris periuria venti
Irrita per terras, & freta summa ferunt.

& lib. 4. eleg. 7. periuria ridet amantum
Iuppiter, & ventos irrita ferre iubet.

Itaq; etsi M. Tullius de off. ex Ennio afferat. O fidea alma apta pinnis, & iusiurandum Iouis: *idem tamen apud Apollodorum libro secundo cum Ione se concubuisse abiurauit; quare* Hesiodum amantium iusiurandum irritum esse, neq; ad deorum iram quidquam pertinere ibidem dicit. *Osirim qui varias artes Aegyptios docuisse legerit, idem & sciuerit cur planus ille Horatianus lib. 1. ep. 18. versipellem quasi, & desultoriam callens artem* per sanctum iuratus dicat Osirim Credite non ludo. *Silenus apud Euripidem, qui Cyclopem deorum, & hominum contemptorem nouerat, sępiusq; per vndas pelagi ludentem viderat, Galateæ amore implicitum nouerat, per Neptunum eius patrem, Nereum, Nereiq; puellas cum eo loquens iurat. Oculi etsi grati sunt omnibus; mulieri tamen quæ eos amoris habet illicium, & lenocinium, sunt gratiores, quare apud Plautum Menechmus subreptus Erotium, & ancillam sic alloquitur,* si voltis per oculos iurare. *quare Tibullus lib. 3. el. 7.* Etsi perque suos fallax iuraret ocellos, Iunonemque suam,

perq;

perque suam Venerem. *dicerem si de viro loqueretur, per Iunonem esse per uxorem, vt se Ioui nihil concedere ostenderet, & amicam, quam Venerem vocitabat: Ut pastor ille Maronianus ecl. 3.* Parta meæ Veneri sunt munera. *nam qui Caligulam se Latialem Iouem vocari iussisse legerit, eius uxorem Iunonem nuncupatam fatebitur: sic enim Cicero, vt Iouis filium ostenderet Octauium, Iunonium quandoque dixisse puerum uideri potest: ut de Menecratis Medici, Alexandri Macedonis, Domitiani, & Heliogabali sileam iactantia. libro uerò 4. eleg. 12. idem Tibullus in his.* Hæc per sancta tuæ Iunonis numina iuro Quæ sola ante alios, est tibi magna deos *ostendit uerum, quod obseruauit Turnebus lib. 16. cap. 19.* vt per Genium virorum, sic per Iunonem mulierum iurabant veteres.

Romæ Encomia, nomen egregium. Italia diuinitus munita. Saty. XIII.

D*E Roma etsi silere satius est, quàm pauca dicere: quędam tamen afferre libet, ex quibus tanquam ex vngue leonem illius venerandam agnoscas maiestatem, quę Horatio dicitur* porrecta ab ortu ad Hesperium cubile.

Dicitur hæc genetrix hominum, genetrixque deorum. *Rutilio Gallicano dicitur atque alijs.* diuum domus aurea Roma, *ideoque sic alloquitur ad Ascanium Apollo Maronianus.* Dijs genite, & geniture deos. *& Diony. Afer*

Roma, quæ in terris regum domus alta meorũ.

Sic

Sic Cyneas Pyrrhi Legatus Romanum Senatum regum consessum existimauit, Vt testatur Plutarchus. Nam quicquid humani generis floris est, capit curia Romana, *inquit Cassiodorus, & Symmachus*, pars melior humani generis Senatus: in hac enim vnica totius mundi ciuitate, mundi vertice, & libertatis patria, *inquit Sidonius*, soli barbari,& serui peregrinantur. *Quare etiam D. Hieronymus*, Vrbs domina, vrbs potens, vrbs etiam Apostoli voce laudata. *Hęc inclita dicitur Virgilio, quod est gloriosa à clitos, quòd Gracè gloriosum est; & meritò Germanis Roma est glorię, & famę nomen, vt Gręcis fortitudinis, Hebręis sublimitatis, vt testatur D. Hieron. & Indis Rumes sunt milites boni, & fortes, vt inquit Osorius. M. Tullio est Imperij, & glorię domicilium, arxque omnium gentium. Athenęo totius orbis terrarum epitome, vel compendium,. Claudiano.*

Qua nihil in terris complectitur altius orbis.

Regina,& domina orbis, quæ terrarum dea,gentiumque consistit, cui par nihil, & nihil secundum,*inquit Frontinus mutuatus à Martiale*

Terrarum dea, gentiumque Roma,
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Quam totius orbis terrarum reginam ostendunt etiam qui hodie spectantur nummi Philippi, Massentij, & aliorum, in quibus virginali habitu super globum sedet hastam sinistra tenens, siue sceptrum; vt in nummi alterius parte est caput solis; ex altera verò lunę, & globus duabus cum stellis, Borealem forsan, & Australem polum indicantibus, iuxta illud Claudiani

T Hæc

Hæc est exiguis quæ finibus orta tetendit
In geminos axes, paruaque à sede profecta
Dispersit cum sole manus.

Ideoque fortasse Probus Imperator in æneo nummo simulacrum cum radiato capite, & extensa dextra super quatuor currentes equos expressit, & Petronius Arbiter

Orbem iam totum victor Romanus habebat,
Qua mare, qua tellus, qua Sydus currit vtrumq;

& Erynna, quæ circiter Pompeij æuum floruit.

Filia ò Martis mihi Roma salue
Aureo regina decora vultu,
Quæ vel in terra stabiles Olympi
Incolis arces:
Nam dedit soli tibi cana parca
Regium sceptrum minime atterendum,
Vt poteris regum domineris vna,
Imperitesque.

Maro vt maiestatem vrbis Romę referret qualis, *inquit*, Berecynthia mater
Ingreditur curru Phrygias turrita per vrbes.

quare in argenteo Iuliæ Piæ super thronum sedet utrinq; leonem habens, dextra pini ramum, sinistra sceptrum, turrita, timpano innixa litt. MATER DEVM. ut etiam in nummo Faustinæ Piæ Minoris. & in uetusto lapide Romæ ad D. Sebastiani. Cybele turrito uertice sedet in curru à geminis leonibus ducto iuxta illud. Aen. lib. 3.

Et iuncti currum dominę subijere leones.

sinistraque tympanum femori adnixum habet, dextra uerò frumenti spicas. quare Maro, qualis Berecynthia

thia mater Ingreditur curru Phrygias turrita per vrbes,
& festiuè quidem: nam turris vrbes, & ædificia significat, quas inter sic caput extulit
Quantum lenta solent inter viburna cupressi, *inquit idem ecl.* 1. *Hacque etiam causa Romæ caput in nummis passim uidemus galeatum, quoniam per arma in omnes gentes habuit Imperium, earumque moderatrix extitit, ut caput reliquis omnibus præsidet, & dominatum membris. Quare Gergithius apud Pierium nomen illius Cephalon fuisse asserit, quod est caput; ut mirere minus dixisse Propertium,*
Omnia Romanæ cædant miracula terræ,
Natura hic posuit quicquid vbique fuit.
Ammianus Marcellinus Romam Imperij, virtutumque omnium Larem uocat, & Liuius inquit, nulla respub. nec maior, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior Romana fuit. *Roma preterea à quo condita, & appellata uariæ opiniones, uidendus Dionysius Halicarn. Aelianus uar. hist lib. 7. Strabo lib. 5. Plutarch. in Romulo. Diodorus lib. 5. Liuius lib. 1. Salustius in Catilin. Eustath. 5. Iliad. Eutropius lib. 1. Orosius lib. 1. Velleius lib. 1. Iustinus lib. 43. Solinus cap. 1. & 14. Cicero de Diuinat. Varro lib. 4. Ling. Lat. Bartholom. Marlianus. Plinius lib. & cap. xv. Berosus, & reliqui.*
Sed & Italia etiam suis laudibus non est fraudanda, hæc enim, *inquit Plinius. libro trigesimo septimo capite decimo tertio* in toto orbe, & quacunque cæli conuexitas vergit. pulcherrima est omnium, in rebusque omnibus merito naturæ obtinens prin-

cipatum, Italia rectrix, parensque mundi altera. *&* Hæc omnium terrarum alumna, eadem & parens, numine deum electa, quę cęlum ipsum clarius faceret, sparsa cōgregaret imperia, ritúsque molliret, & tot populorum discordes, ferasque linguas sermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiterque vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. *à Varrone* R. R. *cap.2.* tota pomarium dicitur, quoniam quicquid vtensile est, non modò in ea nascitur, sed etiam fit egregium. *Quare ut hanc orbis terrarum reginam ostenderent, eam uirginali habitu sedentem super stellatum globum cornu copię dextra, sceptrum sinistra tenentem finxerunt, vt spectatur in ęneo nummo Antonini Pij. quæ etiam à Deo ipso undique Alpinis aggeribus, & mari munita uideri potest; quare Strabo præter alias eius laudes li.6. inquit.* trium quibus ad summum maiestatis fastigium res Romana conscendit, hoc primum statuit, quòd instar insulę tuta in circuitu maria custodiat, paucis exceptis partibus, quæ tamen inacessis vti muro montibus vallatæ sunt. *Quibus quæ addidisset si tot, & tanta munita triplici murorum aggere, muralibusque ęneis tormentis inumerabilibus defensa passim spectasset, non castella solum in finibus, sed urbes passim amplissimas, ut nisi barbaricæ Harpię Dędaleo huc ferantur uolatu, suas inter latebras rabie pereant necesse sit. de huiusmodi natura propugnaculis sic Rutilius Gallicanus.*

Excubijs Latij prætexuit Apenninum,

Claustra-

Claustraq; montanis vix adeunda vijs:
Inuidiam timuit natura, parumq; putauit
Arctois Alpes opposuisse minis.
Sicut vallauit multis vitalia membra,
Nec semel inclusit quæ pretiosa tulit,
Iam tum multiplici meruit munimine cingi,
Sollicitosq; habuit Roma futura Deos.

Comparatio obscurior defensa in Virgilio. Iuliæ familiæ laus, & assentatio. Saty. XIV.

A*T verò obscurior, nec satis ideo laudanda videri posset proxima comparatio verbis ijs ducto Quintiliani lib.* 8. *cap:* 3. quod illustrandæ rei alterius causa assumitur, debere esse eo clarius, quod illuminatur. quare inquit poetis permittamus huiusmodi exempla *Virg.* 4. *Aen.*

Qualis, vbi hybernã Lyciam, Xantiq; fluenta
Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo,
Instauratq; choros, mistiq; altaria circum
Creteſq; Driopesq; fremũt, pictiq; Agathyrsi:
Ipse iugis Cynthi graditur, molliq; fluentem
Frõde premit crinẽ fingẽs, atq; implicat auro,
Tela sonant humeris: haud illo segnior ibat
Aeneas, tantum egregio decus enitet ore.

Sed certè huiusmodi comparationes audaciores non haberem, neq; obscuriores. Veteribus enim, quibus nondum Christianæ religionis lumen illuxerat, nihil erat notum magis, quàm huiusmodi profanorum cacodæmonum suorum historiæ, aut fabulæ: cuique enim eorum magis

perspectum erat, Berecynthiam turritam fingi, & duci curru à leonibus, quàm aliquibus nostrum sit notum D. Antonium pingi seniorem. vt non modò Ethnicis antiquis, sed vel minimum in poeticis, & profanis scriptis versato notius erat, & est, Apollinem dictum arcum, & sagittas ferre, beneq; comatum fuisse, quàm notum sit, venatorem ferre arcum, & sagittas, cum venabula, & retia etiam ferant huiusmodi homines; itaq; ibidem est.

Retia rara, plagæ, lato venabula ferro.

vt etiam secum interdum ducunt canes, tendiculasq;, & pedicas ferunt, quare illa sunt

Auritosq; sequi lepores, & figere damas,
Et gruibus pedicas, & retia ponere ceruis.

quæ tamen arma non sic regem decebant, vt hæc, arcus scilicet cum pharetra; cum præsertim sagittandi Aeneas adeo esset peritus, vt breui, & minimo negotio septem strauerit ceruos; & quanuis imberbis non esset, vt Apollo: non sunt tamen omnia in collationibus ponenda, vt optimè animaduertit in aliã causam Rhodulphus Agricola. Satisq; est poetam indicasse, eum singulari pulchritudine præditum, tantaq; venustate, vt ad sui amorem statim Didonem allexerit, quare ideo forsan ea præmisit lib. 1.

Namque ipsa decoram
Cæsariem nato genetrix, lumenq; iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

in hoc enim conuenit cum Apolline; quin adeo pulcher erat, & nitidus, vt ipsa etiam in luce refulxisse ibidem dictus sit, quasi instar solis; & veluti Apollo crines auro implicabat: sic enim de eo Hiarbas Aen. 4.

Moeonia mentũ mitra, crinemq; madentem

Sub-

Subnixus: *Quare errat, qui hæc omnia non animaduertit diligentius. Quod autem attinet ad propria nomina, Lyciæ, Xanthi, Driopes, Cretes, Agathyrsos satis quidem est, ut quisq; hæc locorum, & populorum nomina fuisse intelligat. Pulchritudinis enim uis, & summa in eo est, ut pulchritudo, & oris uenustas propè diuina ostendatur; populi uerò varij Poenos, Tyrios, Massylos, Troes, aliosq; mixtos unà socios indicant. & demum cum uulgatissimum esset, ab Aenea originem ducere Augustum, qui nummos cudendos curauit cum capite Apollineo, ponè quod est pharetra, poeta gratificaturus etiam hac comparatione Augusto, sic Aeneam generis illius auctorem exornat, cui etiam apertè assentatur lib. sexto in his*, hic Cæsar, & omnis Iuli

Progenies magnum cæli ventura sub axem.

ad deorum quippe numerum referenda: nam ipse etiam Dio. lib. 45. cometen inter septemtrionem, & occasum apparuiße inquit, dictumq; Cæsari eam stellam immortalitatem iam adepto, inq; syderum numerū allecto sacram eße, eaq; re Cæsarem, qui deinde Augustus dictus, animo confirmato statuam patri aerea cum stella supra caput in Veneris templo posuiße, de quo & Plinius; quare in argenteo templum expressum est, in cuius ostio signum est cum lituo in dextra ante aram, in superiori limine stella litt. DIVO IVLIO; in altera uerò parte caput Augusti litt. IMPER. CAESAR DIVI .F. III. VIR. & in argenteo eiusdem sydus est comatum litt. D. IVLIVS. de qua stella Virgilius

Ecce Dionei processit Cęsaris astrum;

& Horat. lib. 1. od. 12. micat inter omnes

Iulium sydus, velut inter ignes
Luna minores.

Augustum Apollinis nomine, appellari potuisse. de Actio Apolline coniectanea. Saty. XV.

QVAE proximè dicta sunt de Augusto ab Apolline oriundo suggerunt quæ in eandem causam scripsit Maro ecl. 4.

Tu modò nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo
Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

nam etsi Turneb. lib. 16. cap. 13. de Augusto dictum non commendet, sed exponat faue Diana nascenti puero, qui carmine sybillæ prædictus est, cui vaticinationes inspirauit Apollo: nam puero nato regnat Apollo, eiusq; præsagia nunc comprobata, certaq; fidem merentur, & vigent: *non video tamen cur minus obscurè, & implicitè, magisq; accomodatè dici non possit assentatus esse poeta Augusto, cum presertim si Turnebi sequaris sententiam, eo decidas necesse sit, vt indicare velit poeta Apollinem vsq; ad illud tempus mendacem fuisse, tumq; coepisse veracem esse, & id significare durum hoc dicendi genus* regnat Apollo, *idest vera loquitur. quasi etiam ante verissima non haberent veteres eius responsa, & de re vera non ante dictum fuisset.* De tripode aliquid dare. *& Terentij ea ignorarentur,* Non Apollinis magis verum, atq; hoc responsum est. *Et sic potius locus non sit exponendus omni obscuritate, & ambage remota, Nascenti puero*

faue.

siue casta Lucina, Diana nempe, quæ dum presto es parturientibus, Lucina diceris, neq; vlla in te incidat suspicio, vt puer hic Apollinis fratris tui filio antecellat. nam tuus iam regnat Apollo, *idest Augustus, qui cũ Apollinis censeretur filius Romano more, iure optimo Apollo dici poterat, cum patres, & filij essent cognomines. Quin etsi sciam Actium Apollinem dictum quasi littoralem, quòd templum eo haberet in littore, de quo Strabo lib. 2. & alij, Callimachusq; apud Hyginum, & Apollonius Rhodius apud Turneb. lib. 21. cap. 9. non prorsus tamen extra chorum me saltasse censerem, si dicerem poetam laudis, & assentationis aucupio, Accium, siue Attium, aut Actium (omnibus enim his modis legitur) Apollinem appellasse respectu aliquo habito ad Acciam ab Apolline compressam dum canit*

Accius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper &c. *nã certè in illius uictoriæ memoriã argenteum cudendum curauit, de quo supra, cum Apollineo quippe uultu, pharetraq; ab humero pẽdente. Adiuuat coniecturam Seruius inquiens, Actius, quem postea Accium nominauit Augustus; idemq; etiam uidetur spectasse Ouidius*

Præter erant vecti certatam lite deorum
Ambraciam, versiq; vident sub nomine saxi
Indicis, Actiaco quæ nũc ab Apolline nota est.
idest prætervecti erant Ambraciam, vbi certatum inter Romanos, & Aegyptiacos deos, versiq; vident sub nomine promontorij, apud quod pugnatum fuit, quod ab Actiaco Apolline est appellatum, ab Augusto nempe Apollinis filio ex Accia. & Propertius.

Actius

Actius hinc traxit Phœbus monuméta, q̃ eius
Vna decem vicit missa sagitta rates.

Apollineis enim sagittis dicebatur aliqua depugnata pugna, in qua breui certa relata fuisset victoria. sic breui certa sagitta percussum, & victum ab Ascanio Numanum Apollinis munere factum censebatur: ait enim quasi factũ hoc adumbrans primã tibi magnus Apollo
Concedit laudẽ, & paribus nõ inuidet armis.
sagittis uerò usus dici potest Augustus non modò tanquàm sagittiferi Apollinis filius, sed quòd Liburnis expeditioribus nauibus usus est contra Antonianas, quæ uelut urbis opus præ nimia mole usq; quaq; uerti, & impelli non poterant, vt testatur Dio rem optimè pingens. & Hora. Cæsar ab Italia volantem
Remis adurgens, accipiter velut
Molles columbas. *Iam verò præter poeticas assentationes eum Apollinis filium existimatum, testatur etiam Suetonius, vt alios missos faciam.* Apollinis, *inquit,* Filius existimatus est, quòd decimo est natus mense matre in Apollinis templo Apollinis phantasmate compressa dum dormiret, sub serpentis forma, hincque Augustus Apollinem semper coluit, in eiusque honorem templum, & bibliothecam condidit post celeberrimam eam victoriam. *& in argenteo nummo imberbis Augusti caput est cum radiata solis corona super verticem stellam habens iuxta illud Virgilij* patriumque aperitur vertice sydus. *Acciaque apud Suetonium somniauit ex vtero suo iubar solis exortum; ne penitus absurdum attulisse videar, vt poeta, etsi ante Actium diceretur pro-*

montorium

montorium: aliqua tamen ratione ad nomen patris, & matris Augusti alluserit,

Vrbium multarum condendarum locum præmonstrasse bruta, unde Capitolia, eaque duo. Saty. XVI.

ILVM *ex oraculo', & regis monitu discolorem bouem secutum, ubi ea procubuit in Ates, siue Noxę tumulo Ilium condidisse urbem inquit Apollodorus, ut Aeneas lib. 3. Albam suem secutus cum triginta porcellis intellexit post triginta annos à Troianis aliam urbem esse condendam. ut Dionysius Alicar. libro primo quare Propertius.* Et ſtetit Alba potens ſuis albę nomine dicta *& Varr. de re Rust. lib. 2. cap. 4.* Sus Aeneæ Lauini peperit triginta porcos albos, fatum portendens triginta annis vt Lauinienſes conderent oppidum Albam. *Quanquam Cassius Hemina 2. Ann. Apud Diomedem grammaticum id monstrum datum inquiat Romulo his uerbis.* Paſtorum ſine contẽtione,conſentiendo præfecerũt aqualiter imperio Remum,& Romulum, ita vt de regno pares inter ſe eſſent. Monſtrum fit,ſus parit porcos triginta,cui rei fecerunt laribus grundiles. *Quod spectans Adrianus in æreo nummo suem maxime staturę expressit cum foetu plurimo circum ubera sub arbore, quam ruminalem ficum uocauerunt ad octingentos quatraginta annos perductam, sub qua Romulum infantem iacuisse censebant. apud Ouidium 3. Met. Cadmus bouem secutus, ut Ilus, ubi requieuit, Boeotia mœnia*

condidit

condidit, & ab euentu Boeotia ea uocauit. sic etiam monstrum bubali capitis datum legimus prima Cartaginis moenia condentibus, deinde uerò caput acris equi. sed Toli Vlcentani caput repertum in Capitolij fundamentis, & Capitolio nomen dedit, & urbem Romam orbis caput fore presignificauit. ut Arnob. lib. 8. quę tamen Capitolia Romę duo fuerunt; uetus in regione sexta Circi Flaminij, situm à Victore, de quo Valerius, quod conditum fuit à Numa; nouum in regione octaua fori Romani conditum à Prisco, auctum à Superbo, dicatum ab Horatio Puluillo; quare Martialis Inde nouum, veterem prospicis inde Iouem; *& Varro* Capitolium vetus, quod ibi sacellum Iouis, Iunonis, Mineruæ, & id antiquius, quàm ædis, quæ in Capitolio facta. *ne illa Maronis lib. 6.* Capitolia ad alta. *& 8.* Capitolia aurea *semper per enallagen numeri accipiant Grammatici.*

Lacrymas laetitia, & moerore effundi. Virgilius à calumnia Iacobi Pontani Vindicatus. Vmbra Heroum magnæ. Saty. XVII.

V*T præ gaudio lacrymat Demea ille Terentianus in Adelph. & Heautont. Clinia amica telam deserit continuò, & lacrymis opplet os totum sibi, vt facilè scires desiderio id fieri (Cliniæ) sic Anchisae lib 6 conspecto filio* effusæque genis lacrymæ, & vox excidit ore. *& apud Liuium lib. 5.* Certatim patribus; plebique manare gaudio lacrymæ. *Empedocles* has fieri aiebat ex attenuato, & eliquato sanguine.

Plato

Plato duxit tanquam ſerum quoddam, ꝙ phlegmate coagulato ſeparatur. *Iulius Pollux* eſſe *ait* aqueum humorem deſſolutum ab oculis emanātem. *Alexander Aphrodiſeus li.* 1. *pro.* 31. in dolore ait per compreſsionem refrigeratorum meatuum, in laetitia ex laxitate eorundem fieri; quare qui ijs ſunt arctioribus neutra de cauſa effundunt. Potulenti enim humoris portio, *inquit Mercurialis li.* 3. *cap.* 2. *excrement.* quæ in cerebro venis oculorum, & præſertim venis angulorum oculi continētur, aut per compreſsionem, aut per dilatationem illarum venarum foras erumpit: nam qui rident vniuerſum calorem extra vultum vidētur emittere, vnde humores oculorum, quaſi calore orbati frigidi euadunt. *Vbi & longius earum perquirit cauſas, hominemque ſolum, vt qui gaudeat, doleat, velitque, ad libitum ſuum lacrymare inquit. de his multa Coelius lib.* 12. *c.* 3. *&* 4. *atque demum his facilius nihil excidere homini aſſerunt. Verum Anchiſę quæ Vox excidit ore, Iacobi Pontani, qui recentiorem ſe Virgilij caſtigatorem profitetur, verberauit aures; inquit enim*, ſi quid noſtrum iudicium valet aliud verbum hic fuiſſet aptius: quæ enim excidunt præter mentem, voluntatem, & inconſultò videntur fieri: nihil autem loquitur hic Anchiſes, quod dictum nollet. *Hactenus ille, adductus forſan Ciceronianis verbis Phil.* 12. Quod verbum non tibi excidit, vt ſępe fit, fortuitò, ſcriptum, meditatum, cogitatum attuliſti. *Et pro Sylla* Verbum ecquod vnquam ex ore huius excidit

cidit mihi nomen. *Verum enimuerò quantò satius fuisset, ne hæc illi excidisset Symbola: non enim quæcunque excidunt, semper significant, quæ inconsultò, & fortuitò fieri videntur, nec sic explicaret illa lib. 1. Aen.* Nec dum etiam causæ irarum, sæuique dolores Exciderant animo *Quippe paulatim longo temporum interuallo.*

Nec illud Liuij exciderat pacis mentio ex omnium animis; *nam vt mente sæpius agitata fuisset, necesse erat. & Cicero ad Luceium.* Quæ cogitatio cum mihi non excidisset: etenim penitus insederat, *& illud Prudentij Psycom.* Excidit ergo animis eremi sitis: excidit ille Fons patribus de rupe datus. *& sexcenta alia. Cum sit excidere, si propriam vim, & verbi notionem spectes, extra cadere, & secundo loco è sublimi in humiliorem locum cadere.* Itaque quæ dicuntur, quocunque modo ore excidant, necesse est. *Præterea Heroum, & nobiliorum vmbras, & imagines viuis corporibus maiores, & altiores existimatas à veteribus haud credo dissimulasset, cum præsertim hac ratione etiam Dido dixerit.* Et nunc magna mei sub terras ibit imago. *ibi enim ex Turnebo lib. 22. cap. 26 attulit.* & opinio erat, manium speciem magnam esse, *quod testimonijs Suetonij, & Taciti confirmatur. Quin etiam Plinius lib. 7. ep. etsi mihi.* muliebrem formam humana grandiorem Curtio Rufo oblatam asserit. *& Seneca in Oedipo* Vaga per lucos simulacra virum Maiora viris. *Quin cuiusque genius, & imago humana maior censebatur, quare Iuuenalis Satyr. 13.*

Te vi-

Te videt in somnis sua sacra, & maior imago.
Humana, turbat pauidum, cogitque fateri.

Quamobrem cum Lycophron Achillem nouem cubitis altum fuisse dicat, Philostratus eius vmbram apparuisse Apollonio ait duodecim cubitorum longitudinem referẽtem. sed & ipse etiam Poeta lib. 2. Aen. testatur de Creusæ vmbra. Visa mihi ante oculos, & nota maior imago. *& lib.* 5.

Animamque vocabat Anchisæ magni.
Et simulacra modis pallentra miris

ideo apparebant, quoniam notam prorsus excedebant magnitudinem. Excidit igitur vox tanquam à sublimi Heroe, & quoniam si foras datur vox, non potest non excidere, *ne* nodum *inquit Terent.* quæramus in scirpo.

Caminus quid significet quos è tectis prominentes cernimus, num eorum vsum nouerint veteres præter Manutij, Lambini, & Iacobi Mazzonij sententiam, de his loci expositi apud Virgilium, Horatium, & alios.

Satyr. XVIII.

C*AMINVS Græcum verbum, Latinè fornax, à furuo fumi colore quem imbibit, cuius duplex genus, alterum concauum cum præfurnio super æneum vas metalla ad liquefaciendum, vel liquores ad ebulliendum sustinens, fumi cuniculo in angulo adaptato, de quo illa sunt,* Fornacibus ignis anhelat. & Vulnificusque calybs vasta fornace liquescit;

altera

altera species est excauati in pariete, anteriore parte aperta ad hominis staturam vndequaque versam, hypocausti præfurnium imitãte, quam super lapideum limen vtrumque caui parietis latus complectitur, quod super quasi à summo ad imum per medium secta concaua pyramis cauo parieti admota, extra tectorum culmina attollitur ad fumum imbibendum, & educendum accommodata, cuius area focus ab igne, & fouendo dicitur, vnde Ouidius Fast. 6. At focus à flammis, & quòd fouet omnia dictus *huius formam sic olim fuisse, vt hanc recentiorem (quam hodie dicimus,* Camino alla Francese*) constat ex his Virg. ecl. 7.*

Hic focus, & tędę pingues, hic plurimus ignis
Semper: & assidua postes fuligine nigri.

camini nempe latera, quibus ad fumi explorationem nonnulla appendebantur: quare Virg. Georg. 1.

Et suspensa focis exploret robora fumus,

vtque anteriori parte essent aperti patet, quoniam idem inquit ecl. 5. Ante focum si frigus erit, si messis in vmbra, *circumq. etiam, vt nos hyeme epulabantur. itaq. Columella.* Consuescat rusticus circa larem domini, focumq. familiarem semper epulari. *quem, & nos hodie, nescio qua deductione dicimus* focolare, *vt Bononię appellãt foca, vt etiã tanquã à Camino officina ipsa, vel domus accipitur, in qua illa est, vt sit a parte totum, vt:* Cyclopum educta caminis. *Seneca in Medea.* Feret Aetneos inde caminos. *& Statius lib. 3. Thebaid.*

Illum ego perpetuis mihi desudare caminis
Si iubeam. *Sic & idem domus aulam appellant hodie*

Camino

Camino: nam indifferenti ratione vtrumque nomen vsurpatum nosces Vt Horat. epod. ode. 2.

Sacrum vetustis extruat lignis focum. *& Sat. 3. lib. 2.* oleum adde Camino. *& qua ratione idem dixit lib* 1. *ode* 9. ligna super foco.

large reponens *eadem Cicero* luculento, *inquit*, camino vtendum censeo, *multo enim igne, etiam si fumo nigricet lucem euomit, idemque etiam pari ratione extollit Tibul.*

Et meus assiduo luceat igne focus.

his ligna omnigena imponebant. quare Virg. tanquam de caminis Cœnobiorum, & regiarum culinarum agens Geor. 3. Aduoluere focis vlmos, ignique dedere *& Horat. lib. 1. sat.* 5. nisi nos vicina Triuici

Villa recepisset lacrymoso non sine fumo,
Vdos cum folijs ramos vrente camino.

non enim collecti frigoris expellendi causa ad clausam fornacem, hypocaustumue, aut quod Seneca apud Guglielmum lib. de Balneis appellat sudatorium (nobis hodie stufa) *eos accessisse credibile est; neque item in vllo horum coquinariam factam Beneuenti verisimile est,* vbi sedulus ospes.

Penè macros arsit dum turdos versat in igne.
Nam vaga per veterem dilapso flāma culinā
Vulcano summum properabat lambere tectū.

quod etiam Suetonius in Vitellium accidisse ait in his, Nec ante in prætorium redijt, quam flagrante triclinio ex conceptu camini proximi, *& adhærentis. ab his nostris, quibus & hodie vtimur caminis illa translatè dicta sunt de Aetna*

V Ruptis

Ruptis flammam expirare caminis. *quæ in Georgicis, variauit.*

Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam.

Foci etiam alij erant ductiles, & versatiles, quales hodie nostri, quos vel in propatulum, vel in triclinium ferebant, quare Virgilius de fœdere Troianorum, & Latinorum lib. 12.

In medioque focos, & dijs cõmunibus aras. *&*
Craterasque, focosque ferunt. *& Cato, de re Rustica. capite decimo octauo.* Focum purum circumuersum, priusquam cubitum eas, habeas. *purum dixit continentem ignem purum, accensas prunas, vel acapna ligna, quæ amurca illita, sole arefacta erant, de quibus Martialis, Cato, & Plinius lib. 15. cap. 8 vt nullus vel minimus ex ijs excitaretur fumus, quos super focos fumi nulla erant spiracula, vnde fiebat, vt in triclinijs adhibiti, quæ pars ijs imminebat, nigrorem aliquem contraheret, vt hodie in adytis, vel sacrarum ædiũ sacrarijs accidere videmus, in quibus accẽsæ tantum prunæ ad diuina mynisteria conseruantur, vti luminum crebritate sacram ædem Lauretanam nigrore aspersam conspicimus. quare Vitruuius lib. 7. cap. 4 triclinijs hybernis megalographiam compositionem, nec camerarum coronario opere subtilem ornatum vtilem esse asserit, quòd ea & ab ignis fumo, & ab luminum crebris fuliginibus corrumpuntur.*

His ita animaduersis vide, num iusta fuerit Paulo Manutio, ad locum Ciceronis præmonstratum, mirandi ratio, quomodo foci circumuerti potuerint, & illud tanquam adynaton asserendi, exitum ignis caminum

antiquum

antiquum non habuisse: ita vt non sine summa molestia, vel apertis fenestris esse necesse esset, vel lignis amurca illitis esset vtendum. *quod de sic torrefactis lignis probabile sit etiam Iacobo Mazzonio in Danth. lib. 1. cap. 41. illud etiam addenti, quòd si fumi educendi rationem nouissent, vlla fuisset Vitruuio causa in loco præmonstrato verendi, ne coronarium opus, & subtilis ornatus corrumperetur fumo in triclinijs. mirum certè quod esse potest omnibus, vt tam de caminis vndique collegerit, & ex Seneca lib. 14 cap. 91. attulerit*, veteribus impressos parietibus fuisse tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima simul, & summa foueret æqualiter, quos Proclus Iurisconsultus. L. quidam Iberus licere noluit habere admotos ad communem parietem, quòd per eos flamma torretur paries, & quorum summa ostia obserari, & recludi consueuisse asserit ad calorem magis, minusue concipiendum, & exhalandum. *deinde verò ad fumum educendum, rem & valetudini, & oculis omnium maximè noxiam, qui etiam è latebris per confertissimos canes propellat feras, tubos largiores efficere, rem similē, parem, geminam, & eandem Minerualis, Dædalei, & Archimedei fuisse operis, laboris, & industriæ idem Mazzonius videatur iudicasse eos priscis ignotos denegans.*

Quòd verò Dionysius Lambinus ad locum Horatij lib. 1. ep. 11. Per brumā Tyberis sextili mēse caminus. *Fumi spiraculis non esse veteres vsos, qualia hodie sunt nobis in vsu è tectorum fastigijs prolata figura, vel quadrata, vel rotunda constare dicat inter doctiores; qui*

constare possit non video, cum huiusmodi eminentiora cæli iniurijs, & ventorum flabris quotidie corruere, & resarciri videamus, vt olim etiam optimè censuit apud Barbarum in Vitruuium architectus nobilissimę ędis Vrbinatum Reguli; quin eadem spiracula, quòd altiora sint in domibus Virgilium per periphrasim, & metaphoricos non vno in loco culmina appellasse crediderim, vt Aeneid. 4.

Solaque culminibus ferali carmine bubo, &
Quę quondē in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens serum canit importuna per vmbras. *in quibus etiam nidificare solet. & eodem libro*
æqua solo fumantia culmina ponam.

quin etiam lib. 2. Aeneid. cum metaphora obscuriore vocasset turres, se exposuit eadem periphrasi inquiens

Dardanidæ contra turres, ac tecta domorum,
Culmina conuellunt, his se qñ vltima cernunt
Extrema iam in morte parāt deffendere telis.

turres enim vocauit caminorum culmina turricularum simillima, nam veram turrim paulo infra summis uiribus à quamplurimis uix euulsam canit in his.

Turrim in præcipiti stantē, sūmisque sub astra
Eductam tectis &c.
Aggressi ferro circum qua summa labantes
Iuncturas tabulata dabant, conuellimus altis
Sedis, impulimusque. *vt etiam in Bucollicis.*
Et iam summa procul villarum culmina fumant.

quamuis Mazzonio, & cuidam, quem anominem adhibet interpretem, fumant sit, pro fumare videntur vmbrarum causa è montibus decidentium; quoniam si cana

causa

causa inquiunt, fumarent, non procul, sed propius viderentur. Quibus ego quasi verò procul non significet etiã non valde procul, & prope, ut eadem in ecloga.

Dumosa pẽdere procul de rupe videbo *& in Sile.*

Serta procul tantũ capiti delapsa iacebant.

& libro tertio Aeneidos.

Terra procul vastis colitur Mauortia campis.

Sit igitur per periphrasim expressius caminus, ut etiam periphrasi potius, quàm propria voce efferre uoluit Ludouicus Ariostus.

Non molto và che dalle vie supreme
De tetti vscir vede il vapor del fuoco.

Quòd uerò quidam probari dicunt huiusmodi spiraculorum usum non fuisse olim, quoniam Vitruuius, Iulius Pollux, & Marius Grapaldus de his non meminerint, dicimus primum Vitruuium neque etiam de Atticis columnis quadrangularibus egisse de quibus scripsit Plin. li. 36. cap. 23. deinde eos uel tanquam rem notissimam omisisse, uel cum de parte egerint fornace nempe, hypocausto, foco, aut eschari, quorum omnium genus est caminus, nomen generis satis esse putarunt ad indicandum locum, ubi accensus ignis fumum euomeret. Sic enim & nos Camini dicimus non modo prominentia è fastigio domus spiracula, sed etiam locum, ubi ignis accenditur. Sit igitur caminus non modo fornax, & focus sed ignis etiam, & fumi aestuarium. Sic enim etiam Delrius apud Senecam in Hercule furente explicans illud

Quam qui caminis ignis Aetneis furit.

caminis ora (inquit) uocat. est igitur hoc nomen à Graecis ad Latinos, & ab his ad nos non mutato nomine, usu,

& forma deductum, & quasi per manus traditum, ut tapetum, stomachus, camera, Octo, Pater, baiulus, à quo puerum ferentem nos Itali balium dicimus, & sexcenta alia.

Atlas cælum fulcire creditus. quorundam montium mira altitudo, nec tamen medium excedens aerem.
Saty. XIX.

APVD *Virg. lib. 6.* cælifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. *Aristotelesque Metaphis. 5. priscis illis, & rudibus mortalium sententiam fuisse ait cælum Atlantis sustineri humeris, quòd si ille se subduxisset, fore, ut è sublimi in terram decideret, idque non solum à poetis, sed à Phisicis etiam nonnullis creditum, & scriptum. Plutarch. de facie, quæ apparet in orbe Lunæ ait, Phænacem quendam metuisse, ne luna decideret in terram. De Atlante ob altitudinem dicto sustentasse cælũ Lucian. Plin. Solin. Pomp. Mela, Volaterranus, Liuius, Diodor. Lucanus, Val. Flaccus: Olympum Thessaliæ Plutarch. uocat aulam superum; in eius enim uertice, inquit Homer. Odyß. 6. nec uenti, nec niues, nec imbres sunt. quod & Philostrat. asserit de Imaginibus lib. 2. quare Lucanus* nubes excedit Olympus. *& Plutarch. in Paulo Aemylio, eo loco Olympus supra decem stadia assurgit. etsi quindecim millia elatus sit Vitellioni. Plin. & Solinus Aemum sex millia passuum altitudine elatum dixerunt, & Casius, quem Syna appellant sacri auctores, quatuor millia passuum est Alberto Magno; Athos uerò à Pom-*

à Pomponio Mela adeo elatus dicitur, ut credatur altius, quàm unde imbres cadunt surgere. capitque, *inquit,* opinio fidem, quòd de aris, quas in vertice sustinet, non abluitur cinis, sed quo relinquitur aggere manet. *Verum Hieronymus Cardanus de Variet. cap. 4. & Hieronymus Vielmius Episcop. Argolicensis Hexam. lect. 15. nullum montem medium aerem excedere inquiunt.*

Cerui velocissimi, An in Africa inuenti ab Aenea. litus quid, & unde dictum. Saty. XX.

VELOCISSIMOS *ceruos esse ex eorum auctorum liquet scriptis, qui alipedes eos dicere non dubitarunt. ut Lucretius.*

Naribus alipedes vt cerui sępe putātur. *& Catull.*
Flammea præuertens celeris vestigia ceruæ.
Virgiliusque non tantum uocauit leues.
Ante leues ergo pascentur in æthere cerui:
sed ceruam ab Hercule captam aeripedem uocauit lib. 6. Aeneid. Fixerit aeripedem ceruam licet, *per Synæresim, quam annum integrum secutus tandem delassauit, ut Diodorus lib. 5. Verùm uide, quid Græcia mendax audet in historia:* cerui enim caloris adeo sunt impatientes, adeoque calore fatiscunt, *inquit Xenophon de Venatione,* vt æstate stantes iaculis etiam confodiātur. *& Aristot. de histor. animal. lib. 6. cap. 2.* pinguescūt æstate supra modū, quamobrem nec currere quidem possunt, sed secundo, aut tertio cursu capiuntur ab ijs, qui pedibus

insectantur: *ne incredibilia habeas apud Pindarum de Achille interficiente ceruos sine canibus, dolosisque septis: pedum enim excellebat pernicitate; eademque sit causa, ut maxima maris spatia tranent gregatim capita imponentes praecedentium clunibus, vicibusque ad terga redeuntes, hocque maximè è Cilicia in Cyprum, ut Plin. lib.8. cap. 32. Solinus cap. 22. Aelianus lib.6. cap 16. ex Amano, & Carmelo Syriae montibus eos in Cyprum tranare ait, ex Epiroque Corcyram, ut mirum sit minus, si Aeneas septem interfecit Africano in littore. etsi Herodotus lib. 1. Aristot. de histor. animal. lib. 8. cap. 2. Aelianus apud Gyllium lib. 16. cap. 61. & Plinius lib 8. c. 33. ceruos in Africa nasci negent. Cum enim Aeneas aestate eo appulsus dicatur, longumque agmen pascere offendisset in littore, uerisimile est, tum fortasse illos cò tranasse, sicque poeta eorum natura spectata consilio, & prudenter confinxit ibi repertos, & interfectos in littore. etsi stultè id irrideat quidam interpres, quòd littus inquit herba careat; quasi uerò littus sit solum, ut inquit Imperator Inst. Ciuil. lib: 2.* Quantum hybernus fluctus maximus excurrit. *& littus etiam dici non possit terra littori proxima, qua ratione aer sexcentis in locis à poeta, & ab alijs dicitur aether, & caelum aer. Lucretius enim etsi inquit*

Et varię volucres nemora auia peruolitantes
Aera per tenerum liquidis loca vocibus opplent. *& lib. 4* Aera mulcentes motu. *noster tamen mutat à uicino uocans aethera lib. 7.* Aethera mulcebant cantu. *&* Obumbrant aethera telis. *& Lucretius ibidem.*

Consti-

Conſtituuntur in hoc cęlo, quod dicitur aer
Sic littus uocauit Maro libro quarto terram a mari remotam cui littus arandum,

Cuiq; loci leges dedimus; *quanquam ad contemptum dicere potuerit, eſt enim litos Græcè terra tenuis.*

Ferrum an notum antiquioribus contra Euſtathium, Lambinum, Pauſaniam, Magium, Iac. Mazzonium, & alios. Eburnus, & areus enſis qui expoſitus in Virgilio. Homerus, & Heſiodus quo tempore fuerint.

Saty. XXI.

SVNT *qui legant ſupra allatum locum cũ diphtõgo,* Fixerit æripedem ceruam licet: *nam non modò eam cornua aurea habere confinxerunt, vt Pindarus, Tzezes, & Callimachus, etſi ceruæ cornua eſſe neget Ariſtoteles, ſed æreos etiam pedes ei affinxerunt, appellaruntque Calcopedam. Et Auſonius in Grypho.* Vincunt æripedes cerui, *quaſi habentes pedes ſolidos, & indefatigabiles: nam ueteres ęreum pro inuincibili, & perpetuo accipiebant, quòd ęs rubigine non exedatur ut ferrum, quare Maro indicaturus templum Iunoni Argiuę à Didone conditum ad ęterniatem, ſępius idem uerbum repetit.*

Aerea cui gradibus ſurgebant limina, nexæque
Aere trabes, foribus cardo ſtridebat ahenis.

Ne diceres cũ interprete, uix alia re fieri potuiſſe, quaſi uerò ferri uſus eo tempore ignoraretur: nam quanquam etiam Magius lib.6. cap 3. arma antiquitus non ferrea, ſed ęrea,

sed ærea, aut etiam stannea ex eo conijciat, quòd Alcęus poeta, ęneorum tibialium, & ensium meminit apud Athenęum lib: 4. & Aristoteles in poet. Homerum Iliad. lib. 1. artificem æris pro fabro ferrario accipere scripsit, idemque aßeruit etiam Eustathius apud eundem, & Lambinus apud Lucretium libro quinto ad eum uersum.

Et prior æris erat, quàm ferri cognitus vsus.

& Pausanias in Lacon. inquiat. Nam si ad Heroicũ tempus respexisset Apollo per hominum perniciem accipiendum fuisset. & fuisse autem Heroum arma ex ære testatur Homerus, cum bipennem Pisandri, & Merionæ sagittas describit. argumento est etiam Achillis hasta Phaselide in Mineruæ templo posita, & apud Nicomedenses in Aesculapii fano Mēnonis ensis totus ex ære, cum hastæ illius ima tantum, & summa ærea sit cuspis: *non ideo tamen dicendum uidetur cum Iacobo Mazzonio lib. 1. cap. 24. in Danthem apud Virgilium semper appellari per anacronismum; neque ulli horum tibi persuadeant prudentissimi quanuis auctores Homeri tempore, aut heroum ferri usum non fuiße: sed fuisse potius rariorem, uelutique hodie etsi stomomate conficiantur gladij, & alia multa: ferri tamen nomine appellantur, sic olim etsi ferro quędam conficerentur, à re tamen copiosiore, & usitatiore nomen accipiebant. sic lib. 7.* micat æreus ensis, *idest ferreus, uel potius ex ære habens capulum, ut lib. x 1.* ensem collo suspendit eburnũ, *idest eburni capuli, ut apud Euripidem in Phęnissis nigri capuli ensem exponit Scholiastes, ensem cum capulo ex nigro oße, qualem gerebant inferioris conditionis homines,*

mines cum potentiores ex ebore conficerent. Pausanias autem notat arma ea ęrea tanquam rariora sua memoria, & animaduersione digna, ueluti etiam Dionysius Halycarnasseus lib: 4: clypeum, thoracem, ocreas, & arma omnia ex ęre classi primę data referens, reliquis non eadē materia confecta fuisse data ostendit. Vnam, inquit, selectam ex omni numero partem, cuius maximus census erat, nec minor centum minis in octuaginta centurias digestam arma habere imperauit, clypeum Argiuum, Loricam ex ęre, galeamque, & ocreas, tela, hastam, & gladium. nam profectò sic accipiendum est, cum Heroicis temporibus ferrum fuisse constet. Cyclopes enim, qui Aeneæ, & Vlyssis fuerunt temporibus ferrariam inuenisse fabricam leguntur, etsi Plinius lib. 7. ærariam uocet præmissis rationibus, & Hesiodus ferrum inquiat inuentum ab Idæis Dactilis, ut etiam Diodorus, qui id agnoscit in Phrygia, cum ille dicat in Creta, ut etiam Orpheus, qui id tribuit Curetibus. Herodotusque de Lychenūtio uno Spartiatarum, qui Orestis ossa quærebat ex oraculo, cum iste, *inquit*, in ærariam officinam venisset intuebatur ferrum, dum procudebatur, *Græcè sidiron uocant, cum æs dicant calchon. Quin Homerus odyss. 21. Penelopen, inquit,* ijsse in thalamum vltimum, Illic autem thesauri ei iacebant regis.

Aes, aurumque, multi laborisque ferrum.

Ad quem locum idem Eustathius, qui Iliados primo æs pro ferro ab Homero vsurpari notauit, tanquam eius immemor obseruat, non verum eße, vt semper Homerus æs pro ferro vsurpet, cum de vtroq. agat; quem uersum repetit etiam libro sexto. & septimo Iliados hoc leges sic reddi-

redditum ab Alexandro de Alexandro.

Vnde reportabant criniti vina Pelasgi
Aeris alij, atq. alij fulgentis munera ferri

Et Hesiodus apud Cælium lib. 19. cap. 10. Aere laborabant, nec dum ferrum erat nigrum. *Qui Hesiodus circa centum viginti annos distinctus fuit ab Homeri ætate, vt Velleius lib. 1. & Fuluius Vrsinus libro Elegiarum, & imaginum virorum illustrium, & litteratorum natus Olympiade prima annis sexaginta ante Romam, & si in hoc varient auctores. nam Cornelius Nepos Homerum ante Romam floruisse inquit annis centum sexaginta; Cassius verò Homerum inferiorem facit à Troia annis paulò plus CCLX: Velleius autē CCLXX. etsi Crates LXXX. circiter annis à Troiano excidio remoueat. Aristoteles verò CXL. tempore deductæ Ionum Coloniæ, Herodotus autem CLXXIII: & Gilbertus Genebrardus in Chronol. C. annis plus, minusue post bellum Troianum fuisse inquit. In Sacris verò litteris legitur, vt Tubalchainus fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri.*

Hydra fortitudinis Symbolum. Horatianus locus Pyrrhi dictum refert. Mira quorundam fortitudo. Sagittis pugnare ignaui, & timidioris esse. Virgilius, & Tassius expositi.

Satyr. XXII.

HYDRA *fortissimi hominis esse potest hyeroglíphicum: vti enim duplicabat colla illiusmodi cerastes, sic vir fortis cadere nescit, & vt ferrum cote acuitur, sic*

itur, sic ille ærumnis insurgit fortior. Certè huic Lerneæ Hydrę Romanos comparat Horatius lib. & ode. 4.

Non Hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem.

spectans ni fallor illud Pyrrhi dicentis sibi videri susceptam pugnam cum Lernea quadam Hydra, cui capite vno resecto aliud, aliudq; duplicaretur, & accresceret: neq. hinc longè abest, quod de M. Marcello dicere consueuit Annibal, hic enim cum priore die victus ab Annibale fuisset, prgliumq. integraret exclamauit Annibal, cum eo nimirũ hoste res est, qui nec bonam, nec malam ferre fortunam potest. seu vicit ferociter instat victis, seu victus est, instaurat cum victoribus certamen. *Talem se præbuit M. Sergius, qui ter, & vicies vulneratus amissa dextra manu, vno die quater pugnauit, & vicit sinistra; ab Annibale bis captus refugit ruptis compedibus, cathenisq. Cãnensi quoq. prelio solus recepit coronam, idem sibi fecit ferream manum, eaq. religata duodecim castra hostium in Gallia cœpit. Attilius etiam vnus è Cæsaris militibus nauali apud Massiliam prelio, hostilem ingressus puppim abscissa ei gladio dextra vmbonem sinistra retinuit, eo vsq. hostes vultu obterrens, vt prostratis omnibus nauem victor occuparet vt testatur Plutarchus in Cæsare, & Valerius. L. etiam Glaucus uir nobilitate conspicuus in bello, quod gestum est contra Asdrubalem duce Metello fugientem Annibalis nauem vna manu detinebat, qua excisa, altera detinuit, quam etiam amisit. Cynegium etiam in classe Persarum in præfecti naue detinẽda idem passum esse ait Plutarchus, sed is dentibus nauem detinuit, fuitq. Athe-*

niensis

nienſis vt Valerius ; in quos conueniunt verſus illi Maroniani lib. XI.

Bellum importunum ciues cum gēte deorum,
Inuictisq. viris gerimus, quos nulla fatigant
Prœlia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro.

Hydram verò ab Hercule victam, etſi Græci omnes prędicant; neſcio tamen cur hac de re agens Maro in collatione Auguſti cum Hercule dixerit.

Nec verò Alcides tantum telluris obiuit,
Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erimāthi
Pacarit nemora, & Lernā tremefecerit arcu;

minus eſt enim terrefacere, quàm contundere, quod dixit Horat. diram qui contudit Hydram. *niſi dicas, cum arcu ferire non haberetur heroicum, ſic de Gręcorum heroum principis laude detractum fuiſſe, vt maior illius acceſſio fieret Romano: nam etſi apud Senecam in Hercul. Oetæo act. 5 dicatur.* has enim *(Sagittas)* nunquam irritas.

Mittes in hoſtem, ſiue de media voles
Auferre volucres nube, deſcendent aues,
Et certam prædam tela de cælo ferent:

Lycus tamen apud Euripid. in Herc. furent. hanc ſagittandi peritiā crimini tribuit: de Hercule enim ſic loquit.

Neq. venit prope haſtā, ſed arcū habens [erat.
Ignauiſsimum armorum genus, ad fugā paratus
At viri fortitudinis inditium eſt non arcus,
Sed qui manens aſpicit, & viciſsim intuetur
Haſtę velocis ſulcum in acie conſtitutus.

Itaq. apud Ariſtophanis Scholiaſtem ars ſagittandi, vt carnificina culpatur, vt etiam apud Philoſtratum in Heroicis,

roicis, & Dionem Chrysostomum ignaui militis opus appellantem; hincq. fortasse Maro Acestem in iaculando non victorem fecit, sed solum exortem ferentem honorem. Hanc sagittãdi peritiã videt irrisisse Turnus in Troianis.

Et nos tela manu, ferrũ haud inutile dextra
Spargimus. *& lib* X. quib⁹ est iustę Mezentius irę
Non vlli est animus stricto concurrere ferro,
Missilibus verùm longè, & clamore lacessunt.

Ideoq. prudens poeta Camillam bellatricem quanquam dixerit, eam tamen sagittis potius, quàm gladio pugnantem facit. Quamobrem Sophocles ne quid de Herculis virtute diminueret, ei non modò arcum, sed etiam clauã tribuit, & hastam in Trachinÿs. & apud Homerum Areïthous laudatur cognomento clauarius, quoniam non arcubus pugnabat, lanceaq. longa, sed ferrea claua rumpebat agmina: alicubique legere memini culpatos, credentes sua vulnera ventis; *hincq. reor factum, ut apud Tassium Guglielmus arcum abÿciẽs dixerit.* la giù rimanti

Che non fia che per te gia mai mi uanti
& lib. 15. *Sic secum quærentem facit Clorindam*
Io questo è il sommo pregio, onde mi vanto
D'alto rinchiusa oprai l'arme lontane,
Sagittaria [no'l nego] assai felice;
Tanto sol dunque à donna, e non più lice?

Augusti

in partes diuidi non possit. Verùm id poeta, ut pleraque alia ex vulgi retulit opinione, remotissima extra orbis terrarum limites esse dictitantis, sic Britannos procul hinc remotos vltimos orbis dixit Horat. Serues iturũ Cæsarem in vltimos orbis Britannos: *& Virg.* Et penitus toto diuisos orbe Britannos. *& Seneca in Medea act. 2.* venient annis

Sæcula seris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Typhisque nouos
Detegat orbes, nec sit terris
Vltima Thule.

spectans illud Maronis Geor. 1. tibi seruiat vltima Thule: *quare partem eam nouum orbem dixerunt, unde illa leguntur*

Et penitus nostro diuisa Britannia cælo.

idque olim dixi de Pompeio ex vulgi sententia

Sic magnus quondam Pompeius Romula vasto
Aequore signa ferens, pyratas dispulit omni
Littore turbatos profugos trans limina vasti
Romani Imperij, profugos trans limina mundi.

& de Germania Albinouanus

Et si quid miri vidit in orbe nouo. *& ibidem.*
Et modo Germani Romanus cognitus orbis.

& Claudianus ex vulgi opinione dixit sunt altera nob.
Sidera, sunt orbes alij: *ne dicam prædiuinasse siderum oppositiones, & coniunctiones, crucesque in orbe, quem hodie nouum dicunt, spectari maiores in cælo, & speciosiores. Sic Auitus Declamat. apud Senecam Suasor. 1. fertiles in Oceano iacere dixit terras, vltraque Oceanum rursus alia littora, alium nasci orbem. & pre-*

terea non ignorabat, quæ multorum mentibus insideret sententia, loca multa reperiri nobis incognita: sic enim Cicero Tusc. lib. 1. inquit. globum terræ eminentẽ è mari fixum in medio mũdi vniuersi loco duabus oris distãtibus habitabilẽ, & cultũ, quarum alterã, quam nos incolimus, sub axe posita sit ad septem stellas; altera Australis ignota nobis, quã vocant Greci Antaxona. *& Aristoteles de admiran. audition. narrat à Cartaginensibus extra Herculis columnas vastam insulam inuentam, fructibus copiosam, crebròque ab ijs, & tandiu frequentatã, quoad capitale edictum promulgatum fuit, ne quis amplius eò accederet, quòd Cartaginis imperium diminui suorum iactura vererentur. sic multa Plato in Timæo de Atlanticis insulis. Diodorus Siculus insulas meridiẽ versus in Oceano fortuitò inuentas asserit, & quædam ijs similia, quæ nostri de insulis recens inuentis scribunt. & Aristoteles lib. de mundo, huic ingenti insulę, quam incolimus, plurimas alias partim maiores, partim minores longissimis Oceani spacijs disclusas, & nobis ignotas, oppositas esse scribit. Videndus etiam Plato in Phadone. & Aelianus de relatis à Sileno: quin Diuus Clemens D. Petri discipulus,* Oceanus inquit, & mundi, qui trans ipsum sunt. *Ex quibus omnibus non nostris solum temporibus ad ea loca hinc nauigatum eße credibile est, cum prȩsertim locupletissima afferantur testimonia in amplissimo regno, quod Chinę dicunt, Aristotelis, & Platonis iam diu olim fuisse opera, & imprimendi litteras rationem multò antè, quàm apud nos fuerit. nostri enim Ioanni Cuthenbergo Teutoni tribuunt Romam, & in Italiam delatam anno*

Domini

Domini MCDLVII. vt Polydorus Virgilius de inuent. rerum. Vt demum remotissima ea loca varijs temporibus à nostris inuisa, & sæpe nauigationem tam diuturnam, & longinquam intermissam fuisse credibile sit. ideo enim in vrbe, ijs in regionibus Imperiale dicta, multis in domibus nobiliorum lapidibus vetustis impressæ bicipites spectantur aquilæ: tanquam si ibi Romani habuissent imperium. Et benedictus Arias suæ Geograph. proem. multis probat argumentis regionem, quam hodie Peru *dicimus, auri maximè feracem; Salomoni notam fuisse, quam Ophir dicebant, Iosephusque auream terram vocat.*

Correctio in oratione cur fiat. quæ seruanda in viro eligendo; Palinurum Homerico Vlysse melius seruasse sidera. De Pleiadibus, & Hyadibus. Horatius expositus, lapsus Mazzonij.

Saty. XXIIII.

PROXIME allata *Virgilij verba* extra anni, solisque vias, *ad correctionem addita vult Seruius: nulla enim tellus est, quæ non subiaceat sideribus. Correctione verò in loquẽdo vtimur, cum vel plura diximus, quàm par est, vel cum pauciora. Cicero ad Brutum.* Claudius valde me diligit, vel ut emphaticoterō dicam valde me amat. *& lib.* 13. vt scires eum à me non diligi solum, verùm etiam amari. *& lib.* 7. nihil est quod studio, & beneuolentia, vel amore potius effici non posit. *Vel nos corrigimus, quòd nimis dixisse videamur. idem in Verr.* homo qui

terea non ignorabat, quæ multorum mentibus insideret sententia, loca multa reperiri nobis incognita: sic enim Cicero Tusc. lib. 1. inquit. globum terræ eminentẽ è mari fixum in medio mũdi vniuersi loco duabus oris distãtibus habitabilẽ, & cultũ, quarum alterã, quam nos incolimus, sub axe posita sit ad septem stellas; altera Australis ignota nobis, quã vocant Græci Antaxona. *& Aristoteles de admiran. audition. narrat à Cartaginensibus extra Herculis columnas vastam insulam inuentam, fructibus copiosam, crebròque ab ijs, & tandiu frequentatã, quoad capitale edictum promulgatum fuit, ne quis amplius eò accederet, quòd Cartaginis imperium diminui suorum iactura verentur. sic multa Plato in Timæo de Atlanticis insulis. Diodorus Siculus insulas meridiẽ versus in Oceano fortuitò inuentas asserit, & quædam ijs similia, quæ nostri de insulis recens inuentis scribunt. & Aristoteles lib. de mundo, huic ingenti insulę, quam incolimus, plurimas alias partim maiores, partim minores longissimis Oceani spacijs disclusas, & nobis ignotas, oppositas esse scribit. Videndus etiam Plato in Phædone. & Aelianus de relatis à Sileno: quin Diuus Clemens D. Petri discipulus,* Oceanus inquit, & mundi, qui trans ipsum sunt. *Ex quibus omnibus non nostris solum temporibus ad ea loca hinc nauigatum eße credibile est, cum prẹsertim locupletissima afferantur testimonia in amplissimo regno, quod Chinę dicunt, Aristotelis, & Platonis iam diu olim fuisse opera, & imprimendi litteras rationem multò ante, quàm apud nos fuerit. nostri enim Ioanni Cuthenbergo Teutoni tribuunt Romam, & in Italiam delatam anno*

Domini

Domini MCDLVII. vt Polydorus Virgilius de inuent. rerum. Vt demum remotissima ea loca varijs temporibus à nostris inuisa, & sæpe nauigationem tam diuturnam, & longinquam intermissam fuisse credibile sit. ideo enim in vrbe, ijs in regionibus Imperiale dicta, multis in domibus nobiliorum lapidibus vetustis impressę bicipites spectantur aquilę: tanquam si ibi Romani habuissent imperium. Et benedictus Arias suę Geograph. proem. multis probat argumentis regionem, quam hodie Peru dicimus, auri maximè feracem; Salomoni notam fuisse, quam Ophir dicebant, Iosephusque auream terram vocat.

Correctio in oratione cur fiat. quę seruanda in viro eligendo; Palinurum Homerico Vlysse melius seruasse sidera. De Pleiadibus, & Hyadibus. Horatius expositus, lapsus Mazzonij.

Saty. XXIIII.

PROXIME allata Virgilij verba extra anni, solisque vias, *ad correctionem addita vult Seruius: nulla enim tellus est, quę non subiaceat sideribus. Correctione verò in loquẽdo vtimur, cum vel plura diximus, quàm par est, vel cum pauciora. Cicero ad Brutum.* Claudius valde me diligit, vel ut emphaticoterõ dicam valde me amat. *& lib. 13.* vt scires eum à me non diligi solum, verùm etiam amari. *& lib. 7.* nihil est quod studio, & beneuolentia, vel amore potius effici non posit. *Vel nos corrigimus, quòd nimis dixisse videamur. idem in Verr.* homo qui

& amari, & diligi posſit. *& lib. 6. ep. 12.* Angoris, & doloris tui leuandi cauſa. *& ep. 13.* pietas, & amor in te ſingularis. *& ep. 14.* ſingularis pietas, amorque fraternus. *& lib. 13. ep. 78.* colit, obſeruat, & diligit. *Arioſt.*

E chi m'hà in odio voi ch' adori, & ami,

vt ſi. dixiſſet, niſi adorem, ſaltem amem. ſic apud Virg. 1. Aeneidos

Incute vim ventis, ſubmerſaſque obrue puppes,
Aut age diuerſas, & diſijce corpora ponto. *cum enim nimis petijſſe in ijs videri poßet,* ſubmerſas obrue puppes, *molliuit, & correxit addendo* Aut age diuerſas, *& tanquam correctionis poenituiſſet ſubdit,* & diſijce corpora ponto. *Duobus enim modis, inquit Iſidorus, deletur exercitus, aut internecione, aut diſperſione. Saluſtius hoſtes oppreſſi, aut dilapſi forent. Internecionem indicauit ibi* Submerſas obrue puppes. *Diſperſionem* Aut age diuerſas, & diſijce corpora ponto. *Idem auctor quatuor ſeruanda in viro eligendo Virtutem, nobilitatem, pulcritudinem, ſapientiam ex his carminibus Virgilianis colligit Aeneid. 4.*

Quem ſe ſe ore ferens, q̃ forti pectore, & armis,
Credo equidem, nec vana fides, genus eſſe deorũ
Degeneres animos timor arguit, heu quibꝰ ille
Iactatus fatis, quæ bella exhauſta canebat.

ſed ego commodius, & aptius hęc colligo ex his

Multa viri virtus animo, multuſque recurſat
Gentis honos, hærent in fixi pectore vultus,
Verbaque. *in quo, vt perſtem in incoepto, non tantum oratio decreſcit, ſed quatuor in viro eligendo ordine*

ſeruanda

seruanda monet. Primum virtutem Multa viri virtus animo. *Generis nobilitatem*, multusque recursat Gentis honos. *pulcritudinem*, hærent infixi pectore vultus. *est enim corporis pulcritudo animi, & cuiusdam diuinitatis Symbolum. eloquentiam, vel sapientiam*, Verbaque, *in quo seruatum præpon, & decorum in mulieribus, quæ virtute, & generis splendore neglecto, pulcritudini se addicunt, & verbis alieno lenocinio fucatis. hæc extremo loco posuit, vt quibus se decipi sciuerat. Itaque non mirum, vt sibi ea data doleat*, en dextra, fidesque. Quem subijsse humeris confectum ætate parentem &c. *libro verò tertio cum de Palinuro dixisset*

Sidera cuncta notat tacito labentia cælo.

se corrigens addit quæ sidera notarit

Arcturũ, pluuiasque Hyadas, geminosq; triones, Armatumque auro circunspicit Oriona. *imitatus Homerum, qui dixit*

Lætus vela facit, clauo, nauemque gubernat,
Nec sinit illapso torpescere lumina somno
Pleiadas, seroque recondentem ora Bootem
Suspectans, Vrsamq; alio cognomine plaustrũ
Cũctatur quę inibi (nec nõ obseruat Oriona)
Expers quæ oceani semper stat sola lauacri.

sed obserua, *inquit Macrobius*, vt Græcus semel intuetur Pleiades in Australi regione, semel Bootem, & Arcton in septemtrionali; *sed malè, & falsò: nam etiam Orionem suspicit Australe signum, quod mirum est, cum non vidisse, cum Grecos versus ex Homero attulerit: sed tamen adhuc etiam prudentior, &*

diligentior noster: Arcturum enim suspicit ad septemtrionem, pluuias Hyadas ad Austrum, geminos Triones iterum se reflectens ad Septemtrionem, armatumque auro Oriona iterum ad Austrum: quare signatè dixit Circumspicit. *nec omittam Græcum spectare Pleiadas Boreales, etsi Coriolanus Martyranus Hyadas etiam adiungat in his* astraque seruat

Summa vigil Pleiadas, Hyadasque, Arctonque coruscam. *quoniam ad septemtrionem magis cursum dirigebat: sunt enim in Tauri dorso. vnde Aratus sexto Auieno interprete* Pleiades femoris pariter sub fine sinistri. *ubi Scholiastes.* hæ in Tauri dorso collocatæ continuò saltare, & choreas ducere visuntur, *quod adderem conuenire cum illo Callimachi* Pleiadum spisso cur coit igne chorus. *& Horat. li. 4. ode. 14.* Pleiadum choro scindente nubes. *ea ratione, quia inter se conglomeratę sunt, quare Manilius uocat glomerabile sidus. de his Hyginus poet. Astron. de Tauro agens.* Inter huius finitionem corporis, & Arietis caudam stellę sunt, quas Vergilias nostri, Gręci autē Pleiades appellauerunt: *ut uideas à Mazzonio lib. 3 cap. 31. ci falsò affictum, ut existimarit Pleiades esse in capite Tauri, & Hyades in corpore: nam idem Hyginus inquit ibid.* Habet autem in cornibus singulas stellas, sed in sinistro clariorem; vtrisque oculis singulas; in fronte media vnam; ex quibus locis cornua nascuntur singulas; quæ septem stellæ Hyades appellantur, etsi nonnulli quas duas diximus nouissimè, stellas negauerunt esse, vt omnino Hyades essent quinque.

quare

quare etiam Cæsar Germanicus

Et caput,& patulas nares, & cornua Tauri

Fronte micant Hyades &c. *de quibus Apollodorus, Proclus, Hesiodus, Museus, Apollonij Scholiastes. Ad has Australes nauigat Aeneas ex Epyro in Italiam tendens.*

Sæuus, Horrendum, sacrum, sanctum pro magno. Virgil. Plautus, Catullus, Ouidius expositi. Notati Tassius, & Carus. Saty. XXV.

SAEVVM *pro crudeli dictum norunt omnes. Horatius lib.1.od.12.* sæuis inimica virgo Belluis, *pro magno multi.* sæuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector. Aeneas maternis sæuus in armis: *sed rei rationem, & Metaphoræ originem, & causam fortasse norunt pauci. Sæuire igitur propriè dicuntur vrsi, ut Aelius Spartian. in Geta: quod spectans Maro libro 7.* atque in præsepibus vrsi Sæuire *idque tum maximè faciunt, cum sublatis anterioribus pedibus irruunt in aduersarium, ut sic terreant magis, eò se ostentantes grandiores. sicq; certè* sæuum Aenean agnouit Turnus in armis; *id est eorum causa formidabiliorem se præbentem, maioremq; terrorem incutientem; ideo enim lib.10.* clypeumque sinistra Extulit ardentem. *Idem spectauit Metaphoræ etymon de extollente se in sublime è maris undis sole.*

Et me sæuus equis Oriens afflauit anhelis

& Plautus in Mercatore. Video me ad saxa ferri sæuis fluctibus, *se quippe attollentibus: nec aliud credo*

sibi uoluisse Stratillacem in Trucul.

Nimiò minus sæuus iam sum Astaphiū quàm fui,
Iam non sum truculentus noli metuere.

quare meritò ueteres Grammatici apud Terentium, truculentus, & sæuus qui terret. *Quin eadem re spectata, Aeneam sæuissimum appellat Mezentius lib.* 10. *non ideo quidem, quòd filium interfecisset: nam ea fuit belli sors; nec quòd in eum mortuum sæuisset: nam eo etiam cadente* Ingemuit grauiter miserans, dextramque tetendit: *sed quoniam Aeneas uiso Mezentio, Iouem, & Apollinem precatus beneficij loco habere ostenderat, quòd secum Mezentius congredi uellet; sic in eo, quòd latum præbebat precando, ut congrederetur sicq; fortiorem & horribiliorem se ostendens, terrebat magis referente poeta.*

Aeneas, agnouit enim, laetusque precatur,
Sic pater ille hominum faciat, sic altus Apollo,
Incipias conferre manum.
Tantum effatus, & infesta subit obuius hasta:
Ille autem, quid me erepto sæuissime nato
Terres? *idest fortissime erepto nato huius caede te horribiliorem uenditans: nam ideo subdit*

hæc via sola fuit, qua perdere posses;

mihi nempe animum adimens eius iactura consternato, & præ nimio dolore apud me non consistenti, ex quo tu tibi animum facis, & auges; quare in hoc non arridet Tassius uertens:

Crudelissimo dice in qual periglio
Voi spauentarmi, hor che m' hai tolto il figlio?

Et si ipse etiam Ricardum non crudeliter quidquam dicentem

centem, sed solum optantem eius congressum ostendat. nec item placet interpres Anibal Carus

Ah dispietato. A che minacci
Già che morto è'l mio figlio? *diceremus nos huiusmodi homines.* Ah brauaccio. ah tremebondo. *quaque ratione sanum pro magno dixerunt, eadem videri potest dictum etiam Horrendum, sacrum, & sanctum. De vrbe Roma Horatius.* Horrenda latè nomen in vltimas extendat oras, *de Sybilla Virgilius* Horrendęque procul Secreta Sybillę: *maiorem siquidem visam fuisse dixit, arrectisq; horrore comis, vt etiam appareret maior, necesse erat. sic & sacrum pro magno est. ut sacra anchora maior est. & coxendicis summa ossa sacra uocant Chirurgi. sic Lucifer, qui apud Valerium Flaccum lib. 7.*

Laudatur Veneri, & certat maioribus astris
apud Virgilium lib. 8. Extulit os sacrum Cælo. *quod alibi sanctum dixisse uideri potest eadem significatione lib. 2.* & sanctum Sidus adorat *& lib. 4. in precibus Aeneæ ad Mercurium.* Sequimur te sancte deorum, *idest magne. & Catullus de Cupidine*

Sancte puer curis hóminum qui gaudia misces.
& sanctum vocat, idest magnum

Quód paruus quãquam, maxima queque domat.
Sanctius his animal, mentisque capacius altæ
apud Ouidium lib. 1. Metam. homo est maius, & egregiũ miraculum vocatus à Trimegisto: nam bruta omnia religionis sunt expertia. Et Turnus ibi.

Sancta ad vos anima, atque istius nescia culpæ
Descendã, magnorũ haud vnquã indign⁹auorũ.

non se

non se de uitę puritate commendat, sed apotheosim, ut Inachus, Acrisiusque, & alij maiores sui se meriturum ostendit. utsi dixisset illud Didonis Magna mei sub terras ibit imago.

Tygres, panthera, lynces indifferenti ratione dictæ.
Satyra. XXVI.

AVGVSTVS *Baccho, uel Libero patri, qui primus ex Indis triumphum duxit albo elephanto uectus confertur in his à Marone lib.6.*

Nec qui pāpineis victor iuga flectit habenis
Liber agens celso Nysę de vertice tigres.

ubi non dubitauerim sub Liberi facto illudi M. Antoniū in gratiam Augusti, qui eum uicerat. Velleius enim ait Antonium nouum se Liberum patrem appellari iussisse, cum redemitus hederis, coronaque ornatus aurea tyrsum tenens, cothurnisque succinctus curru, uelut Liber pater, uectus esset Alexandriæ, sicque coronatus spectatur in argenteo, quare poeta tanquam aliud agens id carpit gratificaturus Augusto; nam alioquin hominem Deo anteponere non licuißet.

Bacchus uerò uini auctor fuisse dictus est, ubique curru à Tigribus, aut pantheris, quare in antiquissimo nummo, & argenteis Philippi iuuenile caput est Liberi hedera redemitum, ab altera parte panthera, & Tyrsus, ut etiā in plerisque Galieni Tigridis nota est litt. Libero patri Cos. Aug. *& in æneo Antonini Caracallæ præter cætera nudus est Bacchus pueri forma ad pedes pantherem habēs, ut in nummis Neronis Bacchi currus ducitur*

à panthe-

à pantheris, quem Satyri & Bacchantes comitantur. Propertius tamen lynces eius vxori tribuit.

Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis. *& Virg. Geor. 3.* Quid lynces Bacchi varias? *Horatius uerò lib. & od. 3. ei dat Tigres*

Hac te merentem Bacche pater tuæ
Vexere Tigres indocili iugum
Collo trahentes. *& optimè inquit indocili: mansuescere enim difficillimè solet Tigris, summittitque potius feritatem, quàm exuat, inquit Seneca epi. 81. & si Martialis li. 1. Domitiano cicurem fuisse ait, à qua necatus est Leo. Solymanoque Turcarum Imperatori olim erat. quę tantum mandragora obsopita tractabatur, ut uideas lynces, pantheras, & Tigres indifferenti ratione dictas propter pellium similitudinem: sic enim eorum quæ aliqua parte inter se conueniunt, alterum pro altero appellare consueuerunt de quo Saty. xiv. Cent. 1.*

Copula praui soni in quo vitanda, Vindicatus in hoc Maro, & Cicero à Iac. Pontani Calumnia.
Saty. XXVII.

ILLVD *poetæ Ae. 2.* iuuat ire, & Dorica castra. *laudari non posse inquit Iacob. Pontanus: geminata enim syllaba, ca, quid efficiat, diuinatione haud opus. Verùm ò lautè nimis, Virgilius, quo nemo purgatiores vnquam aures habuit, eandem geminationem non euitauit etiam alibi; in Georgicis enim habes.* glauca canentia fronde salicta. *Tertio Aeneid.* Tres adeo incertos cæca caligine soles. *&* Achaica

castra li-

rum corruptores audiuntur circunforanei, & sæpius per imprudentiam, & fatuam negligentiam ijs intercidentia, qui pro rostris declamant sacris.

Aureus ramus, & uellus aureum, priscum, & recens quid. chimica delusa. aurum sapientiæ index.
Saty. XXVII.

A*VREO. ramo, qui parandus fuit Aeneæ accessuro Elysium prudentiam indicari omnes asserunt, paratu quidem difficillimum, quoniam in delectu bonorum, & malorum consistit apud M. Tullium, multaq; sunt boni faciem præbentia, nosq fucata sua specie decipientia, ut hamus pisces, itaq meritò inquit Boethius Seuerinus lib. 1. Met. 5.* Latet obscuris condita virtus Clausa tenebris. *quare de eadem prudentia ea olim sunt à nobis ficta.*

Limen ceu quartum vigilanti lumine seruat
Prudens docta manu legere è fœtentib. her-
Lutea odora, rosasq; vnà de sentib asperis.[bis
Lilia nanq. legit tanquam pia sponsa relicto
Gramine, spinosas curas sic inter agendum
Hęc prudens docet &c.

Quòd verò Baptista Campofulgosus li. 1. iuxta Firmium Pannoniæ oppidum in uitibus capreolos verè aureos repertos esse, ex ijsque nummos confectos, eosque præstantes multos vidisse viros asserit, & Domitius Brussonius in hortis Hesperidum arbores fuisse dicat frondenti metallo, & aureis fructibus de quibus Boeth. Metro. 8.

Poma cernenti rapuit draconi

Aureo

Aureo læua grauior metallo *&c. mihi quidem neque is, neque quiuis alius tam prudens auctor hoc persuaserit Græcæ simillimum historiæ, putanti aurea illa mala ea esse, quæ hodie dicimus* Aranci, *arbore æs, flore argentum, fructu aurum referente prudentiæ Symbolum. Sic prudentiam indicauit aureus ille ramus, quo pastor ille donatus fuit in Parnasso à Musis apud Lucianum Dial. in indoctum. idem significat ille, Ouidij Metam. libro* 15.

Fulgentem ramum silua Iunonis Auernæ
Monstrauit. *Idem spectauit Boethius lib.* 3. *met.* 8.
Non aurum in viridi quæritis arbore.

Idemque significasse censuerim quam Catullianis dicam versibus Delecti heroes Argiuæ robora pubis
Auratam optarunt Colchis auertere pellem.

etsi Appianus in Mitridat. dicat In Caucaso multi sunt fontes ferentes ramẽta auri minutissima, & ob id parum conspicua. Accolæ verò vellera villosa in riuos demergunt, & ita aureas arenulas his inhærentes colligunt, *& fortasse tale fuit illud inclytum Aete tergus aureum. Quod & Strabo etiã asserit lib.* XI. *Quanquam vt ignem igni adderent Chimicæ artis studiosis, ad rem hactenus frustra pertentatam, & incassum penitus pertentandam eos inflammarẽt magis, Vellus illud aureum rationem auri conficiendi quidã monstrasse dixerint, membranam scilicet huiusmodi artẽ complectentem, quod & apud Apollonij Scholiastem, & Suidam leges, qui libellum ex membranis cõfectum fuisse asserit, qui rationem auri fundendi, vel effudendi potius traderet, quòd quippe Orpheus de herbis, & nonnullis*

egat

agat fructicibus, quos ab hac arte nonalienos prædicant artem hanc perpetuò ignoraturi: qua quidem re eos deceptos non miror, cum inter recentiores, cui libellum de re simili edidit, dum cælum Philosophorum inscripsit, idem imposuerit: dum enim in eo de Sole, Mercurio, Luna, planetisq; ijs suis eum agere verè crediderunt, ex libri Epigraphe doceri potuerunt, cum de Clibano, vel furno eo agere, de quo Maro Ecloga. 3.

Treis pateat Cęli spatium non amplius vlnas.

Stultè enim se, & sua perdentes Hypponis sentẽtiam anteuertunt, qui cęlum clybano, & homines carbonibus in eo coctis, & tandem in cinerem resolutis comparat. Sic virtutis Symbolũ fuit aurei illius arietini capitis gestamen, quo Sapor Persarum rex delectatus dicitur ab Ammiano Marcellino, quale hodie etiam referunt Christiani quidam Reguli ab Hispaniarũ Rege omnium maximo Philippo decorati, qui. V. à Carolo Burgundiorum duce huius insignis auctore hodie præstantissimę huius Societatis, quam ideo ea lingua dicunt del Tosone *Princeps est, & pręfectus omnium ornatissimus, de quo præter cætera ea sunt nostra in Epitymbio Serenissimæ Victoriæ Pharnesiæ.* & quæ velleris aurei

Virtutis veræ custos acerrimus ipse
Virtuti sacrat regum Rex maximus, vno
Hesperus inuictis armis, regnisque potentem
Quo nullum magis aspexit. Phaetonte calentes
Diuerso, populique alio sub uertice cæli
Innumeri quem iure colunt: qui iungit Eoa
Occiduis prope regna plagis. Insigne ferentem
Quòd natũ in patriã sic es complexa micantem

Ceu

Ceu quondam Oetæo reducem sub vellere codē
Felicem natum felix exceperat Aeson,
Spectādum aut qualem simili gestamine magnū
Ammonem Aegypti regem Tyrinthius heros
Accepit: qualemque suum sub vellere, & auro
Persæ olim Saporem viderunt sæpe nitentem.
Namque hæc virtutis cum sint gestamina veræ,
Quæ renouata prior sub luminis edidit auras
Carolus armipotens Burgundus, Carolus isti
Austriadæ quintus pater, hæc qui præmia soli
Debita virtuti persoluit, gaudia pectus
Cæperunt meritò Argoo de Robore lectum
Spectantem natum nil iam virtutis egentem,
Sed decus augentem potius splendoris auitæ
Stirpis, & Hesperios proceres sic inter euntem
Lucifer aurato qualis procedit Olympo.

Socratesque etiam, vt eò redeat, vnde discessit oratio, apud Platonem in Phaedro cum inquit, tantum mihi sit auri, quantum nec ferre, nec ducere queat alius,, nisi sit temperans, *huiusmodi prudentiæ, sapientiæque magnitudinem exoptat, & diuinitatis notitiam ex Coelij sententia lib. 7. c. 24. & lib. 30. cap. 37. quo auro ab Hebræis Aegyptios spoliatos legimus, & ꝑ ignitum nos emere hortatur D. Ioannes. Aristot. in Politicis apud eundem quibusdam in vitam prodeuntibus aurum, nonnullis argentum, artificibus, & agricolis aes, & ferrum defundi dixit.*

Dixisses saltem multis pro diuitiis auri
Munere fundendas spumas hoc tempore plūbi.
Felix, ò nimium felix, cui contigit auras
Carpere

Carpere vitales Macedum sub rege, referre
Debita consueuit semper qui præmia Musis:
Nam si nunc esses.

Horatij locus expositus per nummos, & lapillum signatorium. Venus Amorum mater. Asini cur imolati Marti, clamor in bello quid proficiat. Latinæ linguæ fugientis, & se corrumpentis initia. Saty. XXIX.

CVM Philostratus inter se amores ludentes faciat, seq; malis sub arbore impetentes, ideo existimabam dixisse Horatium lib. 1. od. 2. de Venere

Quam iocus circum volat, & Cupido.

vt Iocus pro vno Cupidinum esset, nam etiam ab Ouidio dicitur geminorum mater amorum, nec ignorabam Erotis, & Anterotis Fabulam; uideramque etiam Seleuciano in nummo æreo Gordiani Venerem nudam pomum sinistra tenentem, dextra pudenda contecturam utrinque duos alatos habẽtem Cupidines faces manibus gestantes. in argenteoque item Augusti duos alatos Cupidines Veneris currum ducentes litt. L. Iulij L. F. *sed cum in Morauia Germaniæ Prouincia in Coenobio Ritisich iuxta Olmunt. Quintili mense M D I V. signatoria reperta sit gemma, in qua Venus nuda, alata, coronata, musico personans instrumento, ei simillimo, quam vulgò harpam dicimus, ante adstantem alatum habẽns pueruin simulacrum habentem personati capitis velati, discriminatis crinibus, litteris* IOCVS, *sit vt credã, vel hinc Horatij locum, vel ex Horatio expressum Lapillum. De geminis*

eiusdem filijs Arnobius lib. 3. Martem ipsum ponemus in medio, & speciosam Cupidinũ matrem, ex quibus vnum præficitis prælijs, amoribus alterum, & cupiditatis ardori. *de quo bellorum præside arma pro ludo, vt Venus Iocum pro vno Cupidinum habente, ibidem Horatius*

Heu nimis longo satiate ludo

Quem iuuat clamor *clamore enim terrentur hostes, quare apud Dionys. Halycar.* plerique primo statim Romanorum incursu consternati, clamoreque, & strepitu armorum perculsi effusa fuga repetiuerunt mœnia *& lib.* 7. quos vt pugnare paratos animaduerterunt barbari, magno vlulatu more barbarico eos inuaserunt nullo ordine permixti pedibus equites: *quare Virgilius etiam.* Insequitur clamorque virum, clãgorque tubarũ. *Quamobrem forsan eidem à Scythis imolabantur asini, vt à Caribus Canes, Ut Apollodorus apud Arnobium lib. 4. si tamen verè scripsit Apollodorus: nam Scythis Asinos non fuisse inquit Herodotus, quin insolito eorum ruditu equos Scytharum consternatos sæpius auertisse se in pugna, & à Dario lib. 4. victos asserit, quod si sit incredibile, hoc fiat minus, quod in Historia Miscella de rebus sub Mauritio Imperatore gestis legitur, iumento quodam lapso, clamante quodam, Torna, Torna frater, vniuersas copias in ambiguo illo, & tam ignorato Uerbo fuisse versas in fugam. vnde initium agnoscendum se præbet iam fugientis, & se corrumpentis Latinæ linguæ. nisi Festus cũ latinè loqui à Latio dictũ inquiat, addidisset, quę locutio adeo est versa, ut vix ulla pars eius maneat in notitia.*

Labore

Labore, & exercitatione nil melius. palæstræ, & choreæ laus. Saty. XXX.

OTIO *nil pernitiosius esse videns Maro, nec etiam apud Elysios otiari licere dicit, ea afferens*
Pars in gramineis exercēt membra palæstris:
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena.
Quo cum conueniunt illa Plutarchi ad Apollonium præter alia enim allata de Elysiis, partim equis, & palestra, partim ludunt calculis. *Palæstræ verò exercitationem agnoscimus antiquissimam, quòd Horatius lib. 1. od. 10. Mercurium eius facit auctorem, & Philostratus à palestra, Mercurij filia, in Arcadia luctā inuentam inquit. Pausanias verò in Atticis ait, Palestram primum Thescum inuenisse, & ab eo profectam Palestritarum disciplinam; & si Herculē ante in Olympicis eandem exercuisse, Ionemq; in Palestritam conuersum cum eo contendisse, scriptum sit. & demum quoquo modo res se habeat, huiusmodi fabulis nullibi otio locum esse indicant. in Palestris autem, ait Phornutus, Mercurius cum Hercule colebatur, vt fortitudo cum ratione, & prudentia adhibenda intelligeretur.*

Sed & Chorea etiā suo honore dignata est, eo addēte Pars pedibus plaudunt Choreas, & carmina dicunt. *Chorea enim fuit antiquissima apud Persas, & Græcos, à Romanis etiam non spreta; & quanquam Cicero dicat* Nemo ferè saltat, nisi sit insanus. *&* Obijcere alicui vt probrum, quòd saltarit. *& Salust. Catilin.* Sempronia psallere, & saltare sciebat

elegantius, quàm par esset feminæ. *& Aemilius Probus de Epaminonda* Scimus musicen nostris moribus abesse, à principis persona, saltare etiã in vitijs poni; *In Festis tamen diebus, & sacris, letitiaque publica saltare, probro non fuit, quare Horat. epi. ad Pisones* Vt festis matrona moueri iussa diebus. *& Virgilius de Didone* Aut ante ora deum pingues spatiatur ad aras.

Quin eò commendabatur magis, quòd motiones imitaretur, quę fiunt in armis, quare optimos in bello habitos, qui Chorea etiam sciuere decorare deos, censuit Socrates apud Athaneum. Itaque Epaminondas cantasse, & saltasse dictus est probe. sed hęc inquit Aemil. Probus loco præmonstrato apud Græcos grata, & digna laude ducuntur: quanquam dicerem nec Romanis culpata; nam apud Senecam libro primo de Tranquillitate, etiam Africano Scipioni, quòd saltarit, & tripudiarit, non probro, sed laudi datum est. Quin saltatione cęlestium orbium motus referri consueuerunt, ideoque apud Hebræos olim adhibita fuit in sacris: prima enim, quæ, à dextra in læuam, orbem suum conficit, motoris sui primum motum refert, & ab hac in dextram motus reliquorum orbium contrarij referuntur; saltatione verò, quæ eundem tenentes locum saltabant, solstitia designabantur, & reliqua omnia, quorum varietate humana hæc, & mundana conseruantur. Ita vt saltantes mundani opificij, & eius administrationis memoriam renouare censebantur.

Versa hasta Virgilius, Statius, Tacitus, Albinouanus, Marcellinus expositi. Not. Lipsius.
Saty. XXXI.

GLORIOSVS *ille Numanus cum inquit* versaque iuuencum Terga fatigamus hasta, *armatum se terram bobus vertere ostendit, tracta per humum hasta cuspide, stimulatisque bobus asperata; & acuminata parte ea, quæ stanti militi humi defigitur. participium enim mihi est a verro. ut etiam lib. xi.* & versis Arcades armis, *non à verto, vt censet Lipsius, cui apud Tacitum lib.3. incompta signa versi fasces, inuersi accipiantur sic & apud Virgilium lib. v.* spumāt freta versa lacertis *lib.* I. *Aen.* versa puluis inscribitur hasta, *vti ibi optimè Seruius: nam etiam hodie in Italia in funere Tribunorum militum, & exercitus ductorum humus verritur vexillis, & hastis. neque est vt quis obijciat, humum verri, non arma: nam id vsitatum est apud poetam, vt agens patientis instar referat. sic enim libro: 4.* Sacrisque litatis. *& lib.ij.* arma in spoliata feram tumulo. *& li. 6.* Letheumque domos placidas qui prænatat amnem. *idest in quo natatur ad domos placidas. sic accipio illud Statij lib. 6.* Tum septem numero turmas, centenus vbique Surgit eques, versis ducunt insignibus ipsi Graiugenæ reges. *Hincque etiam deduxit Pedo Albinouanus.* Quos primum vidi fasces, in funere vidi, Et vidi versos, inditiumque mali. *nisi dicas inuerti in funebri pompa fasces, hastas,*

& arma, vt in funere litterati viri inueni in feretro ferentur libri, ad indicandum forsan illud Maronianum temerè dictum, vt quæ cura niuentibus armorum, & librorum fuit, eadem penè sequatur tellure repostos, uel eius morte honoris factam inuersionem.

In defectione verò arma inuerti solita, eidem assentior: transfugæ enim ad hostes se recipientes, credibile est, partem eam armorum, qua hostes lædi possent, inuertisse, ad indicandum, se paratos ab eo tempore esse ad necem desertorum commilitonum, atque item ad patefaciendum se infesta in eos non ferre arma, ad quos confugerent. Quare Ammianus Marcellinus lib. 26. ad Imperatorem, transeunt cum vexillis, scuta peruersa gestantes, *idest, ni fallor, vmbones pectori admotos, & conuersos.*

Lyræ nerui cælestium orbium harmoniæ indices. De Musica in vtranque partem. Satyr. XXXII.

L*IRÆ etiam nerui eorundem orbium harmoniã, & concordiam reddere credebantur. Quare L. Varius* Huic neruis septem est intenta fides, varijq; adhibiti vocum modi; Ad quos mundi resonat tenor, sua se voluentis in vestigia. *& Varro Attacin.* Et septem æternis sonitum dare vocibus orbem. *& apud Virgilium* Threicius longa cum veste Sacerdos Obloquitur numeris septem discrimina vocum; *longaque est veste tibicinis, & fidicinis more. sic enim apud Propertium lib. 2. el. 30.* Pythius in longa carmina veste sonat. vestigia Syrmate verrit, *diceret Prudentius Psycom. cert. de Luxu.*

de Luxu idest vestis tractu; & Tibull. li. 3. eleg. 4. Ima videbatur talis illudere palla. *Sed mirum uidetur, cur tanti fecerit Musicen poeta, ut eam etiam in Elysijs statuerit. Videtur enim huiusmodi studium sordidum, inquit Aristoteles in Polit. lib. 8. & eiusmodi homines sordidi. Quare Antistenes apud Plutarchum in Pericle cum Ismeniam egregium tibicinem esse audiret.* nx, *inquit,* iste Ismenias malus est homo: nemo enim potest esse bonus tibicē, quin sit homo nequam. *Itaque Iouem aequi, & recti Symbolum, nunquam fidibus usum, & Mineruam tibijs interdum oblectatam, demum eas reiecisse leges, ut uideas unde factum sit, ut Anniceris Cyrensis, ut Aelianus Var. his. lib. 2. aurigandi artem iactans, cum prope Academiam continenti cursu adeo currum circum ageret, ut multis orbibus eandem semper premeret semitam, reliquis omnibus admirātibus, Plato solus cum nihili fecit, dicens fieri non posse, ut qui tantam curam nugis adhibuisset, serijs, & magnis rebus operam nauasset. Mirumque sit minus, si Philippus audito filium Alexandrum fidibus optimè cecinisse, dixerit, vt Plutarchus in Pericle testatur,* non ne tam bene psallere te pudet? *& quanquam apud M. Tullium li. 1. Tusc. de Graecorum more agentem, Temistoclem in epulis Lyra recusata indoctiorem habitum legas: scias tamen, id leuissimè cum reiecisse dicentem, ut idem Plutarchus in eius uita, se didicisse, qua ratione urbem paruam, & ingloriam captam, magnam, & gloriosam efficeret.* q *si calluisset Nero, cui maiori curae fuit plectrum, quàm reipublicae sceptrum, Romae partem incendio non subiecisset, secundum Virgiliana Aenid. librum Cytharae-*

cinens. Verum poetam indicasse dicerem, non modò Musicam plurimi factam apud Græcos, si ea præsertim res heroum ad uirtutem animos inflammandos canerentur, ut ab Achille in castris, & apud Romanos in epulis factum scribit Cato de originibus apud Ciceronē li. 4. Tus. atque apposite Lyram tribuisse Orpheo; quoniam cum musica agrestes, & iracundos animos molliat, & temperet, ut inquit Plato lib.3. de rep. & in Protagor. quare etiam Pythagoras perturbationes animi lyra composuisse dictus est, ut ait Seneca de ira.lib.3. cap.9: unde spondaicis carminibus furibundos animi impetus adolescentum repressit, qui ignes amicæ foribus admouerant, Orpheus hoc commento Siluestres homines cædibus, & uictu fœdo deterruisse dictus est. fuitque hæc (inquit Horatius) sapientia quondam

Publica priuatis secernere, sacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis
Oppida moliri, leges incidere ligno.

Hasta pura quæ. Seruij, & Germani Valentis lapsus. Hasta pro sceptro, eadem pro insigni Tribuni & Imperatoris militum expos. Virgil.
Saty. XXXIII.

H*ASTAM puram, sine ferro explicant Seruius, Donatus, Cælius, Pierius, Turnebus, Iustus Lipsius, sicque dicunt lemniscos puros, argentumque purum, non signatum, apud Iuuenalem. locum purum a Columella aream, ubi nulla ædificia. addidissent & hoc de Camilla.* puraque interrita parma, *in qua nihil*

nihil esset pictum, quod tum primum, *inquit, Seruius*, descenderat in pugnam, *adderem uerbum ductrix. nam de ea poeta præmiserat* sed prelia virgo Dura pati; *nisi accipis prelia singularia certamina extra militiam, vel hoc*

Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant, puro vt possent decernere cāpo:

quem imitatus Liuius, postero die signis collatis dimicaturum puro, ac patenti campo. *apud Catul.* vestis mihi tradita pura, *est, cui in aura purpura non esset prætexta. Lipsius puram hastam datum inquit, non in pugna legitima, & communi (cuius enim manus ibi torpeant?) sed si quis extra ordinem, aut singulari pugna facinus ediderit. Quare Festus*, Romani viros fortes sæpe hasta donarūt, *ex Suetonioq. affert.* quem Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donauit, *loquitur de Posside Spadone. & ex Propertio.*

Sed tua sic domitis parte telluris alumnis
Pura triumphantes hasta sequatur equos.

quam tamen Germanus Valens explicat incruentā, quòd, inquit, puella à certaminis discrimine dehortatur Lycotam, sicque hic accipiendum suadet. sed quæ laus tribueretur Siluio à poeta dicente

Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta,

si solum tyrocinium exercuisse diceret incruenta hasta? subdit enim Antiquis pura hasta, & parma alba insignia, indiciaque Tyronum, mutuatus à Seruio, qui hastam puram premium apud maiores fuisse inquit, qui tū primum vicisset in prelio: quibus si credas, quomodo hæc accipies

ex ueteri

ex veteri lapide? Imp. Cęsar Nerua Traianus Dacius gentem Dacor. & regem Decebalum bello superauit sub eodem duce leg. propr. ab eodem donato hastis puris octo, vexillis octo, coronis muralibus duabus, vallaribus. duabus, classiçis duabus leg.. propr. prouincię Belgicæ. *& L. Sicinus Dentatus de quo Dionys. Halycarn. Solinus, Valerius Max. & Agell. qui ob summam fortitudinem, & egregiam operam præstitam Achilles Romanus cognomento dictus est, cum in hostem pugnarit centum, & viginti prælijs, cicatricemque auersam nullam; aduersas quinque, & quadraginta tulerit, coronis donatus aureis octo, obsidionali vna, muralibus tribus, ciuicis quatuordecim, torquibus tribus, & octoginta, armillis plus centum sexaginta, phaleris quinquies viciesque, & hastis puris duodeuiginti, num hunc duodeuigesies, illum verò octies tyronem fuiße, aut tum primum in prelio vicisse dicent? hic certè L. Sicinius, quem aliqui Siccium vocant, apud Dionysium Halycarnass. lib. 10. ad Quirites sic de se gloriosius predicat.* quadraginta iam annis pro patria milito, triginta annos duxi ordines, nunc Centurio, nunc Tribunus, *idemque aliquãtò post* octingentos viros contra Aequos duxit, victoriamque retulit: *Siccianamque cohortem vocat Dionys. Itaque vt hastam puram insigne aliquod facinus indicasse non denegauerim ob allata exempla; & quòd Fuluius Vrsinus Fam. Arria ex altera parte argentei nummi ciuicam hastam puram, & Clathrum referẽs, significare inquit insigne aliquod factum Arrij cuiusdam cuius causa ijs fuerit donatus, quòd castrorum portam*

ab ho-

ab hostium irruptione fuerit tutatus: cum tamen omnes ex armillę, torques, phaleræ, coronæ siue murales, siue ciuicæ, siu uallares, aut auratæ per se omnes fortitudinem eorum arguant, tot illæ hastę, ad cogitandum impellunt, ne interdum etiam quid maius, quàm egregium editum facinus referant, exercitus nempe prefecturam, demandatamque alicui castrorum, & exercitus administrationem. Nam ideo forsan apud Liuium lib. 8. leguntur hastati manipuli quindecim; nō enim mihi uidetur de nihilo, vt quod veteri more fuit receptum, hodie etiam videatur seruatum, tanquā per manus traditum, vt cui à Summo Pontifice, aut rege aliquo exercitus administratio traditur, huic Italico sermone dicatur datum fuisse Il bastone del generalato: *Res enim hinc mihi videtur ortum duxisse, Vt quos nunc reges dicimus, olim pastores appellarent. quare ab Homero scimus Agamemnonem Pastorem dictum, eodemque nomine insignitum Cyrum ab Esaia, Hieremia, Ezechiele. nam etsi Synesio & rex, & Tyrannus pastori comparetur,* ille vt pascens pecus agat, hic vt laniet. *exercitus tamen imperatores, vt videantur bellum belligerentes, non cauponantes, apum reges imitantes, qui uel sine aculeis sunt, vel ijs non utuntur, bastis huiusmodi sine ferro se spectandos prębent (hodie nostri Indicas adhibent arundines) vti in militum animaduersione olim in Romanos ciues uites; in externos ferulas adhibebant: quod ex veteri more acceptum uideri potest: apud poetam enim lōgæuus aruspex fata canens cum inquit*

Nulli fas Italo tantam subiungere gentem,
Externos optate duces. *certè non regem*

eligen-

eligendum monuit, quanquam dixerit Euander

Ipse oratores ad me, regnique coronam
Cũ sceptro misit, mandatque insignia Tarchõ
Succedã castris, Tyrrhenaq; regna capessam.

idque ex eo liquet, quòd Aeneas regni illius non suscepit gubernacula, sed solum ductoris loco fuit contra Mezentium. Cum verò Commodi, Titi, Antonini, Pij, Augusti, & aliorum nummos videmus cum puris hastis, eæ uel ipsosmet imperatores in aciem descendisse, nec belli illius gerendi alijs præcipuam curam tradidisse ostendunt; quãquam subsecutis temporibus eo uenerit regentis impudentia, rectorumque socordia, & praua assentatio, ut tanquã etiam Nero, & Caligula, etsi qui fuere his nefariores, & signis, & nummis. P. P se subscripserint, sic omnium etiã Imperatorum imagines cum huiusmodi pura hasta inspicimus; Vel certè regiam dignitatem huiusmodi hastæ indicant: qui enim Aeolus dixit

Tu mihi, quodcũq; hoc regni, tu sceptra, Iouéq;
Concilias. *idem eodem conuerso sceptro, uel cuspide montem impulit in latus, & de Latino habemus*

Vt sceptrũ hoc, dextra sceptrũ nã forte gerebat
Nunquã frõde leui fundet virgulta, nec vmbras
Cum semel in siluis imo de stirpe recisum.

ideoque Romulum ab hasta, quam ferebat, Quirinum dictum ait Ouidius.

Quòd nẽpe hasta quiris priscis est dicta Sabinis,
sicque in argenteo Philippi, æneisque Vespasiani, & M. Aurelij Roma hastam puram manu gestat, nõ quòd hæc, aut eius imperatores facinus vnum aliquod insigne edidisset, sed quòd in alias urbes habebat imperium. quare

ne rem

ne rem longius consectar, id afferam, quod quasi unque tenebras amouere potest. Iustinus de ipso Romulo, & vrbis initio agens, hastas, *inquit*, pro diademate habebant, quas Græci sceptra dixere. *quare apud Euripedem in Hecubam Polidori umbra de Polinestore inquit* Equestrem populum regens hasta.
Hastę igitur illæ puræ vel insigne facinus aliquod denotent, uel traditam exercitus administrandi curam; etsi nõ ignorem Tribunos militum, & pretorij prefectos ab Imperatoribus zona donatos, & gladio, non solum ex eo Statij 5. Siluarum
Felix qui magno iam nunc sub præside curas
Cuiq; sacer primũ tradidit Germanicus ensẽ.
& Lucani de Ptolomeo
Sæuum in populos puer accipis ensem
sed etiam ex eo Xiphilini asserentis quòd cum Traianus detulisset præfecturã pretorij Suræ, nudum illi gladium, quo de more accingendus erat porrexit, dixitque accipe hunc gladium, vt si optimè imperem, pro me; sin malè, aduersum me eo vtaris: *tamen id non priscis ijs temporibus, sed recentioribus factum animaduerti, sedentiumque Tribunorum imagines ex vetustis lapidibus. & exercitus Imperatores cum huiusmodi pura hasta in manu uidemus apud Gugliel. de Castramet. Hicque iuuenis pura hasta innixus; Octauij, qui deinde Augustus dictus est, egregium forsan facinus refert, qui vndeui gesimum agens annum exercitui administrando præfectus fuit. de quo præter cæteros apud M. Tullium lib. 10. ep. 24. Plancus asserens* quòd uiuit Antonius, quòd Lepidus vnà est, quòd exercitus habent non
conte-

defunctorum epulis dicitur dicatum. & Suidas, Apium luctibus conuenit. *Quamobrem cum Horatius lib. 1. ode. 36. inquiat,* Neu desint epulis rosae. Neu viuax apium, neu breue Lilium, *&* est in horto Philli, nectendis apium coronis. *vbi etsi quarit Lambinus cur Apio funebri herba coronarentur in conuiuijs.* An inquit Apium Grecis lugubre, Romanis nõ item? An cibus quidem ex Apio funebris est; corona verò ex Apio nequaquam? *Ego tamen Apio funebri herba in laetis coenis eos se coronaße crediderim, ut sic mortis memores magis crapula se ingurgitarent: sic enim sæpe Horat.* Dum licet in rebus iocundis viue beatus. Viue memor quàm sis breuis aeui. *& ode. 12. lib. 4.*

Nigrorumque memor, dum licet, ignium,
Misce stultitiam consilijs breuem. *& li. 2. od. 3.*
Aequam memento rebus in arduis
Seruare mentem; non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia, moriture Delli. *& ode. 4. lib. 2.*

Dum licet, Assyriaque nardo Potamus vncti? *& Lucretius libro tertio.*

Hoc etiam faciunt, vbi discubuere, tenentque
Pocula sæpe homines, & inumbrant ora coronis:
Ex animo vt dicãt: breuis est hic fructꝰ homullis
Iam fuerit, neque post vnquã reuocare licebit.

Quod etiam Aegyptios fecisse asserit Herodotus in Euterpe, cum enim ad Coenam multi conueniunt, circumfert aliquis, inquit, in Loculo mortuum è ligno factum, sed pictura, & opere uerum maximè imitantem longitudine cu-

dine cubitali, ostendensque singulis conuiuarum ait, in hunc intuens pota, & oblectare, talis post mortem futurus quare etiam Copæ auctor

Pone merum, & talos, pereat, qui crastina curat,
Mors aurem vellens viuite, ait venio.

Sic larua argentea in mensam apposita apud Petronium illa exclamantur (est.

Heu heu nos miseros quàm totus homuncio nil

& deinde post quædam quæ desiderantur:

Sic erimus cuncti postquam nos auferet orcus:
Ergo viuamus dum licet esse bene.

Sed quantò potiora illa Chrysippi apud Athenæum

Cum te mortalem cognoueris, excole mentem,
Lætatus ratione, cibi nil copia prodest,
Sæpius ipse malis sum lęsus pluribus escis.
Sũt mihi quæ didici, sunt quæ meditabar, & vnà
Quæ bene sum passus, sunt cętera cuncta relicta.

Centenarius numerus pro magno. Expositi Homerus, Horatius. Solinus, Plinius, Virgilius, quinquaginta thalamis, & centum nuribus

Saty. XXXV.

N*VMERVM finitum pro infinito, & multiplici poni norunt omnes, etsi Homerus Cretam appellans Hecatompolim Ephorum solicitarit, quærentem, quæ nam hæc vrbs fuerit: & tamen perinde ac vera Homerus dixisset, Virgilius etiam Aeneid. 3. scripsit.*

Centum vrbes habitãt magnas vberrima regna.

& Horatius, libro tertio ode 27.

Quæ

Quę simul centum tetigit potentem
Oppidis Creten, *& epo. 9.*
Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus;
Sic illa sunt Aeneid. 6.
Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum.
pro multis. ut & Tassius lib. 13.
Per la maggior di cento porte, e cento
Che hauea quel ampio albergo entrar costoro.
sicque accipiendus est locus Plinij lib. 18. Cum centesimo, & Leontini Siciliæ campi fundunt. *& Solinus.* In Africa agri spatio duorum millium passuum, in quibus iacta semina cum incremento centenæ frugis colliguntur. *quam ubertatem forsan spectauit Horat. in ijs,*

Si proprio condidit horreo.
Quicquid de Lybicis verritur areis
quàquà & Africa tota frumēti feracissima dicta sit. Vnde Martialis. Possideat Lybicas messes. *Itaque in æneo nummo Adriani quidam flexis genibus, spicas & manu, & ante se habens eas Imperatori porrigit litt.* RESTITVTORI AFRICAE. *vt in altero eiusdem cornu copiæ est, & frumenti cista. & in argēteo ueteri Africa est cum spica, & aratro. Sed tamen quantumuis sit feracissima, non reddit cum centesimo, nec sic accipiendum monet locus Ciceronis in Verrē.* In Iugero Leontini agri medimnum ferè tritici seritur, perpetua, atque æquabili satione, ager efficit cū octauo benè vt agatur: verùm vt omnes dij adiuuent, cum decimo. *Sic & accipias necesse est Virg. lib. 2.* Vidi Hecubam centumque nurus:

nam quinquaginta fuisse inde colligis Quinquaginta illi thalami spes tanta nepotum. *non enim reuocarem ad historiã illi fuisse xvij. vt sensit Cicero. Aut* XIX. *Vt Homerus. aut ad multitudinem barbararum concubinarum referrem, vt Iacob. Pontan. sed potius, nisi numerus pro numero placet, accipe illud Boethij in Topic.* Vxoris species duæ sunt, vna matrum familias; altera vsus, quanquam communi generis nomine vxores vocentur: mater enim familias conueniebat in manum viri per coemptionem, eratque ei loco filiæ; vxor verò vsum tantum nullo solemni ritu adhibito, sine vlla coemptione. *Itaque sic quinquaginta Priami filij centum habere potuerunt, quos latiore voce vxores dicebant.*

Denarij, Centenarij, Millenarij vis in expiatione ijdem numeri pro quouis vsurpati, Iustini hyperbole mira de classe Xerxis. Saty. XXXVI.

A *PVD Hesiodum in Theogonia periuris superis nectare, & ambrosia, conuiuijsque, & cælitum consortio priuatis per nouennium* Pristina conditio decimo post redditur anno. *Quare apud Maronem animas* Nouies Styx interfusa coercet. *quanquã & centenarium, & millenarium etiã purgationibus statuat, ideoque* Centum errant annos. & Deinde vbi mille rotam voluere per annos. *Plato enim ad delendam culpam numero vtitur denario, centenario, millenario, cuilibet culpæ gradui decem pœnæ annos constituens; ex quo deinde centenarius, & millenarius consurgunt*

ſurgunt: Ideoque decennale illud Troianũ bellum, Helenæ cauſa pugnatum, ſignificare volunt (*inquit Proclus apud Platonem*) circum quod ſit ſemper pugna animorum, quoad, quæ magis ſint intellectuales earum ſuperata vita, quę ſenſui magis ſint obnoxiæ eò tranſineant, vnde initio diſceſſere: qui ambitus & circulus eſſe dicitur decem, vel decem millibus annis perfectus, ita enim, vel illo modo dicas, nihil intereſt, cum millenarius ſit periodus, & ambitus traducens iterum animas è generatione in generationem: cum enim ille per nouem millia annorum circũ terrã fluitauerint, in decimo millenario quieſcunt. ſicque cum tempus illud nouem annorum circa geneſim ſuſtentarunt barbaricam inundationem, decimo ſuperant, dicũturque in ſuas reuocatæ ſedes. *de qua re etiam Claudianus in Ruffino libro ſecundo.*

Quos vbi per varios annos, per mille figuras
Egit Lethæo purgatos flumine tandem
Rurſus ad humanæ reuocat primordia formę.

Verùm & mille anni plures ſignificare poſſunt: ſic nanq; fieri ſolitum inquit Varro ſi numerus non eſt ad amuſsim, vt non eſt cùm dicimus mille naues iiſſe ad Troiam, centum virale eſſe iudicium Romæ. *ſic & Virg. 2. Aeneid.*

Non anni domuere decem, non mille carinæ. *& Propertius* & Danaum Euboico littore mille rates. *Verùm ſi poetæ ſoli hoc hyperbolicæ amplificationis genere vterentur, ferenda adhuc res eſſet. illud prorſus*

videtur absurdum apud historicos vt poetas in hoc superare cōtendant. Iustinus lib.2.cum scripsisset, Xerxes septingēta millia de regno armauerat, trecēta millia de auxilijs parauerat. *addit* Naues quoq; decies centum millia numero habuisse dicitur. *nec puduit Latinum hominem Gręcam referre historiam, nō videntem, se scripsisse totidem fuisse naues, quot homines. saltem Herculi fuissent similes, vt Scyphum poculum ad nauigij vsum adhibere potuissent. sed fortasse operarum error fuit in numeralibus reddendis notis.*

Taurus Ioui, Neptuno, Apollini imolatus pręter Capitonis, & Labeonis pręscriptum.

Sat. XXXVII.

MACROBIVS, *& Seruius Virgilianum Aeneam cælicolum regi taurum mactantem piaculum admisisse inquiunt, in eam gratiam, Vt monstro locum faceret secuturo. quod Atteius Capito inquiat.* Si quis Ioui tauro fecerit piaculum esto. *& Labeo etiam Apollini, & Neptuno taurum non imolari scripsit, quos ego potius à poeta neglectos in hoc ęredam, cum eodem etiam libro inquiat.*

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.
& Cloanthus libro quinto.
Dij, quib⁹ imperiū pelagi, quorū æquora curro,
Vobis lætus ego hoc cādentem in littore taurū
Constituam ante aras voti reus.

Quare nō defuere alij poetæ, qui Virgilium potius, quàm Labeonem, aut Capitonem sequi voluerunt: Ouid. enim

Metam.

Metam.4.ait, vt à Perseo Mactatur vacca Mineruæ;
Alipedi vitulus, taurus tibi summe deorum.
& apud Silium Italicum Scipionis manu Cadit ardua taurus Victima Neptuno pariter, pariterque tonanti. *Itaque nihil est Natalis Mythol.1. Virgilium arguat: nam etiam apud Senecam in Medea chorus in principio,*
Primus sceptriferis colla tonantibus
Taurus celsa ferat tergore candido.
& Tertullian. de coron. milit cap.12. hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vouemus esse factum. *Iure igitur Arnob. lib.7. adu.gen. irridet gentes* quod cum dij immortales vnius debeant esse naturæ, generis, & qualitatis vnius, non omnibus omnes hostiis, sed quibusdam quidam sacrorum mulceantur legibus. Quæ est enim causa, vt ille tauris deus, hædis alius honoraretur, aut ouibus. hic lactentibus porculis, alter intonsis agnis. hic virginibus buculis; capris ille cornutis, hic sterilibus vacculis, at ille ingentibus scrofis; hic albentibus; ille atris alter feminei generis, alter verò animantibus masculis. si enim, *inquit,* honoris, & reuerentię causa mactātur dijs hostiæ quid refert, aut interest, cuius animalis è capite luatur hoc debitum, cuius ira, offensioque ponatur? An nunquid alterius alteri minus gratior, & iocundior sanguis est?

Pro parentum delictis, quo modo nepotes luant poenas. Horatius expositus. Saty. XXXVIII.

EA est humanæ mentis, & intelligentiæ ratio, dum corporis concretione, copulata, & quasi vinculis quibusdam implicita continetur, vt quæ præsentia, & sibi tanquam Tantali lapidem imminentia suspicit, ea timeat, & exhorreat; quę verò longinquiora putat, negligat. tātisque interdum quę ex ima sensus parte tanquam ex solo exhalant inanium rerum nebulæ tenebris inscitiæ obruitur, ut id se tandem videre solum, & cognoscere existimet, quod ipsis cernat oculis, & facili quadam ratione penè manu contingat. immemor interea diuinam in cælo potius dormitare, quàm veterno perpetuo opprimi sapientiam. Deus enim ille, qui aristotechna dicitur à Pindaro, quòd egregius sit poenæ erogandæ artifex nō perpetuùm conniuentibus oculis nostra dissimulat errata, sed lento, & laneo pede incedit ad vltionem, tardèque molas suas molere patitur, vt aliquando tandem nos ijs conteri sentientes nō modò præsentem, & imminentem igniuomo armatam fulmine terrefacti illius suspiciamus dextram, sed eandem etiam faciendę nobis medicinæ artificem egregiam fuisse fateamur; agnoscentesq́ quòd verè Dominus est, qui uulnerat, & medetur, percutit, & sanat, mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit, vel ipso in cruciatu moniti sic resipiscamus, ut non modò nos iure optimo nostri, sed alieni etiam sceleris poenas dare à ratione ipsa non alienum esse cognoscamus.

Nam si quos dulces potant, tristesque liquores

Nutri-

Nutrices, pueris ipsis in lacte redundat
Vel morbi causa, aut potius medicina salubris.
Optima sic vitæ ratio, vel pessima patrum
Nostrorũ, bona, vel dãna in nos tristia fundit.
Sic Corcyrenses Siculo pendêre tyranno
Pœnas, ꝙ quondam est illic Ithacensis Vlysses
Hospitio dignatus auis: sic Thracia & ipsa
Feminea in poena sequit nõ immemor Orphei.
Accola sicque Padi Phaetontis tristia fata
Indoluit pulla contectus corpora veste.
Et quanquam patrum vexari crimine natos
Sit patre ægroto medicamina ferre nepoti,
Vt Bion sensit: tamen vt paradigma vocari
Ista medela potest sero porrecta nepoti,
Vtilis &. veluti scimus prodesse labores
Morboso genitis patre. vt sic semina morbi
Quę insita sunt stirpi pellant exercita mẽbrã,
Ne multa erũpant graueolẽtis in vlceris ora.
Præterea vt melius pateãt hæc dogmata, duplex
Est pœna, aut animi grauida hac cõpage soluti,
Corporis aut tãtũ ipsi animo medicamina dan-
Si de animi solum quæris cruciatibus, vllas (tis;
Haud pater in natũ transfundit, soluere pœnas,
Quas debet, sontis nec pœnas abluit insons.
Sed mage quisque suas luimus; Verùm illa salutẽ
Supplicij ratio quæ animis impertit, in ipsam
Deriuat prolem. pomis sic sæpe parentum
Ingluuie raptis dentes stupuere nepotum.
Sic etenim vetitos quos carpsit ab arbore fœtus
Natorum haud natus genitor læsere minores.

Maiorum & delicta docet sic esse luenda
Romulidum generi præclarum carmen Horati.

Hæc non inuitis prorsus musis ex improuiso cum facili vena defluxerint ex improuiso etiam adnotata olim auditoribus, nunc mihi reddita cum fuerint, nunc ne iterum mihi pereant, adnotare visum est, Horatianum explicantia argumentum. nam cur plectantur posteri ex maiorum delictis ratione Platonica ostendit Cœlius lib. 6. cap. 14. & 15. sed dicendi genere sic aspero, ut inde hos versus confingendi cœperim argumentum.

Calida aqua cur cenæ initio Vterentur. Calida, an cocta, an frustulenta, & ius ipsum. Calida pura cur adhiberetur, probabilibus allatis rationibus: eas reticentibus Lipsio, & alijs.

Saty. XXXIX.

CALIDAM *aquam cenæ initio adhibuisse veteres, obseruauit Athenæus lib. 8. Cœlius; Hieronymus Mercurialis Var. lect. lib. 1. cap. 8. Iustus Lipsius Elect. c. 3. hic tamen displicet rei rationem quòd nullam pertentarit, cum calidæ potum abhorreant bruta omnia præter hominem, inquit Plinius, hodieque, vt olim nostri potum niuibus refrigerent æstate plurimis in locis. Itaque cum Martialis inquiat,*

Frigida non desit, non deerit calda petenti.

illam reor potasse sanos, hanc non sat firma Vtentes corporis habitudine, Vel conualescentes. quanquam eodem dicente. Caldam poscis aquam, sed nō dū frigida venit. *vbi Domitius per caldam exponit coctam, quod non di-*

non displicet, cum valetudini conducat magis. quare Nero eam decoctam in niue refrigerandi auctor fuit apud Plinium, & si id fuerit voluptatis, cum cocta frigescat magis. & Mercurialis certè, qui calidam cenæ initio datam inquit ad prouocandum vomitum, vt subsequens pro præcedenti metonymicos dixerit, necesse est, tepidam scilicet; sic enim Celsus lib.4. c.ij. aquam tepidam bibere oportere inquit, & vomere in cholera morbo: nam calida vomitum non ciet, vt Ioannes Coslaus de potu in morbis lib.1. c.53. sicque exponendus est Athenæus, qui Rhodios non ob aliud calidam potasse inquit, quàm vt eius ope acceptos cibos reuomerent, iterumque impleri possent, vomentes vt edant, edentes vt vomant, diceret Seneca.

Quòd si Medicis metonymicos calidam pro tepida dicere licet non video, cur eadem figura calida pro decocta, & frigida pro cruda dici iure optimo non possit, quoniam igne nunquam caluit.

Quòd vero Lipsius ex Philone de vita Theoretica calidam puram putam fuisse in delicijs inquit, expetitamque gulonibus, vt procliuius, & iocundius potio feruens, quam frigidà, iret in bulgam, vinoque mixtam ait, quòd Plautus in Curculione inquiat. Vbi quid surripuère operto capitulo calidum bibunt. *vt ad vinum calida mixtum referatur, ideoque Claudium interdixiße,* ne calida prostaret in cauponis, & Ampelium præfectum, ne ante quartam horam taberna vinaria aperiretur, ne ve aquam vulgariam calefaceret quisquam, *haud credo certè hodie, bibonibus suis persuaderet, aut nostris: nisi hoc ideo factum diceret, vt vinum calida mixtum guttur pungeret magis, cum maximè*

xime frigidum vix sentiatur. Verùm in thermopolio eo cęsso vendi potius consueuisse calidam, cum qua miscebant, & incoquebant, vt est in Pseudolo sub Chalini nomine, Murrhinam, passum, defrutum, mellinam, mel quoiusmodi Qui in corde struere, quondam cœpit hermopolium. *Cuius auidior ebrius puer in Milite, eam se absorbuisse inquit,* quia amburebat gutturem. *Quamobrem in Rudente Labrax leno dolet, vt Neptunus* Ne thermopolium quidem vllum instructum hodie Ita salsam præbet potionem, & frigidam. *diuersam nempe ab ea, de qua proximè. vbi non dissimulauerim, cum in veteri legissem salsam præbet potionem, & frigidam, me olim existimasse potionē huiusmodi fuisse ius ipsum, in quo exculenti aliquid madefactum, & elixatum fuisset, vt hodie à potentioribus præsorberi solet, in quo pulli, aut veruecina sit cocta; salsamque potionem dici, in qua nihil fuerit frustulentum, quod inde collegeram, quòd cum Curculio Plautinus dixisset.* Animo malè est. *Phedromusque respondisset* Vin' aquam? *(ad spiritus reuocandos)* si frustulenta est, da, *inquit Curculio,* obsecro Hercle obsorbeam *vulgariamque Ampelij putabam, in qua caro vilior, vt bouilla decocta fuerat: sed vulgata in lectione acquiesco. Et si vt de frustulenta aqua calida, aut iure præsorberi solito mensæ initio, facit, vt cogitem etiam Varro, cui calix, hodie quem Cyathum dicimus, est à caldo, quòd in eo calida puls apponebatur, aut sorbile aliud, quod calidum bibebant: sed tamē si calidam puram fuisse malunt, cum rei rationem nullam afferant, cum Plutarchus Libello de tuenda valetudine, calidæ potum*

lassis,

lassis, commotisque valde approbet, Romæque alios in foro, & curia, alios Martio in campo, aliosq; in aliis tractādis negotiis diutius incaluisse, & insudasse constet, ideo calidę vsum in cœnæ initio fuisse dicam, quoniam ea præsertim refrigerantur intestina, sicque refrigeratis excitatur cibi appetentia, vt sitis irritatur frigida ex sententia Platonis lib. 1. de rep. apud Cælium lib. 27. cap. 6. Quod fit persuasibile: nam cum calor plures vias, & cæca relaxet spiramenta, vt inquit Virg. Georg. 1. certè si aqua diffundendi, & distribuendi alimenta vim habet, vt testatur Ioan. Castæus lib. 2. cap. 3. quæ calida est, id præstet facilius, necesse est, cum tenuioris sit substātiæ; ideoque forsan cœnæ initio adhibita censeri potest ad aperiendas venas, Vt perviæ fierent magis ciborum substantiæ excipiendæ. Cum eadem ratione adducti Græci videri possint cœnæ initio cibis vti ad aperiendas venas, veluti oliuis conditis, vt inquit Athenæus lib 4. c. 3. quas colymbadas nominarunt vt Aristophanes in senectute, cicadisq;, & cercopis animalibus cicadæ simillimis, Vt idem in Anagyrio.

Angeli Politiani expositus locus de Trigone, itemque Horatij. Plinio monstrata veritas de ærugine in emplastris. de Achillis hasta.

Saty. XXXX.

V*ERBA ea Politiani* Quæsitum per cęrula vasta parentem
Protinus æquoreæ viroso trigonos ictu
Perculerat, siue ira deum, seu fata iubebant.

Videntur

Videntur explicari iis, quæ scribit Dictis Cretensis sui operis extremo cum Vlysses abdidisset se in villam timens ob insomnia quædam à Thelemacho, eò peruenisse Telegonum ex eo, & Cyrce natum quærentem patrem, hastamque gerentem, cuius cuspis erat ex osse marinæ turturis. qua demum patrem non cognitum vulnerauit, & interfecit. *vnde & parricida dicitur ab Horatio li. 3. od. 29.* Telegoni iuga parricidæ. *Tusculum nempe quod deinde condidit, vt Plutarch. & Festus. Quam hastam & si Cææ insulæ insigne fuisse dicat Dictis, eam tamen potius fuisse rear, quæ cum reliquis Achilleis armis Vlyssi à Græcis adiudicata fuit prope Ilium. qua eadē ab Achille vulneratus fuit Thelephus Mysorum rex, qui ideo eadem hasta illi medicinam fecisse dictus est, quanquam id herbis tribuatur carmine eo.*

Sanus Achilleis remeauit Thelophus herbis. *Quod sensisse videtur etiam Plinius lib. 25. c. 5.* Achillem asserens Chironis discipulum inuenisse herbam qua vulneribus mederetur, quę ob id Achilleos vocatur, qua sanasse Thelephum dicitur. & si alij, *subdit*, dicant primum æruginem inuenisse vtilissimam emplastris, ideoque inquit, pingitur ex cuspide decutiens eam gladio in vulnus Thelephi. *Quod certè mihi non persuadet Plinius: namque non ea ærugo erat, sed attritus potius, & decussus puluis ex oßе pastinacę, quę nomine alio trygon dicitur, quanuis interpres Dictis verterit turturem, ea forsan causa, quòd captum huiusmodi piscem ingemere inquiunt, cuius etiam hodie cinis adhiberi consueuit in*

acceptis

acceptis ab eo vulneribus inquit Actius. de eodem pisce Plinius alibi li.9. c. 48. Nullum venenatum vsquã execrabilius, quàm radius super caudam eminẽs trygonis, quam nostri pastinacã appellãt, quincunciali magnitudine. Arbores infixus radici necat: arma vt telum, perforat vi ferri, & veneni malo. *de hoc etiam Nicander.* huius ictu adeo vehemens, & acutus infligitur dolor, vt reliqui repentino letho opprimantur, alij impatientius furant. *id olim spectans sic lusi.*

Thelephus ipse fui, fias tu mitis Achilles
Lethalis quondam sit pia virgo manus.
Esse solet Trigon vitæ vt reparator, in ipsum
Vulnus si puluis eius ab osse cadit.
Sic desiderium iniectum cũ expleris, id omne
Quod fuerat virus Pharmacon esse feram.

Per Metaphoram à vicino, & affini expositus Galenus, Claudianus, Homerus, Iustinus de Sicheo auunculo, & genero Pygmalionis. Virgilius de Lilijs, Verbenis, & papauere.

Saty. XXXXI.

V*T ripa pro littore, littus pro ripa, tãquã res cõsimilis dicatur poetis, non ignorabã, illius memor apud Horatium.* & trementes verbere ripas. *Virgilijq;* viridique in littore conspicitur sus; *vti etiam quædam affinia pro arcta quadam vicinitate mutuò inter se confusa adhiberi poetis sentiebam: ita enim cum Maro inquit libro sexto.*

Ac ve-

Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena
Floribus insidunt varijs, & candida circum
Lilia funduntur: *nihil dubito, cum æstate lilia non florcant, quin pro præcipiti vere dixerit, de quo ibi etiam*
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor. *Sed scriptores alios hac eadem metaphora à vicino vti nō credebam, cum demum incidi in illud Galeni lib.4. Simp.* in Asia vina in æstate tectis imponi solita, *idest autumni initio, æstate præcipiti. Sic & quanquam Virg. inquit de gruibus,* vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis: *non affert tamen quidquam ab his alienum Claudianus de bello Gildon.*

Pendula ceu paruis moturæ bella colonis
Ingenti clangore grues æstiua relinquunt
Thracia, cū tepido permutāt Strymona Nilo. *trāsfert enim à militibus, qui æstiua permutant hybernis, nulla interiecti autumni, aut veris mentione facta, cum quod medium intercidit tempus, cum præcedenti, & subsequenti sit commune. quare Lucanus de eisdem lib. 5.*
Strymona sic gelidū bruma pellēte relinquūt
Poturæ te Nile grues. *& Seneca in Oedipo*
Nec gelidi Srymonis minas
Permutat hyemes ales, & cælum
Tepente Nilo pensat Arctoas niues. *& Tassi⁹*
Non passa il mar d'augei si grande stuolo,
Quando ai soli più tepidi s'accoglie.
Quod mirum non est vicinæ, & affini rei datum: sic enim non modò domitus Pollucis habenis *est Virgilio, pro Ca-*

pro Castoris, & Homero Atrei filii sunt Agamemnon, & Menelaus, etsi Phlisthinis sint Apollodoro lib. 3. sed etiam Iustinus lib. 18. de Pygmalione inquit, oblitus iuris humani, auunculum suum, eundemque generum suum sine respectu pietatis occidit; *generumque vocat, quòd sic putaretur; quoniam qui ab aliquo Uxorem accipit, siue illa filia, siue soror sit, gener illius quodammodo habetur. sic Hercules Amphitrionis, & Perithous Ixionis dicti sunt filij, etsi essent Iouis.*

Nec tamen dissimulauerim, quòd poeta de apibus inquiens, vt æstate serena circum lilia funduntur, lilia pro quibusuis floribus accipere potuit, lilijs æstati non conuenientibus, Ut cum de Corycio illo sene inquit,

Lilia, verbenasque premens, vescumque papauer

tria hæc pro quibusuis floribus, ac fructibus posuit, vt sit à præcedenti subsequens: nam qui primus floribus affluit, idem vt primus fruct⁹ habeat necesse est; & qui salebrosum, & scrupeum locum hortensibus idoneum reddit, hic frumēto, & cæteris frugibus illum foecundare magis scire cēsendus est, inquit olim Senogalliæ vrbis decus Iacobus Arfillus: *ne dicā, vt verbenæ dijs sacræ indicare possunt, eum ante alios omnes frugum suarum primitias obtulisse dijs illis suis, quibus sua accepta referebat. papauer enim multa includens semina, fæcundæ, & benignæ terræ proprium indicat (vt hinc dictum Cereale scias ab omniscio poeta reiectis fabulis) quam ille ex sterili felicem, & vberem suo labore fecerat, inuertendo, sarriendo, & multis modis exercendo, ut papaueris semen concutitur, obtūditur, Ventillatur. Lilium verò, cum spei præcipuè sit Symbolum, quòd eo apparēte in spem frugis, inquit Themistius*

mistius, venimus. quare in nummis Tiberij Claudij, & Hadriani spes est virginali habitu, palla sublata, flore, vt videtur lilij, dextera porrecto litt. SPES AVG. *&* SPES PVBLICA, *vt sic demum videatur hic senex spem concepisse, & reliquis concitasse proxima, & futura frugis, annonæque vberioris.*

Præcedenti pro subsequenti, & contra. Plurima exposita in Plauto, Cicerone, Virgilio, Tacito. notati Seruius, Nascimb. Lipsius. Amoris initia ex Platone, Musæo, & alijs.
Saty. XXXXII.

VIRGILIANA *lilia, & verbenæ alia multa suggerunt eiusdem notę. Quoniam terror torporem membris affert, illud lib. 5. Aeneid.* Promissisq; patris Neptuni interrita fertur, *penes me est velox, & pernix. Sybaris ille Horatianus timet flauum Tyberim tangere, ab eo abstinens, ut Stygis Maroniani dij lib. 6.* iurare timent, & fallere numen, *ab utroque abstinentes. Venia est pro pace lib. 1.*
Orantes veniam, & templum clamore petebant: *dū Pœni* Bella ciēt, primaq; vetāt cōsistere terra. *& lib. 4:* Tu modò posce deos veniā, *quare infra* pacemque per aras Exquirunt; *sic contra pax pro uenia apud Plautum in Poenul.*
Sunt hic omnia, quæ ad Deum pacem oportet adesse. *& alibi Amphit.*
Vt Iouis supremi multis hostijs pacem experam. *Sic apud Virgilium libro quarto Aeneid.*

Tumo-

Tu modò posce deos veniam, sacrisque litatis
Indulge hospitio: *& si nouè dictum monent Servius, & Nascimb. quòd deos inquiunt, non sacra litamus: ex Varronis tamen loco, quo Nonius vti nesciuit, explicatio facilis astrui potest. est inquit Nonius*, litare, quasi lutare, luere, soluere, *vt Varro in Hecatomb.* Habes qui, & cuius rei causa fecerim Hecatombem, in quo ego, vt puto, quoniam est luere, soluere, lutaui, siue litaui. *sic igitur poeta se explicat* posce deos veniam *nempe per sacra*, sacrisque litatis, *idest persolutis, ita vt exta prospera, & læta sint: secus enim se litaße non censuissent, in quam sententiam accipio illud Plautini lenonis in Pœnul.*
Tú me Iuppiter faciat vt sacruficē, nec vnquam litem. *vt exta nunquam prospera denuncient, sicque nunquam impetrem postulata. apud eundem in Ruden.* Arido argento opus est, *expono numerata pecunia, quæ si forte aliqua uuida esset, numerando aresceret. Interdum subsequens est pro præcedēti. Sic funus pro morte, quòd mortui accensis funalibus efferebantur. Aeneas de Pallante lib* 10. quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo,
quòd idem dixerat de pueris immatura morte matris ab vbere raptis lib 6. *etsi Lipsio acerbum etiam funus sit eorum, qui funebri pompa non dignabantur. sic inquit Tacitus lib.* 13. *de Nerone, qui veneno sublati Britānici edicto festinationem exequiarum defendit, à maioribus institutum subtrahere oculis acerba funera, neque laudationibus, aut pompa detinere; sed putarem acerba dixisse, quoniam fuerat repentinum, & immaturum, à fructibus*

sumpta metaphora nondum mitescentibus: nam si acerba per se essent, quæ funebri pompa non dignabantur, nulla fuisset addendi causa, neque laudationibus, aut pompa detinere, sic Philenium Plautina in Asin. cum Argyrippus se ab futurum minatus esset, quòd eius mater domo interdixerat, inquit

Acerbum funus filiæ facit, si te carendum est,
sic quippe se illico è uita discessuram indicans: Qua eadem spectata metaphora Cicero etiam inquit pro Quinct. huic acerbissimum viuo, videntique funus ducitur. *quomodo enim non fuerit immaturum, quod alicui adhuc uiuenti, & videnti inuito narratur? ibi etiam li. 6.* At fratrum animosa phalanx, accensaque luctu, *luctu cum languescat animus potius, quàm accendatur, est pro dolore. & lib. 3. Aen.* vocat iam carbasus auras, *est uela quidem extensa sunt, ijsque tantum uenti desunt, quòd quæ uocamus cupimus, quę cupimus ijs caremus; quanquam hic placeret magis hyppallage, auræ carbasum alliciunt, & inuitant. lib. 2. Aen.*

Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
Insequitur, *idest telo, subdit enim se explicans*
Iam iamque manu tenet, & præmit hasta.
Ibi uerò libro quarto Aeneidos,

At regina graui iam dudum saucia cura
Vulnus alit venis, *ambigere posses uulnus pro plaga, an pro telo dixerit: nam illam quidem cum dixit sauciam, plagam cur uenis alere diceret, penè nihil erat, satisq; patet insanabile fuisse uulnus, cum infra dicat in comparatione* hæret lateri læthalis arundo: *notissimum enim est, ut amabilis oculorum intuitus est ueluti sagitta*

emissa

emissa in amicæ oculos, qua de re prçuio quodam Platonis lumine sic ludere olim libuit.

Corde hauritur amor. spectasti virginis ora,
Sì placuit, subitò est genitus. quem dicis amorē,
Cum primū ex oculis qui cor trāsmissus ad ipsū
Vsque agitat sanguis quicquid circumfluit, atq;
Irrequietus agens tenues per membra vapores
Accensis similes facibus, se se inserit altè,
Vt leuiora solent oculis. quàque ante sagitta
Emicuit prior, hac etiam sua tela retorquet:
Quippe acie intenta in radios spectantis amicæ.
Vsque adeò obnixè commiscens blanda vicissim
Prælia, dum putri intuitu contagia reddat
Mutua, & inficiat qui ante infecere nitores
Igniuomi: solis radii specularia tranant
Vt vitrea infracta, immisso per clausa tepenti
Tecta vijs varijs, cæcisque anfractibus æstu:

quare illa leguntur Francisci Petrarcæ

Che i bei vostri occhi donna mi legaro,
Et aperta la via per gl' occhi al core,

quod acceperat etiam à Museo. Via per oculos patefacta per amantis oculos cor ipsum penetrans. *&*

Qua ratione homines rerum caperentur amore
Pulcrarum quondam magnus Aristoteles
Forte rogatus, ea est cæcorum quæstio dixit,
Et bene: nanque oculi sunt in amore duces.

ut Achilles Bocchius Symb. 40. quare Propertius,

Cynthia prima suis miserum me fecit ocellis.

& Euripides O Cupido, qui oculos instillas dulce desiderium, dulcem animis induens volupta-

tem. *quare Virgiliana Dido oculis.*

longumq; bibebat amorem. *& pastor ille ecl. 8.*

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.

& Philostratus O mali tædiferi amores, quàm pulcrum primum nobis ignem è specula ostendistis?

Defensus Maro de sedente Theseo. sedere quid Horatio, & alijs per nummos expositum. Phlegiæ qui, & Phlegiare. Saty. XXXXIII.

APVD *inferos, vt testatur Virgil. lib. 6. Aeneid.* sedet, æternumque sedebit Infelix Theseus, Phlegiasque miserrimus omnes Admonet. *& quanquam inter eos recensuerit libri sexti initio, qui iucre, & rediere ab inferis: sibi tamen non repugnat poeta, & si id censuerit Hyginus: nam iuit, & rediuit poeticè; iuit, nec rediuit, sed ibi sedet, sedebitque historicè; sic Hippolytum licet ad vitam dixit Virg. Aen. lib. 7.* Pæonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ. *apud Horatium tamen* Infernis neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum: *quodque ad fabulam attinet, facit quod refert Apollonij Scholiastes Theseus, & Perithous per Tenarum ad inferos descendentes super quendam sedētes lapidem, haud amplius inde surgere potuerunt. Hercules deinde iterum ad Cerberum descendens Theseum à petra liberauit, ut eum, qui eò descenderat inuitus; Perithoum verò reliquit, vt qui sponte descenderat. Idque spectans Seneca sic Oetaum Herculem loquentem inducit,*

Vtinam fuissem præda centauris

Aut in-

Aut inter vmbras vinctus æterno miser
Saxo federem. *idemq; addit* Ditis euici moras: *quoniam si rediit poeticè paulò, post tamen ei moriendum fuit, quoniam homo natus fuerat, sicque rediuit ipse etiam historicè. Et certè Plutarchus in Theseo eum à Licomede Syriorum rege præcipitem è saxo actum inquit, quod vtrque spectasse uideri potest: qui enim è rupe deijcitur, non potest non euiscerari, & illius pars alicubi non considere.*

His addo, sedere dici posse eo spectato, quòd ab eo, q temerè incœperat, Proserpinam quippe ut abriperet, turpiter abstinere coactus fuit, iuxta illud Horatij

Sedit qui timuit ne non succederet &c.
quoniam sedentes uicti, subiecti, consilioq;, & opibus fracti esse indicantur: sic enim non potiore ratione uidit Vespasianus subiectam à se Iudæam indicare posse, quàm illam muliebri habitu, ante trophæum sedentem, demissis oculis, sinistraque mentum sustentantem in argenteo nũmo effingere litt. IVDAEA CAPTA: *cuius rei imago ex sacro illo diuini uatis oraculo sumpta est.*
Quomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium princeps Prouinciarum facta est sub tributo. *ut etiam Titus sic eam sedentem expressit in eneo nummo ante palmam deiecto clypeo. sic in signo obsignatorio ab Apolline uictus Marsyas sedet, arbori appensa fistula, iuxta illud Virgilij, quod nostram illustrat sententiam* (mea
Nymphæ noster amor Libethrides, aut mihi car-
Quale meo Codro concedite, proxima Phœbi
Versibus ille facit; aut si non possumus omnes,

Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.

& in argenteo Aureliani sigillum est extensa dextra, sinistra globum tenens, radiata corona, humiq; sedentis hominis est simulacrum: ut in argenteo Clouiæ sic humi sedet, & in argenteis Corneliæ familiæ duæ imagines sunt humi sedentes.

Præterea ut in solio sedent reges, & in sublimi subsellio docentes alios, sic.n. Virgiliana Dido

Solioque altè subnixa resedit *dum*

Iura dabat legesque viris: *sic Theseus iustitiam discendam monens, eorum mihi instar refert, de quibus super cathedram sedentibus oracula illa sunt.* Dicunt, & non faciunt. *Quod ut sic explicem, facit Seruius uocem Phlegias & primum, & quartum casum esse posse inquiens, ut sit Phlegias admonet omnes, vel Theseus Phlegias omnes admonet, quod acceptum asseruit & Mazzonius lib. 3. cap.49.in Danthem. Phlegię enim secundum Euphorionem populi fuere in deos impij, & sacrilegi: ad quod illustrandum magis faciunt hæc uerba Didimi ad XIII. Iliados.* Phlegiæ Gortiniæ incolæ iniustissimā ducebant vitam, prædæ solum intentam, & vicinorum fines percurrētes, iniurias ijs maximas inferebant; *ibidem Eustach.* hi ad violentiam, & iniuriam sic procliues, vt apud Phocenses, idem esset phlegiare, quod iniuriari: dicebantur verò, *inquit Stephanus*, à Phlegia eorum principe filio Martis, & Chrisis vrbem ab eodem appellatam incolentes.

Coniectura

Coniectura de Etymo uerbi iuuo. Dei nomen quatrilitterum populis plerisque omnibus. De causis quibusdam Grammaticis. Saty. XLIV.

SI Phlegiare Eustathio est Phlegiarum more iniuriari, & à simili bacchari, & debacchari est Bacchi, aut Baccharum imitatione furere, ac uitulari apud Ennium, & Plautum est gaudere uituli more in prato, ut inquit Festus, Qui scit, an iuuare, sit Iouis imitatione iugem facere, aut uiuum? certè illi apud Græcos ζεὺς à ζωῆ quod est uita, nomen fuit. quòd quippe, ut inquit Phornutus, causa sit uiuendi uiuentibus; nec de nihilo fluxisse reor, ut qui sospitator, custos, seruator, fructifer, sator, hospitalis, beneficus, salutaris, benignus, opitulus, seruator, conseruator orbis, pater hominum, & deorum, Milichiusq́, uel iocundus dicebatur, idem scribatur à Nicandro iuuentutem iugem, perpetuam, & uiuidam olim dedisse hominibus, nisi, quę illorum fuit amentia, circumferenda asello tradita, serpentis astu ea fuissent exuti. Quin ut hoc ex sacris sumptum paginis, & à Græcis audacius fabulæ inuolucro septum facillimè credet, qui legerit Demetrium Phalereum Ptolomæo regi olim retulisse, Græcos plurimos Hebræam attingere ausos historiam, animi, & corporis uiribus fuisse debilitatos manifesta ira numinis, sua profanari recusantis; sic illud fateatur necesse est, Deum semper omnibus se noscendum præbuisse, sed alijs quidem tanquam in ænigmate; nobis uerò per Christum filium nitidissimâ tanquam in luce: ne indecens uideatur, ut qui apud Orpheum teste Clemente Alexandrino in Stromat.

In cælo residens terram complectitur omnem,
Exitij ignarus, matri pater, omnia complens
Se solo,qui cuncta regit,qui cuncta creauit.
Sic,addã,velut omne iuuat bon⁹ intus, & extra
Extremos mundi fines,hunc quattuor orbis
Qui partes habitant populi,patremque, Deũque
Non modò iure colant, dicãt sed cũcta iuuanté,
Et Panomphæum, siue omni voce colendum
Nomine mirando, est quod tetragammaton vni
Illorum cuique:Eloha,nam Iudæus apella
Nominat , ex tharguque Iouis cõsurgere nomẽ
Testatur , ζεὺς quod Græcis, & Διὸς Arato
Et θεὸς, inde Deum dicit quem lingua Latina,
Atque Itala Idio, Godt sed Germanus,& Eser
Hetruscus quõdam, Persæ Syre; Medus at Orse;
Assyriusq; Adad: Allaq;Arabs,at Gallica Dieu,
Verùm Hispana Dios gens dicit,Sclauaq; Doeg;
Zeut at Aegyptus,Zopa Indus, Thorq;sub Arcto,
Zimeque ab Antarcto, Turcis ac dicitur Agdi.

Sed his omissis per Grammatica serpamus rudimenta, pauca quædam de Grammaticis causis afferentes, hoc præfati,ut cum prius nostrati sermone loqui discamus,quà aliquid Latinè dicere, aut intelligere sciamus, per eundem etiam ad Latinum percipiendum inducendi, & docendi essemus.

CAsus appositi uerbis actiuè pronunciatis, uel nullam,uel hanc præuiam habentes notam, siue articulum, il, el, lo, la, i, li,gli, le, quarti esse debent, cum præsertim nec etiã nostrati sermone obliquè efferri queãt, ut amo

ut amo Dio, seguito la uirtù, Amo Deum, sequor uirtutem: non enim dicimus amo à Dio, seguito alla uirtù prçterquàm in hoc uerbo, Giouare, *quo licet sic utamur*, Giouare l'amico, & all'amico: *reddimus tamen Latinè solum iuuare amicum, etymi prçmissi causa, etsi Pacuuius uetustè admodum, & obsoletè dixit*, adiuta mihi, *per aliaque potius reddimus uerba, ut auxiliari, quod est auxim, uel auctum dare, adminiculari, dare adminiculum, prodesse esse pro (adde adminiculo) & opitulari, quod significat opem ferre, quç omnia tertium post se petunt casum; cùm exploratissimum sit, ut id omne, in cuius honorem; aut dedecus, commodū; aut incommodum, uoluptatem; aut molestiam, damnum, aut utile aliquid fit, in tertio locari debet, prçter quàm, ut diximus in uerbo Iuuo; sic enim legimus*, tibi vendidit, mihi conduxit, oro filio vxorem, tibi illum docebo, sibi vestem induit, hoc mihi dolet, mihi gaudeo, certat bacca Venafro: *ne dicam huius generis esse aßentior, benedico, obedio, fauco, gratulor, noceo, pareo, inseruio, & sexcenta alia, quorum appositis, uel obliquus articulus* al *prçponitur, uel etiam rectus, ut* fauorisco gli amici, & agl' amici; *quod si in uerbo Studeo id non accidit, quoniam dicimus* studio i libri, & non à i libri: *& tamen latinè solum reddimus Studeo libris, id fiat, quia studeo est studium do, in honoremque auctoris redundat, si libro adhibetur studium.*

In illo uerò insegno à te le lettere, *etsi obliquè efferatur ille, qui quartus debet esse casus; ut doceo te litteras, sciendū est, ut Varroni doceo est à dico: dicendo enim induco te, & sic doceo te litteras, scire, vel ut sciat.*

Vt in

Vt in his spoglio à te le vesti, le quali vestirò à Cesare, *animaduertenda est diminutio, & accessio, quę sexti omnino debent esse casus. ut* spolio te vestibus (*uestium quippe diminutione*) quibus (*quarum accessione*) vestiam Cęsarem. *quòd si mauis, quas induam Cæsari, utile spectabis, & uim uerbi induo, de quo Centuria prima Sat. 76. ut idem spectatur in leuabo tibi fascem, & te fasce; qua uarietate tamen uti non licebit in priuo, & alijs uerbis idem penè significantibus: nam priuatio sexti debet esse casus; in interdico uerò, & damnum, & priuatio apparet: dicimus enim interdicere sicarijs aqua, & igni.*

Quòd si dicis in impleo, & plenus, accessionem secundi esse casus, non sexti. ut apud Liuium Siciliam impleret nominis sui: *uide subintelligendum fama.* & suę temeritatis implet, *idest parte,* & implentur veteris Bacchi, *idest potu & apud Terentium* plenus rimarum, *idest ui, & copia, ut apud Ciceronem* si potes ollam denariorum implere. *Sed & verba etiam alia malè nostrati sermone efferuntur per rectum articulū, ut* le tue lettere ralegrano l'animo mio: *nam gaudeo significat* pigliare allegrezza, & ralegrarsi, non ralegrare, *in quibus, & similibus inspicienda est causa, quę sexti debet esse casus, ut gaudeo litteris, palleo metu, idest metus causa; ut etiam in careo, abundo, egeo, & eiusmodi, atque in uerbis utor, quod est utile capio, ut frui, fructum colligere, uesci, uti pro escis, & potiri, potis habere, fungi quod Agrętio est agere, ut defungi deficere, uel peragere, ut fungi dicatur pretura, qui munus suum exercet, & omnia agit pręturę causa, in*

quibus,

quibus, & modus actionis, & instrumentum, & quę sunt loco instrumenti, eundem casum postulantis, animaduerti possunt, ut gladio uti, uel benignitate, aut sęuitia: cum sit sęuitia actio à sęuo, & benignitas actio à benigno proficiscens.

Quòd si in multis alijs causam dignosci, & tamen eam secundo in casu reperiri diceres, ut eget ęris, & quorum indiget usus, uide ut subauditur causa: egens enim Festo est quasi ex gens, quòd nullum habeat; uel eget potius, qui extra habet, idest habitat, uel agit, hoc est se exercet, quare Aeneam quęrentem inducit poeta,

Ipse ignotus egens Libię deserta peragro
Europa, atque Asia pulsus. *quòd etymon spectasse uideri potest Plautus Mercatoris extremo,* per nos egebit, q̃ suũ prodegerit. *Huius generis sunt* laudem iustitiæ, plorem artis: arguit sceleris: moneo fœderis: liberat culpæ apud Liuium, gaudeo voti, lætor malorum, idest causa, miror laborum: *recordor otij idest causa; quod si legis etiam recordor labores, accipe perinde ac rursus cordi, hoc est menti do labores, & obliuiscor labores, idest oblino corde labores, hoc est deleo. & reminiscor est rursus rem in in corde misceo, quare Ausonius.*

Qui reminisco putat se dicere posse Latinè
Hoc vbi co scriptum est, faceret cór, si cor haberet. *hoc autem non agnoscitur in uerbo miseror, quod est miserum reor, ut* sortem miseratus iniquam, *idest miseram ratus.*

Hincque uide eos non audiendos, qui secundum casum à uerbo regi scribunt: nam si legis apud Ciceronem, ho-

minis

minis est errare, *subintelligendum est proprium*, adolescentis est maiores natu vereri, *subde officium*, puer acris ingenij, *subintellige specimen.*

Illi uerò hoc qui sunt animo, *adde prediti*, illud est ieiunij animi, *argumentum*, nullius animi, nullius consilij, *particeps*, domus Cæsaris, *in potestate*: bellua multorum capitum, *compos*, amans virtutis, *causa*, abundans lactis, *copia*, doctus sermonis, *scientia*, *uel prestantia*, emit multo, vel parui, *pretio illius, quod multum est, aut paruum*, & te parui facio, aut æstimo, *momento*, *ut emis paruo*, & *uili uendis* (*idest pretio*) *quod pretium in sexto casu ideo locatur, quoniam illud est, quiddam medium, quod eundem casum postulat, ut* labore comparatur virtus, *idest per laborem, ut* domus emitur mille aureis, *idest per mille aureos*: *ijs enim mediantibus, dicerent Barbari, emptio, & uenditio facta est; sic est* recta ad me venit, *idest per rectam*, & qua potes ire via, *idest per quam viam, cuius imitatione illud est*, Mileto transierant, *quod alibi per hysterologiam adhibetur*, transijt Formias, *sic* manet Pataui j, *in urbe*; *vt subintelligis ædem, vel limina dicens*, Ad D. Petri, & *olim*, ad Dianæ, & Castoris, sic interest omnium, *est inter omnium*, *subintellige res*; *veluti in interest mea agnosce Hysterologiam, vt si dicerem est inter mea, sic mea refert; hoc est, ad me spectat mea representans. Quæ si apud omnes legis esse sexti casus, Vt sit est in re mea, & fert è re mea: quoniam inquiunt in refert re producitur, vt Virg.* neque enim numero comprehendere refert,

vide

Vide vt ibi refert, significat re ipsa fert; cum alibi sit à refero, id est retrofero, vt lib. 4. Aen. fertque, refertque soror: *licet in retro, re longa sit positione, cum alibi in compositione sit breuis,*

Illud verò, interest ad nostram laudem, *significat per omissionem, est inter res ad laudem nostram spectantes & ad me,* aut meam ad rem refert *apud Plautum, significat, quod vulgò dicimus è à proposito: sic enim Ad, & De nostrati sermone sæpius redduntur, vt* rescribe ad hesternas litteras. accuso de negligentia, de veneficijs, arguo de crimine. de hoc te moneo. *Quòd si dicit Cicero.* id me monuit Pisonis anulus, *subintellige dicere. & ad Q. Fratrem,* illud te admoneo, *idest facere, & ad Appium,* eaq; me ex mandatis tuis monuit, *subaudi cogitare, ne Emanuel dici non posse dubitet: sic illa sunt* illud te oro, *curare,* rogo te beneficium, *dare,* posco, reposco, postulo, flagito te pecuniam, *reddere, &* abste pecuniam, *reddi; peto autem à te pecuniam, subintellige dari, sed non peto te pecuniam: est enim peto per aphæresin appeto, idest cupio: quare non appeto, nec cupio te, sed pecuniam à te (accipere) sicq; est videre rebus suis, idest prouidere ut Italicè dicimus aprir gl'occhi alle cose sue, vt apud Plaut.* curare alienis, *quippe auxiliũ: eiusdem notæ sunt, ea,* iactas & genus, & nomen inutile, *habere,* vnum stude, *facere,* litteras studere incipit, *discere,* id gaudeo, *accidisse, & cum D. Paulus inquit,* non erubesco euangelium, *subintelligebat prædicare, Vt illud Virg.*

Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ.

sic

sic est accipiendum pars stupet donum Mineruæ exitiale, quippe esse, &
Induitur galeam, clypeique insigne decorum *accipiens, vel per hysterologiam ducitur in galeam, cum induo sit quasi induco, vt Cent. 1. Sat. 89. &* Indutus tegmen capiti, *habens indutum, vel inductum tegmen ad capitis munimen: &* Induitur pedibus aurum, *est per hyppallagen induit pedes auro: sic enim pleraq; omnia per helenismum, vel Græcorum imitationem sunt dicta, qui cum sexto careant casu, secundo, & quarto illius loco vtuntur.*

Verba verò necessariò esse actiua, aut passiua vide non modò apud Charisium, & alios Veteres, sed etiam apud Scaligerum in libris de causis linguæ Latinæ. Iisq; siue dicantur personalia, siue impersonalia suppositum esse casum per subintelligentiam, lege eundem lib. 5. extremo; vt etiam de ratione casuum de quibus hæc addam ad memoriæ imbecillitatis adminiculum.

In primo est causa efficiens, monstratq; secũdus
Materiam; indicat at finem qui tertius extat;
At quartus formã, sextus verò instrumentum. vt
Mulciber Electhri Dauno confecerat ensem
Malleo, & incude, hæc quæ sic meminisse licebit,
Qui, cuius, cui, quem, à quo, siue vnde receptum,
Aut à quo fiat monstratur. Quo fine ab, aut à
Ordine cũcta tibi hæc signãtur, causa, modusq;
Auctus, defectus, medium, pretium, instrumẽtũ,
Pars, & collatio, excessus, quo tempore factum,
Casus & ille piger verbo non rectus ab vllo.
Quæ cuncta hac causa exẽplo collegimus vno.

Dat

Dat Marcus, Marci quod erit possessio parta
Marcillæ nepti, sapphyrum, & quinque pyropos,
Hæcq; ab auo data Marcilla ipso à patre recepit,
Sicque datis gaudet studio, curaque, modoque,
Vt non se his ornet, numquam priuetur vt illis.
Nouit enim partos sudore, & mille talentis,
Non lima, at manibus tritis: nam ditior omni
Marcus erat ciue, & digitis bis quinque minorē
Illa ducis Macedū arcam habuit vix mense per
Artificum haud cessante manu. [actam,

Plura in libello carmine conscripto de causis Grammat.

Sedere quietis, & æternitatis Symbolum per nummos expressum, & sedisse veteres, non accubuisse, festis diebus. animas brutorum cælo succedere temerè dictum. Sat. XLV.

SEDERE *etiam quiescere, & perennitate quadam frui indicat: qui enim sedet ab omni perturbatione, & anxietate est alienus. sicque Deum infantili ætate, inquit Pierius Hierogl. lib. 43. vt potè vnicum, & perpetuum omnium principium, nullo conficiendum senio, inter Loti arboris ramos conquiescere dixerunt veteres; diuinitatem quippe ex ipso sedendi habitu internoscentes, nulli Vnquam obnoxiam inquietationi. Hinc q; forsan Numa Pompilius Ioui Flaminem assiduum Sacerdotem instituit, cui preter alia ornamenta sellam etiam decreuit, ad Sacerdotij illius perpetuitatem indicandam: quamuis Plutarchus iussisse inquit, vt sedentes facerent, vt vota rata, &*

rata, & firma essent; sic & in aeneo nummo Caesar Augustalis Sacerdos sedet: Vestalisq́; virgo sedet in argenteo Claudij: & Macrinus imperator cum Bassianum inter diuos referri curasset, cum multa alia, tum praecipuè duas etiam statuas sedentes ei decreuit. Nasamonesq́; quòd ab obitu ad deos se euolare censebant, quò dijs fierent propiores, morituri sedebant, sedentesq́; sepeliri volebant. Romanique vrbem suam aeterno fruituram imperio indicare cupientes, eamq́; quasi deam factam, cum alia ratione aeternis dijs similem exprimere, & indicare se non posse intelligerent, sedentem eam finxerunt: idq́; est quòd sibi vult illius simulacrum globo supersedens, virginali habitu galeato, laeua hastae adnixum, dextera victoriam sustinens litt. ROMAE AETERNAE. *in aeneoque Maßentij in templo sedet, dexteram porrigens imperatori, caput captiui humi sedentis genu deprimens litt.* CONSERVATORI VRBIS AETERNAE. *& in aureo Probi sedet victoriam sustinens litt.* ROMAE AETER: *Quin eandem ob causam stellifero super globo virginali habitu turrita, copiae cornu dextera, & sceptrum laeua sustinens, sedet Italia in aeneo Antonini. Quin ad diuorum numerum aliquem referentes Romani sessione id indicabant: sic in nummo Augusti Diuae Faustinae Piae, quam subito morbo exanimatam diuam Senatus appellarat; & quoniam iuxta illud Lucretij*

Dij securum agitant superis in sedibus aeuum:

hinc in M. Aurelij Antonini Britannici nummo sedens simulacrum est, dextra radium tenens, litt. SECVRITATI PERPETVAE. *vt mirum sit minus, si ad maiestatem maiorem indicandam & quieto esse animo*

ad iudi-

ad iudicandum ſedent pro tribunali iudices, & principes, patriaque Latinus.
Sede ſedens Teucros ad ſe ſe in tecta vocauit. *&*
Ipſe ſedens niueo templi ſub culmine Cæſar
Dona recognoſcit populorum. *& lib. x. hominum ſator, atque deorum ſideream ſedet in ſedem : ut ſacris in ſcriptis paſſim de ſedente Chriſto legimus, & Taſſius inquit.*

Siede colà, d'onde egli è buono, e giuſto
Cria, moue, e forma, e'l tutto adorno rende
Soura i baſsi confin del mondo anguſto,.
Oue ne ſenſo, ne ragion aſcende,
E della eternità nel trono auguſto
Con tre lumi in vn lume Iddio riſplende.

Et ſi de accubitu veterum multa congeſſit Dionyſius Lãbinus in Horatium, & Hieronymus Mercurialis in varijs ſuis lectionibus lib. 1. cap. ij. videtur tamen dicendum feſtos dies celebraſſe menſis ſedentes : Quare Athenæus moderatè, & temperanter dies feſtos agitabant antiqui; itaque neque ſolebant accumbere, ſed epulabantur ſedentes. *& Iulius Obſequẽs Cn. Octauio, & T. Manlio Coſ. peſtilentia, & fame laborantibus Romanis ex Sybillinis monitis populum circa compita, & ſacella operaturum ſediſſe ſcribit. Sed &* Apollonius *Rhodius inquiens amplis in ædibus cenam pararunt, ad eamq; conſederunt, oſtendit reges, & nobiliores ſediſſe potius, quàm accubuiſſe; certè apud Virgilium Euander Aeneam ſolio inuitat acerno. & Catullus de heroibus ſuis* Qui poſtq̃ niueis flexerunt ſedibus artus
& apud Homerum lib. 9. Iliad. de Achille qui Lega-

faciem mutatus, & ora Cupido. *& lib. 5*
At procul in sola secretæ Troades acta
Amissum Anchisem flebant, cũctæque profundũ
Pontum aspectabant flentes.
& lib. xi. lacrymis ita fatur obortis
Tene inquit miserande puer. *& lib. 3.*
Quem Phœbi interpres multo cõpellat honore.
& paulo post Vade ait ò felix nati pietate.
lib. 5. fidam sic fatur ad aurem. *& paulo post.*
& se se ostendat in armis, Dic ait. *Cum verò non eadẽ oratio, sed eadẽ sentẽtia exponitur, dicĩ Tautologia.*
Quem si fata virum seruant, si vescitur aura
Aetherea, nec adhuc crudelib9 occubat vmbris.
& libro vndecimo Aeneidos.
Quà victrix redit illa, pedéq; ex hoste reportat.
& libro sexto. Constitit Anchisa satus, & vestigia pressit: *sed tamen si rectè animaduertis; semper magis quidpiam reponitur.*

Siluius Posthumus, longæuus Aeneas. Seruij, & Sulpitij, Apollinaris sententia asserta, reiecta ea Turn. & Canteri. Saty. XLVII.

PVRA qui nititur hasta
Siluius. *Posthumus ne, an postumus dici debeat quæsitum est multis scribente poeta.*
Siluius Albanum nomen tua posthuma proles,
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet siluis regem &c.
Quem tamen locum sic aptè explicare mihi videtur Dio-

dem modo semper fuit, semper futurum est. *& paulò infra.* hoc neque sæculorum numero, nec denique vllo finito temporibus modulo metiri conabor, hæc enim in ætatem finitam non sunt brumalis vnius instar horæ. *Sic eodem penè sensu spectato Sybillam longæuam à poeta dictam censuerim: cum enim ab Apolline esset consecuta, vt tot annos viueret, quot arenæ minutissima grana manibus contineret, annorum ille numerus videbatur ferè infinitus, & innumerabilis; quare & viuax, & longæua dicta est: arenæ enim multitudo infinita est non re ipsa, sed nostri ignoratione, qui numerare nescimus rem in se finitam, & numero circumscriptam, vt Archimedes: nam etsi Seleucus, Erythreus, Heraclydes Ponticus, Diogenes, & Melissus mundum vniuersum actu infinitum esse dixerint, auctore Stobæo, itemq́; alij etiam arenæ numerum, vnde illa Horatij lib, 1. ode. 28. de Archyta* numeroque carentis arenæ. *refelluntur tamen meritò à Timæo, Platone, & Aristotele, sicque longæuos deos dixit etiam Aeschilus. Nam quod Cesellius Vindex, itemque Canterus exponut Siluium postremum legentes detracta aspiratione Postuma proles, vt sit Aenea iam sene sero, tardoq́; partu edita proles, & Turnebus postumum eße ait, qui post factum testamentum natus est, etiam viuo patre familias, sed & qui post alios liberos, vltimosque gignitur, sicque hic accipiendum inquit, quoniam sequitur* Quem tibi longæuo &c. *hancq́; suam sententiam confirmari inquit ab Ausonio epist. 17.*

Vt quondam in Albæ montibus
Supremus Aeneæ satus.

nihil prohibet, quin idem dicere non possit, etiamsi legeret posthuma proles. & quãquam Canterus ineptè eos facere ait, qui à poeta veritatem requirunt, id licet sciamus, scimus tamen etiam ineptius agere ipsum, qui dum à Dionysij historia recedit; lectione ea postuma pro postrema se oblectans, falsa omnino affert: nam nemo cum viuo patre, vel sene ex patre natum asserit, præter Mazzon lib. 1. ca. 3. qui longæuum iam senem explicat, dumque Canterus nouarum lectionum auctoris sibi aucupatur nomen, poetam sibi ipsi repugnantem facit. de Aenea enim agens, quem tertium post annum periturum indicauit Iuppiter, simulac Terria transissent Rutulis hyberna subactis, *neq; id denegant historici. iuuenem cum finxit in ijs.*

nanque ipsa decoram
Cęsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores,

quem & cum eadem Venus cum Achate vidit.

Ac prior, heus, inquit, iuuenes monstrate *&c.*

quem item cum reliquis videns præcipuo in puppis loco stantem Pallas,

iuuenes, *inquit,* quæ causa subegit
Ignotas tentare vias? *eum verò triennio post perijsse, quàm in Italiam appulerat, ne in ea consenuisse crederet Canterus testatur Dionys. lib. 1. in his.* tribus exactis annis, quarto bellum gerens interijt. *& aliquantò post* Aenea translato ad superos septimo fermè anno post captum Ilium, *quod nec dissimulat Liuius eum super Numicum situm, & Indigetem Iouem appellatum asserens, vt demum exponere possis*

Siluius

Siluius Albanus tuus posthumus filius, quem regem in-siluis Lauinia coniux educet tibi iam longæuo, idest deo Indigeti: tibi (inquam) educet, ad tuum quippe decus, & voluptatem. nam manes, quæ hic apud nos fiunt co gnoscere, & rerum nostrarum causa affici, & permoueri censuerunt veteres, de qua re infra ideoq; dixit Anch.
Quàm metui ne quid Libiæ tibi regna nocerent?

Diuersitas mira in aquis. De Lethe Virg. & Danthes expositi. poena triplex apud inferos.
Saty. XLVIII.

DIVERSAE *facultatis guttas duas sanguinis Gorgonis habere se dicit Creusa apud Euripidē in Ione, quarum altera arcebat morbos, & nutriebat, altera verò præsentissimum erat venenum, & interficiebat. Aelianus Var hist. lib. 3. ex Sileno refert duos esse fluuios in Hyperboreis. & ad vtrunq; arbores sitas magnitudine Platani tristitiæ, & Voluptatis, comedentesque ex ijs tristitiæ semper lacrymas edere, ex his verò voluptatis à pristinis abduci voluptatibus, & si quem amarint, eius obliuisci, paulatimque fieri iuniores ad infantiam vsque. Sic ex Cyricæ fonte Cupidinis bibens amorē deponere credebatur. vt qui ex Selemno amne potabat, si credimus Pausaniæ lib. 7. Romæq; Erycis templum fuit, in quo amor faces suas Lethæis immergere videbatur aquis. de quo Ouid 2. de Remed: Amor.* Ardennæ & duo sunt fontes, quorum alter amorem Potanti gignit, odia acerba alius. *Pausanias de Trophonio antro agens* duo, *inquit*, sunt inter se proximi

fontes, bibenda illic est Lethes quę dicitur aqua, qua cunctorum ei, quæ memoria complectebatur; obliuio contingat, Mnemosines deinde.i. memoriæ aquas potat, ne mens effluat, quo minus quæ intra penetralia viderit, memoria contineat, vnde factum est, vt eundem apud Inferos esse dixerint. *quoniam in Elysijs perpetuo auo frui non possent animę præterita mala recordantes, & reuersuræ in corpora ante acta, & visa obliuiscantur, necesse est. Quare Danthes in extremo Purgatorij Lethem statuit, Virgilius verò eundem Elysium prælabi fingit: integrum enim, & solidum non perciperent gaudium, si quas dederunt, non dememinissent pœnas: poeta tamen Anchisen sic eas recensentem inducit, non vt qui passus esset, sed qui alios eas luentes vidisset: ait enim.*

alíæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos, alijs sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Sic enim igne, aqua, & verberibus animas perpurgari dixit Pherecides. Quare apud Martianum Capellam Philologia gratias agit Athanasiæ breui via se in cælum ductam, nec igne adustam, aqua ablutam, nec suæ animæ simulacrum Syri cuiusdam (Pherecidis) dogmate fuisse verberatum. Arnobiusq; eandem opinionem colligit fuisse Platonis. Quid Plato, *inquit*, vester in eo volumine, quod de animæ immortalitate cōposuit, non Acherontem, non Stygem, non Cocytum, non Pyriphlegetontem nominat, in quibus animas asseuerat volui, mergi, exuri. *Ideoque apud veteres purgationes fiebant tæda, sulphure, a-*

blutione

blutione, vẽtillatione, vnde apud poetã habemus Geor.3.

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Nec mirum: vt enim hominum simulacra feno plena tauris pilarum loco sunt, sic cacodemonibus olim homines & pilæ & ludibria quæuis erant. D. Augustinus triplicem hanc Maronis spectauit purgationem ibi. Qui hoc opinantur, nullas pœnas nisi purgatorias volunt esse post mortem, vt quoniam terris superiora sunt elementa, aer, aqua, ignis, ex aliquo istorum mundetur per expiatorias pœnas, quod terrena contagione contractum est.

Matris familiæ munus. Patruus. zij vnde hodie. Horatius expositus, & Virgilius de latente aureo ramo. Pius superos accusans. Homerus à Scaligeri calumnia defensus. Saty. XLIX.

CARMINE eo Casta licet patrui seruet Proserpina limen. *Videtur mihi poeta tanquam aliud agens docuisse, quæ sint partes patris, & optimæ matris familiæ: hæc enim studere debet, vt parta tueatur, & ex Xenophontis consilio sciat, quid quoque loco sit conditum, quod ad viri nutum proferat, ne Polygnoti opus referat, de quo Pausanias, Plinius, & Pierius, fingentis virum, sparti funiculum torquentem; vxorem verò aselli effigie assidentem à tergo, & opus quantumcumque fieret abrodentem, quod ne accidat, patruos se præbere debent viri, efficereque ne nimia lenitas prodigalitatis, & effusionis ferat segetem: nam certè Plutarchus huiusmodi argumentum non sine causa apud inferos pictum asserit,*

asserit, etsi asinum non nominet. Patruum verò esse debere virum in vxorem, domum, vel domesticas opes non seruantem dixi, idest asperum reprehensorem, castigatorem, qualis patruus est in erratis nepotis non cæcutiens, vt pater conniuet, & lippus est in erratis filij; Quamobrem Horatius lib. 3. ode. 12. Neobolem huius asellę similem mihi ostendit, aitque viri sui minis non debere exanimari in his

Miserarum est neque amori dare ludum
Neque dulci mala vino lauere: aut exanimari metuenteis patruæ verbera linguæ.

idest viri patruum se gerentis, vt Cicero ad Atticum li. 2. Ciceroni filio se patruum præbere inquit. Cura amabo te Ciceronem nostrum, ei nos thij videmur. *nos Itali hodie dicimus Zij. vt verò Neobule opus perderet, liquet ex hoc, quòd domi otiaretur nihil operis faciens, addit enim*

Tibi qualum Cythereæ puer ales,
Tibi telas, operosæque Mineruæ
Studium aufert, Neobule, Liparęi nitor Hebri.

Ibidem tantæ pietatis imago, *est non pietas solum per periphrasim, vt* mitis sapientia Leli, mens prouida Reguli *apud Horat. sed species ea, quæ se foris videndam solum præbet, sæpeque fallit: de hacque sola virtute meminit, quoniam reliqui ad inferos accessisse dicti, dijs quanquam geniti essent, huiusmodi tamen pietate exculti haud fuerunt, ideoque inferis incommodarunt. Itaque ne simulata videretur ipso etiā in Aenea, aperit ramum, qui veste latebat, perfectam nempe sapientiam, & virtutem, qua sine quæcunque virtutis nomine*

mine circumferuntur, nomen virtutis amittunt. Quòd si quis ibi eam desiderat lib. 2. Aen. cum inquit. Quem non incusaui amens hominumque deorumque *is iræ id tribuat, quæ sic quasi fumo, & caligine mentem opplet, vt rectum videre nemo queat, donec non deferbuerit ille calor:* hæc enim *(vt Plutarchus, de cohib. iracundia)* sic facit in nos impetum, vt irascamur inimicis, amicis, liberis, parentibus, etiam dijs ipsis, denique & bestijs, & animo carentibus. *Quòd si hæc hominem non decet, deum decet minus: quę tamen irâtum si dicimus, allegoricè loquimur, nostra ad eum transferentes; vt acriter nimis culparit Homerum Scaliger poet. lib. 5. cap. 3. quòd Iouem cum Iunone in Idæ vertice dormientem finxerit, quòd nō deceat primum motorem dormire:* nam cum somnus, *inquit,* datus sit rebus materiatis ad virium reparationē, dij Homerici si dormiunt, etiam pereunt: *cum tamen huiusmodi somnus diuturnam Dei patientiam ad ultionem insontes exprimere possit, ideo enim diuinam in cælo interdum dormitare dicimus sapientiam. & sanctissimus uates.* Surge quare obdormis domine.

Dementes dictos carminis initio imprudentius in Deum, aut potentiores aliquid molientes.

Satyra L.

A*LIQVA obseruatione dignum videtur, qui contra Deum, aut alios aliquid imprudentius moliri sunt ausi, eos non solum dementes appellatos à poetis, (sic enim, quòd Videbat Aeneas impium fuisse incommodos*

de dijs

de dijs habuisse sermones ait) Quem non incusaui amens hominumque, deorumque *sed vocem etiam demens posuit carminis initio: de Salmoneo enim lib. 6.*

Dum flammas Iouis, & sonitus imitatur olympi
Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aere, & cornipedum cursu simularat equorum.

& lib. 4. in Mercurij increpatione ad Aeneam,

Nate dea potes hoc sub casu ducere somnos,
Nec quæ circunstent te deinde pericula cernis
Demens, nec zephyros audis spirare secundos.

& libro nono Aeneidos de Pandaro

Demens qui Rutulum medio in certamine regẽ
Non vidit. *& ecl. 1.*

Vrbem quam dicunt Romam Melibœe putaui
Stult⁹ ego huic nostræ similẽ. *& Homer. odiß. initio*

Illa suo manus occubuit malè sana furore
Demens, quę ausa boues magni consumere solis

& xi. Iliad. de Agamemnone, qui Vrbem Troiam se euersurum dixerat

Demens neque enim Iouis consilium nouit.

& xvi. Iliados sic Patroclo insultat Patrocle certò dicebas mulieres Troianas libero die auferens
Ducere in nauibus dilectam in patriam terram
Stulte, has autem ante &c. *& Iliad. 23. quando filium interfecit Amphidamantis.*

Stultus non videns circa ludos iratus.

& Hesiodus inquit ille currum ædificabo
Demens: neque enim nouit cẽtum ligna currus.

& Q. Smirneus lib. 13.

Frustra Græci tot simul contraxerunt

Copias

Copias relicta vrbe, vt puellas, & mulieres
Stolidus sic dixit Troianorum quispiam,
Mente verò impedita non animaduertens
Exitium sibi pro foribus esse. *& Tassius lib. 5.*
Come sia pur leggiera impresa [ahi stolto]
Il repugnare alla diuina voglia.
Stolto, ch'oblia, come fra tuoni, e lampi
Di Dio la forte destra irata auampi.
& nos in Clementis Encom. hæc quanquã riseris illas
Demens sępe arces, sæpe & mirata boatus
Fulmineos, Stygijque etiam de nomine Ditis
Quæ nomen tormenta trahunt. Oppedere Cælo,
Immemor ah demens solitum Salmonea quondã
Sic prorsum Aeolidem, verùm cum pectore veras
Persensit flammas, flammis gemuisse repertis.

Septenarius numerus pro multiplici: quo Virg. Horat. & alij expositi. reiecta Modicij explicatio de nodo indissolubili apud Virg. Sat. LI.

APVD *Horatium habes*. dij quibus septem placuere colles *sic apud Virgilium* septem quæ vna sibi muro circundabit arces, *& in Vespasiani nummo Roma est cristatam induta galeam, præcincta vestem, nuda pectus, sceptrum manu tenens, suras euincta cothurnis, super septem sedens colles, sub quibus lupa est pueris duobus vbera admouens, anteque Tybris expressus litteris ROMA. Verùm quoniam colles fuere Quirinalis, Viminalis, Exquilinus, Cælius, Palatinus, Tarpeius, siue Capitolinus, & Auentinus, quibus*

postea

postea additi sunt Caliolus, Ianiculus, Vaticanus, septennarium numerum pro multiplici positum censuerim more Latinis, & alijs etiam scriptoribus familiarissimo: sic enim dixit nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas.
perinde ac dixisset, multos iam erras annos, quod factum collegerat ex eo, quòd dixerat Aeneas,
Quæ nos relliquias Danaum, terræq;, marisque,
Omnibus exhaustos iam casibus, omniũ egenos
Vrbe domo socias &c *Cum præsertim Clemens Alexandrin. decem, Eutropius tres, Dionysius Halycarnasseus duos, Orosius paucos annos eum errasse, & Solinus æstate ab Ilio capto secũda Italicis littoribus eum appulsum tradat. est enim septennarij numeri vis, & dignitas maxima in quamplurimis rebus, vt Varro, & ab eo Agellius, Macrobius, Clemens Alexand. & M. Tullius, qui eum omnium esse rerum nodum pronuntiat, Vt qui geminam vim obtineat vinciendi, & perfectus sit pari, & impari, mare, & femina consurgens, vt Cælius, qui idem vult esse illud in sacris litteris*, septies in die laudabo te, *quod alibi dixit*, semper laus eius in ore meo: *apud poetam* clypei extremos septemplicis orbes. *& lib.* 8. septenosque orbibus orbes Impediunt. *& quanquam ibi Sophoclem secutus videtur de Aiacis clypeo: tamen Sophoclem etiam eadem ratione hoc vsum numero dicere potes. & lib.* 9.

Ceu septem surgens sedatis amnibus altis.

Per tacitum Ganges &c. *pro multis accipias necesse est, cum Plinius lib. 6. cap. 18. in eum XIX. amnes influere scribat: sic enim si septima æstas idem sit, quod*

multi

multi anni, nodum cum Seruio, & reliquis indissolubilem facilè solues; vt lib. 5. septima post Troiæ excidium iam vertitur æstas, *octaua dici debuerit habita ratione temporis, quo Carthagine moratus est. nam* ꝙ *Modicius soluisse se putat, vt accedente Venerit, idque monstratum dicat verbo* Portat: nam te iam septima portat (*æstas*) *& eadem recedente discesserit, idque indicatum verbo*, Vertitur. *ut* Septima post Troiæ excidium iã vertitur æstas. *nec obstare inquit illud.* Nunc hyemem inter se luxu quàm longa fouere *quòd ex famæ uulgatione id dicatur. Ille quidem acutè commentatur, & iudicat, sed non tota dicerent Iurisconsulti lege perspecta: nam etiam Dido obijcit.*

Quin etiam hyberno moliris sidere classem,
Et medijs properas Aquilonibus ire per altum.

Quin si recedente æstate ex urbe Carthagine discessisset, cui fieret credibile, ut ante exitum eiusdem Aegestam urbem in Sicilia, in Italiaq; Troiam condere potuisset? quam conditam non fuisse precipiti æstate ex eo etiam colligitur, quòd Ascanius ceruum interfecit, dum ripa æstus viridante leuaret. *& æstate eadem Amata Lauiniam filiam* frondosis montibus abdit. *Vere igitur ex Sicilia Carthaginem uenit, indeque peracto anno, in quo non dum prorsus hyems deseuierat (unde illa supra à Didone obiecta* Quin etiam hyberno moliris sidere classem *&* Expectet facilemque fugam, ventosque ferentes) *in Siciliam rediÿt. Quòd uel ex eo cognoscitur lib.* 5. Annuus exactis completur mensibus orbis Ex quo relliquias diuinique ossa parentis Condidimus terra. &c.

Quota

Quota Maij die Aeneas Carthaginem appulerit colligi ex Virgilianis uersibus. De ortu duplici Orionis. Aristotelis ad id, Theophrasti, & Alexandri locis collatis. Sat. LII.

INEVNTE *æstate Carthaginem uenisse Aeneam poeta ipse ostendit, & dies penè certos delineat animaduertere scientibus hos uersus.*

Cum subitò assurgens fluctu nimbosus orion
In vada cæca tulit, penitusq; procacibus Austris,
Perquè vndas superante salo, perque inuia saxa
Dispulit, huc pauci vestris adnauimus oris.

inquiens enim.

Cum subitò assurgens fluctu nimbosus orion.

Ostendit eum noua æstate uenisse in apparente, uel inchoante orionis exortu: tum enim, *inquit Aristoteles*, mutationes turbulentæ sunt ob inconstantiam; *accidit enim in mutatione ueris in æstatem: quod tempus notant Astrologi esse circiter XIII. XII. & XI. Calend. Iunias, cum flatus excitari incipiunt, hincq; fit, ut Aristoteles eum orientem, & occumbentem difficilem uocet, quoniam (ut inquiunt Theophrastus, & Alexander) flatus afferat incertos, ac difficiles: ob sideris enim magnitudinem dierum aliqua fit pluralitas inquit Aristoteles 2. Met. cap. 5. ex multis namq; conflatur stellis, quæ multos dies, uel mensem consumunt in ortu, & una quæq; huius mutationis efficiendæ uim habet. nec obstat quòd ibidem dicat Aristoteles, circa orionis ortum flatum tranquillitatem dominari: nam id accipiendum est de vero*

exortu

exortu totius imaginis orionis, qui in solstitio æstiuo fiebat. Hincq; mirari non debes apud Ouidium lib.6. Fast. oriri xv. Calend. Iulias; uel ut apud Plinium vi. Calen. Iulias: id enim non ignorans omnis scius poeta cum sub Ilionei persona de apparente, & inchoante exortu egerit, quo flatus fiunt, Annam postridie quàm Aeneas eò uenerat, suadentem inducit, vt causas morandi innecteret, dum tota Orionis imago exoriretur, quo tempore flatuum fit tranquillitas, quod verbo desæuit, *expressit, inquiens,* Dum pelago desæuit hyems, & aquosus orion. *Dum dixisset Horatius demissa tempestas ab Orione posuerit; Vel causas innecte morandi per mensem, dũ qui oriri cœpit Orion totus apparuerit circa solstitium. sicq; à summis philosophis, & mathematicis pertractatam quæstionem, & demum tribus libris à Federico Bonauentura pro Theophrasto, & Alexandro vberrimè, & peritissimè disputata paucis carminibus omnium optimè, & præclarissimè complexus est poeta. Vt cum philosophorum omnium, Coryphoeum videas, & quem vnum si perpendissent controuersiarũ omniũ arbitrũ, eligere, & de sublimiori subsellio iudicantẽ venerari meritò debuissent.*

A femina seruatum decorum agente de Orione. Federici Bonauenturæ reiecta sententia de tabulis Methonis. Pastores num decorum seruarint apud Theocrit. Virg. & Baptist. Guerinum. Idem in quo seruandum. Didonem, & Annam sideralem scientiam tenuisse. Sat. LIIII.

NEC Ilioneum de incunte, nec Annam de desinente ortu Orionis ex decoro egiße dicunt quidam,

neq; enim, inquiunt, Ilioneus coram femina, nec mulier de perdificili siderali scientia agere debuisset: quibus etsi respondeat Federicus Bonauentura libro de Apollogia Arist. & Theoph. Methonis tabulas sic olim cuiq; fuisse obuias, vt hodie lunares nostrę in omnium officinis sunt appensæ, idemq; etiam persuadere nitatur Theon in Aratea Phænomena: mihi tamen id non persuadent: nam Metho omnium antiquissimus Athenis floruit Pelepones siaci belli tempore anno ab urbe condita CCCXXXIX. Mundi 3694. Dido uerò Carthaginem condidit ante Romam, ut inquit Paterculus ann. LXV. uel ut Liuius epit. lib. XCIII. uel ut Iustinus LXXII. siue ut Eusebius CXLIII. uel ut Appianus ante Ilij excidium L. siue ut ex Gilberti Genebrardi Cronographia colligitur ann. Mundi 3287. ita ut ante Methonem fuerit ann. 407. Nec item satis est dicere, Aristotelem, & Theophrastum per siderum ortus, & occasus temporum mutationes significasse, utq; nulla fuisset causa, ut Hippocrates dixisset in Aphor. quædam sub cane, aut ante Canem, sub Arcturo, aut in Arcturo facienda, *nisi siderum cognitio notissima omnibus fuisset: nam etiã Virgilius, & Plinius agricolationem rusticis tradiderunt ad eos simulantes conuertere orationem, quos nunquam habuerunt auditores, & lectores; Ratio enim quædam scriptionis hęc est, ut eos nobis esse auditores simulemus, qui pręcipuè nobis admonendi essent de quibus agimus, eosq; dum loquentes inducimus, sermone etiam nostro uti fingimus: Docti nanque viri de quauis re uel leuissima agentes, non nisi doctè scribere, & loqui sciunt.*

Quin uelut quas loquentes inducunt personas, siue ea

Afra

Afræ sint, siue Phrygiæ, Græcæ, Siculæ, aut Hetruscæ: tamen Latinè, aut Italicè solum loquentes faciunt, quòd ipsi operum auctores Latinè, aut Italicè scribere profitentur; sic si pastoritias personas, & rudiores loquentes afferunt, hoc satis habent, ut ingenitos iis à natura mores tribuant in agendo. vt si de Asiaticis acturus sis, eis luxum Africanis perfidiam, Europeis acritatem tribuas; & diligentius rem perpendendo montanos asperos, campestres molliores, maritimos infidos, & mixtis moribus licas; turbamq; agrestem, stupidam, credulam, timidam, peruicacem, indocilem, contemptus suspicacem, simulq; detestatricem; Vrbanam supinam, tumidam, mollem, ignauam, uerbis quàm factis promptiorem, luxu, atq; otio; feram, superbam non resistentibus, demissam instantibus: Militarem maleficam, intentam motibus, exprobratricem operum suorum, gloriosam, uanam, otium quærentem, quæsitum rumpentem; & generatim multitudinem omnem infidam, inuidam, indulgentem genio, rebus secundis fractam, in aduersis subitè pœnitentiæ, ducis appetentem, appetitum recusantem, facientem vt non faciat, satagentem vt nihil agat, seruientem ne pereat, vt Scaliger in poet. lib. 3. vbi & Maronianis exemplis hæc omnia probat, vt etiam cuiusuis nationis mores delineat: nam his seruatis, quòd ad orationem attinet, pleraq; omnia, ut scriptores eruditi sunt, erudita afferunt.

Sicq; Virgilius pastores suos ænigmatibus se torquentes, de Orpheo, Conone, & Mathematico radio agentes, Melibœumq; dicentem inducit,

Aut Ararim Parth⁹ bibet, aut Germania Tigrim;
At nos hinc alij, sitientes ibimus Afros;

Pars Scythiã,& rapidũ Cretæ veniemus Oaxem,
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
&c. Hebrumque bibamus,
Sithoniasq; niues hyemis subeamus aquosę. &
Nec sic cum moriens alta liber aret in vlmo
Aethyopum versemus oues sub sidere Cancri.
quòd ante apud Theocritum legerat Idil. 7.
in montibus altis
Edonum versere graui sub frigore Brumæ,
Culmina qua gelid⁹ Rhodopeia pręterit Hebr⁹,
Fronte pruinosa gelidam conuersus in Arcton.
Cum verò medios sol ardentissimus æstus
Excitat, Aethyopum per prata calentia pascas,
Rupe sub infausta Blemiarum fronte carentum,
Qua vag⁹ in calidas Nilus se cōdit arenas. *& infr.*
Scilicet ò Nymphæ Parnasia templa tenentes
Tale fuit quòd ad antra Pholi saxosa dicauit
Phyllirides magno Alcidæ cratere superbo.
quin etiam ante pastorem eundem agentem inducit de Orione, vt magis id cōdones apud nostrum regiæ feminæ
Occiduis etiam tumidas si forsan ab oris
Impulerit niger Auster aquas, licet altus orion
Exciterit pedibus super æquora summa leuatis.
*Nec mirum; plerosq; enim Pastores Arcades simulabant: sic enim Daphnis pastor Nymphæ, & Mercurij dictus est filius Diodoro, ideoq; etiam in Arcadia natus & Arcadię prgesse, eloquentięq; deus habitus est Mercurius, ut uideas non de nihilo esse, quod inquit noster ecl.*10. cantabitis Arcades inquit Montibus hęc vestris soli cantare periti Arcades &c. *satis enim*

patet

patet affectus, & orationem effingi, & dari alicui ex institutione: non enim sit incredibile, aliquos alioquin ruris colonos ex auditione, & familiaritate contracta cum urbanis multa afferre posse supra pastoritium, & rusticanum captum, & ueteres pastores fictos etiam doceri solitos à Faunis, Satyrisq; & Pane, ideoq; quędam liberius permittenda. sic enim etiam T. Calphurnius Ornitum Faunũ de Romanis rebus loquentem facit. etiamq; hodie rusticorum nostrorum multos audimus ex Ariosto, & alijs Italicis poetis quędam canentes.

Virgilius igitur Theocritum imitatus id sibi licere duxit, quod ei licuit iuxta illud Terentianum excusatione dignũ. Quod veteres factitarunt si faciunt noui.

In quo non possum non admirari peruersam recentiorum censuram, qui Baptistæ Guarino in Pastore Fido, quem ex uetere Arcadia confinxit, & alijs Italicis scriptoribus hodie id denegent.

Quin immo & hoc addam, cum perspicuum sit Gręcismos in Latinis auctoribus nos admirari, quę tandem inuidia est, ut iure optimo hos, & latinismos in nostris non solum admittere, sed suspicere etiam non debeamus, cum præsertim eos in Danthe, Petrarcha, & Boccacio admiremur? Dicant recentiores hi auctores, qui Tassium pręclarissimum poetam discerpere sunt professi, quo iure hi tres eorum scriptores Latinismos, & Græcismos Italicis suis miscuerunt? an ipsis tantum patuere ad has res amplissimę fores occlusęq; fuere reliquis omnibus subsecutis ijs non imperitioribus? an homines, & quidem litteratiores suspiciunt hodie minus Tasśij Solymeida, quàm olim, & hodie suspexerint ciuium huiusmodi Florentinorum

scripta. illud quippe Horatij epist. 1. lib. 2. *verum est*
Iam Saliare Numæ carmen qui laudat, & illud
Quòd mecum ignorat, solus vult scire videri:
Ingenijs non ille fauet, plauditque sepultis,
Nostra sed impugnat, nos, nostraq; liuidus odit.
Quòd si tam Græcis nouitas inuisa fuisset,
Tamque inuisa etiam scriptoribus inde Latinis,
Quàm nobis, quid nuc esset vet⁹? aut qd haberet
Quod legeret, tereretque viritim publicus vsus?
Sed ad Virgilium, & ad rem redeamus repetentes ex his cognosci satis esse, decorum seruari naturę, & nationis. Quod verò ad affectam orationem attinet, multa cuiq; dari posse ex familiaritatis vsu, aliena auditione, & institutione, Et condonandum deniq; poetis, ut tanquam per prolipsim, & anacronismum translatione vtatur locorum, temporum, rerum, morum, personarum, & idiomatis: nam Plautus in Epidauro vrbe hęc dici fingit, quę Romæ erant. sic enim in Curculione. Qui periurum hominem, vult conuenire, mitto in comitium. Qui mēdacem, & gloriosum apud Cluacinæ sacrum: Ditis damnosos maritos sub basilica requirito. *præterea forum infimum, forū medium, canalem lacum, Tuscum vicum, itemq; alia. sic etiam, inquam; ijs est permittendum, ut quędam transferre possint à peritis ad imperitos. Et si Aristoteli, Theophrasto, Hippocrati, Plinio, & Virgilio, de siderali scientia agere licuit orationem habentibus cum rudioribus, etiam rudioribus apud eosdem peritius alicubi agere liceat. Et quod ad nostrum attinet, agnoscatur decorum seruasse pulcherrimè; quin sic appositè de siderali scientia egisse,*

Annam

Annam Tyriam, ut nulla potuerit accomodatius: nam ſi vt ait Horatius, intererit multum qui loquatur.
Mercator ne vagus, cultorne virentis agelli
Colchus, an Aſſyrius, Thebis nutritus, an Argis.
Viriles artes, virtutes, affectus, atq; officia cum dentur, aut inſtitutione, aut natura, potuit hęc ex diuturna nauigatione peracta diſcere: nam etiam apud Iuſtinum lib. 18. in Cyprum venit, quod nec diſsimulat Dido. lib. 1.
Me quoque per multos ſimilis fortuna labores
Iactatam hac demum voluit conſiſtere terra,
Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.
Quin Orionis præcipuè obſeruationem, ex Nauclero noſſe potuit, huius enim ſideris, & aliorum quorundam obſeruatio frequens erat, ante pyxidis, & magnetis uſum. Ne hoc ſileam, diſcere facile potuiſſe, quòd Phoenices eſſent: nam Phoenicibus ſiderum obſeruationem in nauigando primam dat Plinius lib. 7. cap. 56. & Tibullus.
Prima ratem ventis credere docta Tyrus.
Quos ab Abramo edoctos inquit Ioſeph. Antiq. lib. 1. Quin Iuppiter Belus qui his quartus fuit pater, cum eidem Plinio dicatur huius ſideralis ſcientię auctor, vide, vt in earum ędibus hęc ſcientia nata, educata, & cum lacte hauſta dici poſſit, vtq; deceat hanc regiam feminam illius eſſe non expertem, & quàm appoſitè Ilioneus cum ijs de Orionis ortu egerit, atq; ideo Iopam lib. 1. Aeneid. extremo coram ijs, & Troianis ad eandem ſcientiam ſolum ſpectantia ceciniſſe, ut ipſis notiora. & quidem appoſitè magis, quam Demodocus Homericus Odyſſ. 8. coram Vlyſſe, & Alcinoo Veneris, & Martis canens adulterium, niſi ideo factum dicas, vt zelotypia

excitatus Vlysses properaret magis reditum in patriam, subripi, & subigi veritus uxorem sibi.

Sidera, & Arcton obseruasse ueteres nautas, sed Magnetis usum cum Pyxide ignorasse. Vorsoria quę. Erratum in hoc Calcagnini, Posseuini, Pij, & Alciati. Sat. LIIII.

IAM *verò Orionis notionem habere potuisse Phoenissas mulieres ostensum est: cuius etiam obseruatio satis nota erat Hebręis, quare Iob.* qui facit Arcturum, Oriona, & Hyadas, *à quo etiam mensem appellarunt, ut testatur Scholiastes Sex. Auieni. Vsum verò Magnetis cum Pyxide ueteres ignorasse non dubitauerim, etsi magnetem, & eius uim ferri attrahendi scirent, cum Hippocrates lib. de sterilib* si vteri genituram non contineant plumbo, & lapide, qui ferrum ad se rapit, leuiter terendos moneat: *nam si per eum Borealem polum agnouissent, ut nostri docti ab Amalphite quodam centum & uiginti plus, minusue ab hinc annis, lapide sic in Pyxide aptato, ut quatuor cęli facies spectet, certè Palinurus uiam se ignoraße in procella non dixißet. ait enim lib. 3. Aeneid.*

Ipse diem, noctemq; negat discernere cælo,
Nec meminisse vię media Palinurus in vnda. *&*
Treis adeo incertos cæca caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sidere noctes.

non enim de sidere Boreali agit; etsi de hoc ageret: non ageret tamen ut obseruato per Magnetis motum: nam intempesta etiam, & obscurissima nocte nubibus prorsus

obducto

obducto cęlo, huius norunt internallum, & situm nostri; & tamen idem Palinurus lib. 5. huiusmodi usum ignoraſſe prorſus oſtendit in ijs, nec littora longè
Fida reor fraterna Erycis portuſq; Sicanos,
Si modo rite memor ſeruata remetior aſtra.
Quin libro tertio.
Sidera cuncta notat tacito labentia cælo,
Arcturũ, pluuiaſq; Hyadas, geminoſq; Triones,
Armatumq; auro circunſpicit Oriona.
Vt apud Homerum Vlyſſes Pleiades, Bootem, Urſam, & Oriona obſeruat: quòd ſi dices obſeruationem Vrſę indicaſſe noſtrum ſub perſona Ilionei ad Latinum regem Nec ſidus regionæ viæ, littuſue fefellit. *id dictũ dicam de Veneris ſigno, quod ſemper in die uidit Aeneas quoad Italicum littus attigit, ut Varro apud Seruium teſtatur. & ſi nec etiam Borealia ſidera eos ignoraſſe credam per illud Ouidij lib. 3 Faſt.*
Eſſe duas Arctos quarum Cynoſura petatur
Sidonijs Helicen Graia carina notet.
& Valerius Flaccus in principio
neque enim in Tyrias Cynoſura carinas
Certior, aut Graiis Helice ſeruanda magiſtris.
& lib. 5. in apoſtrophe ad Tiphym
nec ſumma ſpeculãtem puppe videbo
Pleiadumq; globos, & egentes noctibus Arctos:
ſed tamen Magnetẽ, & Pyxidem ad has obſeruandas non adhibuiſſe, ex eo liquet, quòd cum ſidera eos latebãt, curſus etiam peragendus eoſdem fallebat. Decipiuntur prorſus, qui Magnetis uſum ueterem uolunt Verſoriamque appellant, ut Cęlius Calcagninus, & Poſſeuinus Biblioth.
ſelecta

selecta. Ioann. Baptista Pius apud Plautum in Mercatore nam cum dixisset Carinus scen. diuum, atque hominum.

Male facis, properantem qui me commorare, sol abit. *respondet Euthyc.* [rectius,
Si huc item properas: vt istac properas, facias
Hic vẽtus nũc secundus est: cape modò vorsoriã,
Hic Fauonius serenus est, hic Auster imbricus.

est enim Vorsoria, *inquit Alciatus apud Lambinum* instrumentum nauticum, quo secundum auram nauis vertitur. *(nisi mendosus locus est, & legendum potius nauis velum vertitur) addit* Non nulli putant veteres solitos esse co cognoscere, vnde flaret vẽtus, cuiusmodi hodie est Magnetis vsus. *Turnebo verò lib. 20. cap. 4. funis est, quo Vertitur Velum, ideo etiam Plautus in Epidico.*

Vtcunq; in alto ventus est Epidice ex imo velum vertitur. *Addo ad rem magis illustrandam, id fieri resti antennæ ad proram alligata, quam Orzam dicunt nostrates. & fune altero ad medium velum demisso, qui in grauioribus onerarijs nauibus* Borinà, *in leuioribus* susta *dicitur; sicque quòd huiusmodi resti via velis flectitur, Vorsoria ea restis dicitur: nam Alciati sententia, vt instrumentum esset, quo nauis ad auram vertitur, nulli probari posse existimo, cum clauo solo, & velis, aut remis vertatur nauis.*

Membro-

Membrorum mutilatio inuisi cadaueris; de naso, & adulteri pœna. Satyra LV.

INVISI *hominis cadauer mutilabant veteres, & quisq; ex eo aliquid amputabat, quare Iuuenalis Satyra* 15.

Aspicimus populos, quorum non sufficit irę
Occidisse aliquem; sed pectora, brachia, vultum
Crediderint genus esse cibi &c.

Quare de Massentio in Panegyricis habes reperto igitur, & trucidato corpore vniuersus in gaudia, & victoriam P. Romanus exarsit, *vnde Mezentij* bis sex thoraca petitum Perfossúmque locis *legis; sic Sophocles in Electra laceratum fuisse indicat Agamemnonem ea comparatioue,* quemadmodum quercuum ligna cædentes discindunt caput lethali securi. *& paulò supra,* multasque contrarias sensisti pectorum percusiones cruentatorum. *& Apollonius Rhodius lib.* 4 *ait, mutilatum fuisse membris Absyrtum: extremas autem partes amputatas appendebant collo illius, quem præsertim insidijs sustulissent, vt Scholiastes Apollonij, & Suidas: sic enim ab eo scelere se expiare censebant. idque in Deiphobum Virgilianum, Helenæ insidijs sublatum, cecidisse credibile est cuius miratus est Aeneas* populataque tempora, raptis
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.
Et certè Dictis Cretensis hunc à Menelao exectis primo auribus, brachijsque ablatis, dein naribus, ad postremum truncatũ omni ex parte, fœdatũque, & sũmo cruciatu necatum

catum ait. idem immanitatis genus notat Lucanus lib. 9.

Auulsæ cecidere manus, exsectaque lingua.
Palpitat, & muto vacuum ferit aera motu,
Hic aures, alius spiramina naris aduncæ
Amputat. *Sed Deiphobo nares præsertim truncatæ sunt, quòd adulter erat: nam sic etiam apud Martialem adultero truncantur. vt enim nil est, quod naso faciem honestet magis, quare Horat. ep. ad Pisones*

quam prauo viuere naso
Spectandum nigris oculis, nigroque capillo. *&*
Catullus Salue nec minimo puella naso.
& Traianus Imperator eũ irridẽs, qui diceret Martialis.
Nasutus fuerat, vel totus denique nasus, *inquit.*
Si tuus ad solem statuatur nasus, hiante
Ore, bene ostendas dentibus, hora quota est.

sic nihil est, quod faciem deturpet magis: quamobrem illius detruncatio apposita, & congrua est adulteri pœna alienum honorem & existimationem deturpantis; sed adhuc apta magis, & pœna talionis erat huiusmodi scelerum apud Aegyptios: qui adulterum ea deminuebant parte, qua scelus admiserat, vnde lusus

Vir demens naso num in te peccauit adulter,
Vt iuuet hunc fœdis sic lacerare modis?
Criminis auctorẽ abscindas: nã vulnere ab isto
Vxor crede mihi non tua damna feret.

Vlcisci iniurias honestissimum, id præstare non posse miserum habitum antiquis. Saty. LVI.

S*AEVIEBANT verò in cadauera, quoniam iniurias vlcisci non modò habebant honestissimum veteres,*

sed

ad manibus etiam suorum sic se gratificari mirum immodum, & de pœnæ eorum grauitate multum se demere vltione censebant. Itaque Dido quæ sibi prosperè euenerant recensens, neque hoc omisit,

Vrbem præclaram statui, mea mœnia vidi,
Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi.
Felix, heu nimium felix si &c.

Ibidemque suæ mortis optat vltorem.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor,
Qui face Dardanios, ferroque sequare colonos.

Sic Aen. 2. nūquā omnes hodie moriemur inulti.
Et in eodem sumpsisse merentis
Laudabor pœnas, animumque explesse iuuabit
Vltricis flammę, & cineres satiasse meorum. *& Architas Tarentinus apud Hor.* precibus non linquar inultis. *apud Homerum Iliad 21. Achilles ideo Patrocli manibus duodecim Troianos mactauit iuuenes, vt apud Virgilium lib. 10 capiūtur octo inferiæ Pallanti: vltionisque causa mactatur Polyxena ad Achillis tumulum; quare apud Euripidem in Hecuba Neoptolemus*

O fili Pelei, pater verò meus accipe libationes hasce propitiabiles mortuos elicientes. *apud Olaum Magnum lib. 5. Starchaterus Suetius Gigas turpe ducens morbo, aut senio perire, ab Hatero nobilissimo Viro, cuius patrem interfecerat, magna vi pecuniæ soluta impetrauit interfici, præcatus vt ipsum humi caput sustolleret, ne à cadente cadauere opprimeretur, hac nempe calliditate, & dolo, vt illum in capite colligendo detentum corporis vastitate deprimeret, sicq; mortuus illatā sibi vlcisceretur mortem. apud eosdem Scythas, eosq;*

præsertim quos hodie Circassios vocant, tanta est vltionis auiditas, vt qui per se vlcisci nequit acceptam iniuriam, sedens humi in tergore imolati bouis, quem in frusta dissecuit, reiectis in tergum manibus, quæ supplicatio apud eos est humillima, ad se accedentes auxilio esse roget, carnium dissectarum portionem afferens, vt Lucianus in Toxari; quin apud Romanos colebatur Iuppiter vltor, vt etiam à Cyprijs vt Clemens Alexandrinus oratione hortatoria ad Gentes.

Quæ Solitaurilia præter Festi, Scaligeri, & aliorum sententiam, & quæ sueouetaurilia per lapides, & auctores. Dionysij Halycar. lectio correcta Tauri aurati, cretati, & ferrugineati solidus dies, & integer in Horatio contra Lambinum. Correctus Paulus in. ff. de maiore diei parte.

Saty. LVII.

SOLITAVRILIA sunt Festo hostiarum trium diuersi generis imolatio, tauri, arietis, verris: quòd essent omnes solidi, & integri corporis, à sollo oscà linguà totum, & solidum significante, & tauro parte cæsa in pudendis in castratione: quoniam scilicet harum hostiarum omnium inuiolati essent tauri. quod de tauro præcisa pudendi parte asserit etiam Turneb. Aduers. lib. 6. cap. 18. Verùm si uox taurus indicat integram partem pudendi, vbi nam in ea tauri, arietis, & verris uestigia? Aliquantò melius Scaliger de Causis ling. Lat lib. 4. cap. 89. asserens quòd in hac uoce malè interpretati sunt ueritatem;

sue,

sue, oue, Tauro, neque enim in voce hac, soli, est ouis: sed hic fuit per initia, sue, soloce, Tauro: sic enim pecudem lana tectam prisci appellarunt, integram cum tota lana. *Credo quòd illud Lucilij legerat*. pascali pecore, ac montano, hirto, atque soloce. *sed si in soli est intonsum pecus, ubi ulla suis mentio?*

Significent igitur potius solitaurilia solidorum, & integrorum taurorum imolationem, quam alio nomine dixerunt holocaustum, quoniã totę uictimę absumendę dabantur in ignem, ab Olon quod Græcis est, quod Oscis Solon, & Latinis totum. quæ holocausta cum appellasset Psalmographus, expressit mox per Epezezesim. Tunc imponent super altare tuum vitulos. *& Maro per periphrasim delineauit libro sexto.*

Et solida imponit taurorum viscera flammis.

quæ ut tota ex more absumerentur facilius addit

Pingue superque oleũ fundẽs ardentibus extis.

& Seneca etiam eadem holocausta indicauit in Oedipo. Integras victimas vrit. *quæ etiam expressa sunt super templi fores Beauieu in Beauiolois, ubi victimarius est integram humeris uictimam baiulãs. Solocem autem ouem habes lib. 12. Aen.* intonsamque bidentem

Attulit, admouitque pecus flagrantibus aris

Imolationem uerò suis, ouis, & tauri Suouetaurilia appellabant, de qua Liuius libro 8. Marti suouetaurilibus piaculum fieri: *sic enim uetus est lectio, non solitaurilibus, similemq́; agnouiße uidetur Sigonius Commentario in Fastos, ubi Seruium Tullum exercitum omnem suouetuarilibus lustrasse scribit, etsi ibi quidam*

legant

legant ſue,oue,tauriſque,uel tauro,inquiātque hoc ſacrificium ſolitaurilia à Latinis uocari à ſue,oue,& tauro compoſita dictione, ut quoſdam etiam ſenſiſſe notat Feſtus; neque hanc ſententiam ſueouetaurilia dicenda eſſe diſſimulat Aſconius inquiens. Completó quinquennio vrbem luſtrantes ſue,oue,tauro faciebant. *Quarum etiam trium uictimarum imaginem Romæ in uetuſto lapide extantem expreſſit Guglielmus de Antiq. Relig. Roman.quanquam malè ipſe etiam uocet ſolitaurilia, dicique inquiat, ꝙ ſacrificium eſſet perfectum, & integrū à ſolum Tuſca lingua integrum ſignificante. Meliuſque Onufrius Panuuinus eaſdem uictimas ex lapide referens ſueouetaurilia appellat.ut eadem lectio denique tanquam poſt liminio redire debere uideatur in Dionyſium de eadē re agentem lib.* 4. In ſua quemque centuria equites, pedites, velites luſtrauit rex ſueouetaurilibus.Hoſtiæ taurus,aries,hircus ductæ circum exercitum Marti mactatæ. *quanquam & in hoc differat à reliquis, quòd hircum habet pro ſue,forſan librariorum ueterum uitio : nam in Græco eſt Tragos hircum denotans: etſi nec in ſolitaurilibus, neque in ſueouetaurilibus hirci mentio inſit, & in lapidibus eius forma non appareat.*

Hæc eadem ſpectaſſe ſueouetaurilia cenſeo Porphirium lib. 3. *de Abſtinentia ab eſu carnium in ijs.* Nam qua alia cauſa alij terniones auricornes? ea eſt autem trium victimarum oblatio. *Quas & hoſtias maiores vocaſſe reor Plinium lib.* 33.*cap.* 3. Deorū honori in ſacris nihil aliud excogitatum eſt, quàm vt auratis cornib⁹ hoſtię maiores immolarentur

rentur. *Qui locus monet me, ne inuoluam silentio, has tres victimas contectas fuisse infula, & corolla iugante cornua, ei simillima.*

Sex denis, tribus & baccis confecta rotundis,
Quę monumenta refert, olim quot vixerit annos
Dia, suo peperit quondam quæ summa tonanti
Virgo Deum, pariterq; hominē, natūq; patrēq;.

ut ex iisdem lapidibus, & Trebellio Pollione in Gallienum colligitur in his. Centeni albi boues auro cornibus iugatis, & dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes: *quos vetus poeta apud Ciceronem 2. de Diuinat. aurigeros vocat.* Aurigeris diuûm placantes numina tauris. *& Maro libro quinto*

Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum.

& Valerius Flaccus

Ibat agens lectas aurata fronte iuuencas;

ut contra in sacris inferorum ferrugineatæ erant. quare idem multa pallens ferrugine taurus: *quas ideo furuas appellauit Valer. lib. 2. cap. 1.* Hostias nigras, quæ furuæ antiquis dicebantur, Tarenti imolauit: *quare Arnobius lib. 7 aduers. Gent.* si grata numinibus inferis sunt nigra, furuique coloris, cur non omnia cætera, quæ illorum inferre sacrificijs moris fuit, sunt nigra, & fumigata? *superis verò facientes, nisi totas habuissent albas, creta dealbabant, unde illa* duc in Capitolia magnum, Cretatumque boué. *& Seneca in Oedipo.* Appellite aris candidum tergó bouem. *& Virgilius qui de sacris Neptuni dixit* hoc candentem in littore taurum Constituam. *de sacris Plutonis ait*

Quattuor hic primum nigrantes terga iuuēcos
Constituit. *vtraque sacra complexus est Eusebius 4. Præparat. Euangel.*

Terna quidem diuis cælestibus hostia,& ipsa
Cādida mactanda est,terna & terrestribus, atq;
Nigra eadem &c. *Quæ verò hactenus de solidis, & integris victimis sunt dicta excitant me ad Horatiana illa perpendenda de solido, & integro die non enim arridet Lambinus ad illum locum lib. & ode.* 1.

Nec partem solido demere de die Spernit.

& lib. 4. *od.* 5. dicimus integro Sicci mane die. solidum diem,aut integrum,quo nihil quis edit, aut bibit: *quis enim integram famem ad vesperum afferret, & quotidie produceret? esse igitur puto diem integrum, qui non dum inclinatus est, inquit Cic.* 3. *de Orat. in pomeridianum tempus: quandiu enim dies integer erat, & melior,ut dicitur à Virgilio*

Nunc adeo melior quoniam pars acta diei:

quisquè suis transigendis vacabat negotijs, eos præter, qui de meliori hac parte,& integro die partem demebant vino se ingurgitantes. Cum igitur semper in duodecim horas diuideretur dies sex priorum horarum pars diceba-tur quouis anni tempore tum integra,& solida, cū dies, *ut etiam inquit D. Lucas,* non dum inclinarat. *habita ratione tum horarum, tum solis ad occasum deflectentis; meliorque item diei pars dicitur Virg. quoniam sex primis horis in negotijs tractandis uersabantur, unde illa sunt Martialis.*

Prima salutantes,atque altera continet hora,
Exercet raucos tertia causidicos.

In

In quintam varios extendit Roma labores,
Sexta quies lassis, septima finis erit.

Turnebus uerò lib. 13. cap 14. qui exacta hora septima maiorem diei partem esse actam inquit, & quasi rem non satis credibilem asserat, locupletissimum huius rei testem adhibet Paulum lib. 2. Digest. de Verb. sig. scribentem, maior cuiusque diei pars est horarum septē primarum, non supremarum. *illud etiam afferre potuisset.* Totum sua est parte maius; *lege igitur omnino* melior cuiusque diei pars est horarum septem primarum. *& hoc Martialis ab eo spectatum puta.*

Fuisse diem olim semper duodecim horarum. horæ hybernæ, & estiuæ. Vigiliæ, & stationes, hæ quid in sacris. Carmen de Indulgentijs

Satyra LVIII.

D*VM aliud ex alio aggeritur, pro re nata mihi ipsi non deero. Diem semper duodecim horis constitisse apud ueteres, ut item noctem compertum esse potest ex epist. 12. lib. 4. à Seruio Sulpitio scripta ad Ciceronem pridie Cal. Iunias: cum enim dixisset,* circiter horam decimā noctis Posthumius familiaris ei ad me venit. *post medicos à se coactos, & alia ad iter habendum curata addit,* eò sum profectus prima luce. *cuiq; enim patet hodie Calendis Iunijs decimam pulsari horam ad multam diem; plerunque uerò ad breuitatem, uel longitudinem ostendendam horas hybernas, uel æstiuas diurnas, uel nocturnas appellare consueuerunt. Cicero.* primo diluculo nuncius hic Ame-

xiam venit decem horis nocturnis sex, & quinquaginta millia passuum cisijs peruolauit. *& Martialis*

Otia Prisce breui poteris donare libello,
Hora nec æstiua est, nec tibi tota perit.

æstiuaq; dixit pro longa, quæ Ouidio lib. 2. de Pont. dicitur solstitialis & nox

Tardior hyberna solstitialis erat. *& Moreti auctor*

Iam nox hybernas bis quinq; peregerat horas,
Excubitorque diem cantu prædixerat ales.

cur autem nec in plures, nec pauciores duodecim horis dies diuideretur, ostendit Galen. lib. 1. cap. 5. de cuiusque animi peccatorum notitia, per aquam ex Clepsidra duodecies percolata. ex militari verò usu dies in quatuor stationes, nox in totidem partiebatur vigilias, quarum quæque tribus constabat horis. vnde illa Soteris, etsi in secunda, & tertia vigilia venerit. *qui etiam apud D. Ioãnem* Non ne duodecim horæ sunt diei? *Plinius lib. x.* cum sole eunt cubitum, quartaque castrensi vigilia ad curas, laboresque reuocantur: *vbi ambigi potest, num id peracta sit nocte, an tribus ante lucem horis, cum quarta post nonam incipiat. apud Virg. lib. 9. vbi statione relicta Euryalus comes Niso graditur; statio est pro vigilia, quod ne ignorasse videretur, præmisit*, vigiles simul excitat: illi

Succedunt, seruantque vices.

est & statio præter cætera locus, in quo tutò stant naues, Ouidius

Fluctibus eiectum tuta statione recepi.

quare haud credo aberraret dicens hinc ductum translatum, vt

tum, ut statio ad D. Ioannem, statio ad D. Laurentium esse dicatur.

Quòd pater, & summus pastor Roman°, olympi
Rectoris solus referens munusque, vicesque.
Infirmum spectasse gregem non passus in illis
Diues inaccessos alij, ad sua vota patentes
Thesauros referans statuit, radiante Pyropo,
Atque Adamante magis pretiosos: diuite vena
Semper inexhaustos, diuerso ex hoste receptos
Arma inter, rapidosque ignes, durosq; labores,
Spes hõi, pignusque datos, quo soluat ab omni
Se tandem ęre graui, glacies siue inter, & ignes
Relliquijs scelerum ablutis superenatet astra.
Dicatur meritò tuta vt statione locatus
Qui perpurgatus vitijs illa æde quiescit
Vota per, ardentesq; preces, in quã influit aureã
Aureus imber alens rediuiuo semine cuncta.

De Tritonibus, Sanazarius expositus. De inuidia, & æmulatione. Satyra. LIX.

CARMINIBVS *ijs quibus à Tritone Misenum immersum canit poeta libro sexto.*

Aemulus exceptũ Triton[si credere dignũ est]
Inter saxa virum spumosa immerserat vnda.

Tritones reperiri haud credo dubitarit poeta, cũ semper uarijs temporibus reperti sint. Pausanias enim in Beoticis Tritonem se Romæ uidisse inquit, meminit de Tritone & in Arcadicis. de his multa Plinius. Petrus Crinitus de Honest. disciplin. lib. 14. cap. 3. Aelian. de historia

 Animal.

Animal. & Petrus Gyllius lib. & cap. 10. Alexāder ab Alex. & apud eum Theodorus Gaza., & Georgius Trapezuntius de Nereidibus, & Tritone sæpe è mari egresso, & propè fontem latente, mulieresq; in æquor rapiente, & ineunte, qui humana erat effigie vsq; ad pudenda, idemque penè refert accidisse P. Gyllius apud Spalatrum Dalmatiæ oppidum. ut planè nō uideatur fabulatus Sanazarius in carmine de morte Christi.

Cū simul & caput vndisonis emersus ab antris
Cæruleus Triton rauco super æquora cornu
Cōstreperet, nautasque horrenda voce moneret
Naturę cecidisse patrem, regemque, Deumque.

spectat enim quod Eusebius Cæsariensis Tyberij Cæsaris tempore accidisse inquit, vt Tānus quidam nauis Hispanę magister altiori voce sępius medio ęquore vocatus admonitus sit, vt propè Echinadas perductus inclamaret. magnum Pana periisse, quem illius sæculi doctiores ab Imperatore rogati Penelopes, & Procorum, siue Mercurij dixerunt filium. Verùm cum Pan Mythologis naturam significet, de Christo Deo, qui solus melior natura est, dictum fuisse est accipiendum.

Virgilio verò credibile non fiebat Deum homini inuidisse, & ei struxisse insidias: id enim est excipio vt ipse alibi excipit incautum. *& Cicero Att.* 8. Pompeium exceptum iri puto. *& rursus* exceptum iri putabam Pompeium. *ibidemque.* ne exciperemur à Cæsare. *& Horatius* latitantem fruticeto excipere aprum.

Aemulus autem est hic potius pro inuido, quàm pro enitente eum eadem superare arte, quod patuit ex nece ei

allata

allata. æmulamur enim ijs, qui ea habent, quæ nos haberè cupimus *inquit Cicero Tuscul.1. sed hęc pręclare Hesiodus de Aemulatione, & Inuidia*

Sũt geminæ in terris quibus altercãtur in vnũ
Mortales causæ, varia quoq; mente trahũtur.
Vna quidem studium laudabile sedula curat,
Altera crudeli rerum depascitur haustu.
Inuisum, atque atrum pestis genus.

& de æmulatione rursus paulo post.

Excirat illa artus segnes, & inertia corda:
Alter enim segnis dudum cui vita manebat,
Alteri⁹ spectãs cumulos, mora nulla, bouesq;
Iungit, & impresso terram diuertit aratro.
Siue domum curat, siue inserit alter ad artes,
Vicinum vicinus agit. laudabilis hæc est
Pugnandi ratio; fugienda sed altera, sub qua
Inuidet aut figulus figulo, vel egenus egeno,
Siue faber fabro, dulcisque poeta poetę.

*de æmulatione illa sunt Lucani lib.*1. stimulos dedit æmula virtus. *quę tamen in deteriorem speciem uersa est: subdit enim.*

Nec quicquam iam ferre potest Cęsarue priorẽ,
Pompeiusue parem. *laudabilis omnino imitatio alienæ glorię: unde Plateenses pueri Achilli uouebant sacra, antequam in arenam descenderent certaturi. & apud Liuium commendatur Pythagoras, qui in Italia coetus habebat iuuenum in studijs ęmulantium.* Marcescit enim sine aduersario virtus, *inquit D. Augustinus hincq; commendantur Gręci, apud quos in Quinquennalibus, ut apud Romanos in Capitolinis ludis summa*

litteratorum hominum celebritate, & æmulatione multi aut uersu, aut soluta oratione ingenij sui specimen præbebant. & profectò qui alienæ non ęmulatur gloriæ is otio marcescat necesse est. sic Cęsar conspecto Alexandri signo in Herculis templo ad Gades, ad uirtutis cursum se exciuit. cousq; transactum lacrymis detestatus. Thesеoque pręclara Herculis facinora adimebant somnos, ut Themistocli Miltiadis trophæa.

Victimas stantes iugulatas, & scriptorum, & lapidum auctoritate probatum contra Turnebum. Inferis quomodo imolatæ. Lucretius, & Virgilius, per lapides illustrati. Saty. LX.

QVAE de profana nuper præcesserunt imolatione reuocant me ad illa Dionysij lib. 7. perpendenda. Quorum alij stantem victimam feriebāt in tempora, alij cadētem cultris excipiebant. *Cum pręsertim eadem asserens Turnebus lib. 15. cap. 12. nullum modum, & ordinem statum statuat in sacris, sed hęc adhibens ad illa Virg. lib. 6.*

Supponunt alij cultros. *colligit ante securi, aut claua prostratam victimam fuisse, postea iugulatam suppositis cultris, cui reclamant lapides Romę à Guglielmo de antiqua relig. Rom. & Onufrio allati, in quibus stanti victimæ prono capite terram propè attingente, non prostratæ, suppositi sunt cultri. & Myrsilius lib. 2. rerum Lesbicarum* consuerunt Sacerdotes victimis, quę mactātur inferis, humi capita incidere: sic enim subterraneis sacrificant; at cælestibus imolantes

collum

collū sursum conuertentes iugulant. *hacq; causa quadrupedes graui odore in Syria apud Auernum locum suffocatas in caput concidentes, Lucret. lib. 6. comparat ijs, quæ mactantur manibus :* (mum

Quadrupedes quoque quò simul ac vestigia pri-
Intulerint grauiter vis cogat concidere ipsa,
Manibus vt si sint diuis mactata repente.

quare Statius In vulnus cecidere greges. *& Virgilius de Inferijs Orphei.* iugulis demitte cruorem. *& ibidem Dionysius* cadenti hostię quidam vasa, vt cruorem exciperent, subijciebant. *vt in eisdem lapidibus expressi sunt ministri uas, & pateram tenentes ad sanguinem suscipiendum. quare & Maro.* tepidumque cruorem Suscipiunt pateris; *quin nisi stetisset victima, dum iugularetur, aut secespita feriretur, non piacularis erat. Quare apud Senecam in Oedip. Tiresiæ interroganti respondet Manto,* Optima sanctas victima ante aras stetit. *infraque sciscitanti quomodo concidisset, respondet eadem,*

Iuuenca ferro semet imposito induit
Et vulnere vno cecidit. *& Maro Geor. 2.*
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram.

qualis etiam in veteri lapillo, & argenteo expressus est quidam, caprum ante aram statuens, lituum manu tenens litt. N V M. P O M.

Ostia inferorum quę pręmonstrarint priscis, Plutarchus sibi repugnans. Sat. LXI.

L*VCRETII proximè allatus locus detinet me in leuioribus quibusdam carptim ex varijs auctoribus exscri-*

exscribendis. vbi voragines ignem exhalantes essent, calidęue, graueolentes, & noxię scaterent aquæ, ubiue obscura, confragosa, & reboantia essent antra, vel unde strepitus, & clamores audirentur inde ad inferos aditum patere censebant veteres, quare Silius lib. 13.

Hortatur vicina palus, vbi signat Auerni
Squallētem introitū signans Acherusius humor.

& apud Virgilium lib. 7. Ansancti Valles

Hic specus horrendum, & sęui spiracula Ditis,

idem signat apud Cimerios latentes specus. in Aetna eructans ignis, quare eo se coniecit Empedocles. Stygia aqua prope Nonacrim, qua potātes necabātur, Stygi apud inferos nomen dedit. Saxo Grammaticus in Danicæ historię prefatione. in Islandia certis, ait, statutis temporibus maxima glaciei mole aduoluta in illius confractu fragosas adeo voces, ac varios inusitatæ inclamationis strepitus exaudiri, vt animas ob nocentis vitæ culpam supplicijs addictas illic algoris magnitudine delictorum pendere pœnas existimatum sit. ut mirere minus si apud Ariostum Astulphus coniecit ex strepitu

Di pianti, d'vrli, e di stridore eterno
Segno euidente quiui esser l'inferno.

Sic de Acherusia palude in Aegypto conficta sunt multa, de qua Diodorus. Tænarias etiam, fauces alta ostia Ditis *vocauit Maro. de Hieropoli Plutonio Strabo lib. 16. de loco non procul Trallibus apud Aelianum; vel P. Gyllium, ut de ore Plutonio apud Indos, in quo d ad sua expianda scelera greges, & armenta deijciebant. De petra Aorna, quę non procul ab Vrbe Nysa aberat, super quam aues volantes decidebant. Philostratus lib. 2. cap. 5.*

cap. 5. de uita Apol. quod idem Athenis in uestibulo Mineruæ, & multis alijs in locis in Phrygia, & Lydia accidebat. De lacu Vixinxoes apud Septentrionales populos Olaus Magnus, de Auernis autem, eorumque ratione, & causis Lucretius ubi supra, & ibi præsertim.

Qualis apud Cumas lacus est, montéq; Veseuũ
Oppleti calidis vbi fumant fontibus auctus.

Obseruandumque etiam uidetur quod efficit terræ æstus, & grauis halitus in aues, idem uideri factum excito à plurimis hominibus clamore, ut Plutarchus in Flaminio accidisse ait, cum ei uniuersa Græcia summo clamore ob uictos Macedones gratularetur; ita ut corui superuolantes deciderint, vel, *inquit*, ictu vocis discisso aere, vel aeris rotatione, & quasi vertice. *etsi secus sentit in Pompeio in his.* ex quo ferunt plebem indignatione motam ita acclamauisse, vt superuolans coruus oculis captus in medium forum ceciderit. Vnde manifeste, *inquit*, noscitur ex aeris scissione, ex qua forte vacuum fit, volatilia haud labi, sed potius ab ictu vocis percussa, cum vehementior pulsu veloci in aerem perfertur.

Locus Homeri de Titareso, & Peneo malè perceptus à Mazz. ut Lucani Stat. & Plinij qui & expositi. Thesaur. lat. ling. corrup. not. Lamb. Hort. emendatus Plinius ex Strabone. fluuij cum alijs se non miscentes.

Saty. LXII.

SI Fœtentes, uenenatæ, turbidæque cœno aquæ Tartarei præbebant aditus argumentum. cum Homerus

Iliad. 2.

Iliad. 2. Titaresum in Peneum influere, neque cum eo coniungi argenteos habente vortices, sed ipsum desuper influere, tanquam oleum, Iuramenti enim, *vt ad verbum transfert Andreas Diuus*, grauis Srygis aquę est fluxus; *nescio cur Iacob. Mazzonius li. 3. ca. 11. in Danthem ex Styge Peneum ortum habere dicat idq; afferat sę ex Lucano colligere dicente*,

Solus in alterius nomen cum venerit vndę,
Defendit Titaresus aquas, lapsusque supernè
Gurgite Penei pro siccis vtitur aruis.
Hunc fama est Stygijs manare paludibus amnē,
Et capitis memorem fluuij contagia vilis
Nolle pati, superûmque sibi seruare timorem.

utq; non Titaresum, sed Peneum è Styge oriri ostendat affert ex Papinio corruptum locum. Et Peneus nigro Styga mittere credita Diti *ex Lactātioq; hæc uerba*, constat inter prudentes Peneum vndas Stygias submittere, & subministrare. *quasi uerò si ita etiam scripsit Lactantius, id conueniret cum Lucano, & non aliud sit Stygem facere; & aliud ex Styge fieri. Sed Statius quidem de Thassalia Oppidis agens sic scribit lib. 4. Thebeaid.*

Non Tegea non ipsa deo vocat alite felix
Cylle ne: templumq; Aleae nemorale Mineruę:
Et rapidus Cliton, & qui tibi Phythie Ladon
Penè socer, candensque iugis Lampia niuosis
Et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.

de qua urbe Pheneo Euandri patria etiam Virg. Aen. VIII. Accessi, & cupidus Phenei sub mœnia duxi. *Stygem autem à Pheneo mitti cur dicat, pete ex*

Herodoti

Herodoti verbis li. 6. quæ & Homeri locum aliquatenus de iuramento illustrant, & Papinij Statij locum explicant; agens igitur de Cleomene Spartano qui in animo habebat primores Arcadum ad Urbem Nonacrim ductos adigere ad iusiurandum per aquam Stygis, in hac, *inquit,* vrbe ab Arcadibus fertur esse Stygis aqua, quæ videlicet est talis. è petra emanat aquula, distillãs in vas quoddam in girum maceria præseptum. Nonacris autẽ vbi fons hic visitur, vrbs Arcadiæ est, ante Pheneon vrbem. *Ut videas hinc dicere Statium* & Pheneos nigro Styga mittere credita Diti. *Hac aqua interfectum Alexandrum Macedonem ait Plutarchus in eius vita, quam Plinius lib. XXX. cap. extremo Alexandro datam asserit ab Antipatro maxima ignominia ipsius Aristotelis, qui id excogitauit, quam mulæ dumtaxat vngula contineri posse affirmat, etsi Plutarchus, & Ioannes Monachus asini, Iustinus lib. 12. & Pausanias in Arcadicis solum equi vngula, nec quouis alio metallorum genere contineri posse constanter asserant. in quo obseruanda auctorum pertinacia triplici ratione differens. sic alibi mirum inmodum varij sunt Historici: nam Alexander Magnus cum septimus decimus fuerit à Carano, Iustino est duodecimus; Eusebio vigesimus quartus, Velleio trigesimus tertius. sic nocte captam Troiam auctores nobis sunt Aeschylus, Euripides, auctor paruæ Iliadis, Virg. & Petronius Arbiter* Inter sepultos Priamidas nocte, & mero Danai relaxant claustra *& Q. Smyrneus: sed quæ nox illa fuerit multi multa dicũt. Hellanicus, Dionysius Aruiuus, & Lysimachus aiunt XII.*

Calen.

Calen. Februar. Calistenes Februario ineunte. Atticorum auctores Octauo die ante Martij initium, alij octauo ante initium Aprilis. Dercylas, & Aegias octauo desinentis Iulij, vel Maij, vt Euripides Scholiastes. Sed ad Titaresum redeamus, de quo cum Thesauri, ling. lat. auctor inquiat, Titaresus Homero Iliados secundo fluuius è Styge ortum habens, qui in Peneum influens illius aquis non confunditur, sed instar olei innatans excurrit. *& in voce Orcus, inquit* vt Orcum quidam ab Orcos deducunt, quod est iuramẽtum, quòd per illum idest per Stygem paludem, (à qua profluit) iurabant dij, nec peierare licebat: nam vt dicit Homerus in secundo Iliados fluui9 est Thessaliç, qui ab inferna Styge manat, & in Peneum defluit, quem nec Peneus recipit, sed instar olei supernatantem, *& cætera quę mox ex Plinio afferemus, vt videas hæc solum in husmodi lexico uidiße Mazzonium, & ante eum, Lambertum Hortensium in Lucanum. quamobrem cum Homeri locus supra sit allatus, nunc is etiam ex Plinio integer afferatur ex libro quarto cap. viij.* Intus sua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, Canorus auium cõcentu *(ex quibus uide si uis, quæ illi cum Orco similitudo, & causa)* accipit amnem Euroton *(sed caue ne magis legendum sit* Europon, *de quo Strabo libro septimo,* Europos, & Tonis in Peneum ingreſsio) nec recipit *(subdit)* sed olei modo supernatantem (vt dictum est ab Homero) breui spatio portatum abdicat, poenales aquas, dirisque

genitas

genitas argenteis suis misceri recusat. *sic certè ex Homeri nomine adducto indicans, ea se tribuere Europo, quæ ille, & Lucanus tribuunt Titareso, qui fortasse è Titareso in Europon mutauit nomen. Et demum quòquò res rapiatur. Homeri sententia in eo perspicua agnoscatur, intercessisse iusiurandum, ne hæc inter se miscerentur flumina. & si quid horum affine aliquid habere videatur Stygi fluuius id habeat Titaresus, sicq; potius, quàm Peneus cum Styge conueniat, cum ei etiam quandam segnitiem det Seneca in Troad.*

Quasque perfundit subiturus equor
Segnibus terras Titaresus vndis

& etiam Strabo hæc scribat lib. nono. Penei quidem perlucentes aquæ sunt, Titaresi verò ex crassa quadam materia, qua ex re factum est, vt illi nō commisceatur, quin instar olei desuper fluat. *Hisq; relictis alios ostēdamus amnes commixtionem aliorum euitasse. unde aut odij, aut amoris ingenita quadam in se fouisse crediti sunt semina, Athenis quæ Aesculapij fonte immergebantur, reddebantur in Phalarico. ceu in Arethusa Siculo fonte reperiebantur iacta in Alpheum Peleponnessiaco littori infusum, ut Pompon. Mela lib. 2. cap. 5. quod nec dissimulat Strabo in celebritate Olympiorum vtroque olim turbido ob receptas sordes apparente, & Pausanias lib. 7. qui de Alpheo, & Arethusa hæc eadem quæ Virgilius affert lib. 3. Aen & eadem de Salemno fluuio, & Argyra prædicat, Inopumq; fluuium occulto meatu perueniße ait ad Delios, Nilumque ipsum Euphratem eße, qui vbi paludi immersus diù latuerit supra Aetyopas euadit Nilus, & Ammianus Marcellinus*

Rhenum

Rhenum Aeroniam super natantem paludem Oceani gurgitibus intimari ait. ut videatur Ecclesiastæ XI. capitis initio locum fuisse, id allegoricos asserendi. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tempora inuenies illum.

Varij & sibi repugnantes poetæ quomodo excusandi. Virgilius, & Seneca expositi. Saty. LXIII.

MODO *has, modò alias sectantur opiniones poetæ contemptor deum Mezentius, qui dixit* nec diuûm parcimus vlli *paulò ante dixerat* ast de me diuûm pater, atque hominum rex viderit. *& Dido quæ dixerat* Scilicet his superis labor est, ea cura quietos Sollicitat *post paulò inquit* Tuq; harum interpres curarum, & conscia Iuno. *idque fit inquit Plato. 4. de leg.* quoniam, cum poetarum ars sit imitatio contrarios hominum affectus exprimens, cogitur poeta sibi ipsi contraria dicere, neque scit, vtrum hæc, an illa vera sint; *quin idem Plato asserit,* vt cum in musę tripode sedet, non est mentis compos: sed quasi fons fluit, & quacunque influunt, prorsus effundit. *Cygnos suauè canentes facit Homerus Iliados lib. 2. vnde transtulit Maro* cum longa canoros Dant per colla modos; *quin vt ille ait Asio in prato Caistri circa fluenta, noster ait.* sonat omnis, & Asia longè Pulsa palus. *Est verò Homericum pratum lucus, quem pratum dicunt vltra Nyssam inquit Strabo lib. XIV. idemque sensit Plato, Aristoteles, Ouidius, Horatius,*

Eusta-

Eustathius, Gregorius Nazianzenus, Angel. Politianus, Aeschilus, Aristophanes, Theocritus, Euripides, Martialis, Cicero, Callimachus, & alij: quos tamē Vir. ibidem vocat raucos Vrgeri volucrum raucorum ad littora nubem, & Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni. *raucosque, & anserinus similes uocat Lucianus, Aelianus, Plinius, & Athenęus, & Lucretius inquiens* Cum liquidam tollant lugubri voce querelam. *Et vetus poeta* Iam loquaces ore rauco stagna Cygni perstrepunt. *Cum Orpheus Eumenides Plutonis, & Proserpinæ faciat filias, hunc secutus Maro lib. 7. inquit de Alecto* Odit & ipse pater Pluton. *tamen quoniam Aeschylus noctis facit filias & Acherontis, ex huius sententia dixit lib. 6.* ipse atri velleris agnam Aeneas matri Eumenidum, magnaeque sorori Ense ferit. *Vbi mirum uideri potest Aeneam facere inferis, cum regibus id non licuisse indicet Seneca in Oedip. Tyresias enim euocaturus manes inquit Oedipo* ede cui mandes sacrum: Nam te, penès quem summa regnorum est, nefas Inuisere vmbras *sed dicendum, id etiam fecisse Vlyssem Homericum. Senecamque, vt tum uiuenti imperatori assentaretur, id dixisse, sic præsignificantem imperatorum apotheosim, vel vita functos abire ad deos .euitatis, manibus, & inferis.*

E e Quonia-

res ei faciat blanditias. uersus sunt lib. 2. eleg. 26.

Vidi te in somnis fracta, mea vita, carina
Ionio lassas ducere rore manus.
Et quæcunque in me fueras mentita, fateri,
Nec iã humore graues tollere posse comas.

dixitque graues potius ob contractum humorem ex uicinitate aquæ, quàm attactum. sic apud Lucretium lib. 4.

Nam quęcunque supra rorem salis edita pars est
Remorum, recta'st, & recta superne guberna

super rorem salis, maris summam partem dicit, quare subdit huic contrarium

Quæ demersa liquore obeunt, refracta videntur
Omnia conuerti. *ut etiam libro primo*
manu retinentes pocula ritè
Sensimus infuso lympharum rore supernè.

ubi Lambinus aquis calidis, aut frigidis minutim, aut guttatim roris instar infusis, *& rectè, nisi addidisset,* vel rorem lympharum translatè dictum intellige pro aqua: *non enim translatè ros significare potest aquam plurimam, sed aquæ asperginem. Neque ulla causa est, vt Giffanius ad eum Lucretij locum lib. 1.* roremque liquorum, *dicat* Ros à veteribus pro humore, & aqua ponitur sæpissimè, quod obseruatu dignum fuit. Interdum rorem aquæ, rorem liquorum dicit periphrasticè pro aqua. item rorem lacrymarum dixit Naso, rorẽ sanguinis Lucanus. Horatius rorem maris dixit pro aqua marina. & alibi qui rore puro Castaliæ lauit crines solutos. & Gręcis quoque drosos interdum valet, vt Ros: *nam malè quidem ille, exceptoque loco*

dente biberet. *nam in cætero sciendum fuerat, aquam quidem igne attolli; adipem verò reprimere se, & demittere e fuga flammæ se perdentis. in quo cæcus mihi non cæcutisse uisus est ab adipe potius, quam a bulliente vnda comparationem sumens, à qua egregiè, ut ad rem suam facientè magis sumpsit Maro lib. 7.* veluti cum flamma sonore

Virgea suggeritur costis vndantis aheni,
Nec iā se capit vnda, volat vapor ater ad auras.

ab Epici carminis prestātia mallem abfuisset vox porci, & densum illud pingue, relicta porci mentione expressisset: nam si Andreas Diuus interpres Grecam uocem in adipem benè uertit, hic certè minimè aptus durari est Aristoteli lib. 3. cap. 17. de Animal. nec se exiccantem fluuium refert. Et in Epico abiectiora quædam, & vilia nimis uocabula Vitanda sunt; quanuis ille neque muscarum nomen, neque alia humilia euitauerit: sic enim eodem libro mulas lignis onerat; cum contra noster, ipsius etiam panis nomen tāquam Epicam maiestatem non decens subterfugiens, cererem potius appellare voluerit, Cereremque canistris expediunt. *nec triticum dixit, sed potius* At si triticeam in messem. *porcorum uero asini, & mulorum nomina refugit etiam in Georgicis, ne dum Aeneidi inserere uoluerit: & coquinariam, quam Achillem suum abiectè nimis confinxit ibi Iliad. 9* In cacabum immisit [Patroclus] tergum ouis, pinguis capræ, & pinguis porci, Achilles verò carnes minutatim incidebat, & in verubus transfigebat; *noster ea maiestate decorauit*

Quinquaginta intus famulæ, quib⁹ ordine lōgo

Cura penũ ſtruere, & flammis adolere penates. *& quę Homerus vix viginti abſoluiſſet carminibus, duobus uerbis regiè expreſſit lib. 3. Aen.* corpora curamus. feſſos ſopor irrigat artus *& lib. 8.* equos, & corpora curant. *Quòd verò dixit fluuium conſumptum aura Vulcani, perplacet; eſt enim expreſſa uiuida, & uigens flamma, quam virentem dixit Horat. epod.* 17. Nec Sicana feruida Virens in Aetna flãma, *quē imitatus Danthes Inf. can,* 14. Iſcotendo da ſe l'arſura freſca; *ideſt nouam, nunquam langueſcentem. idem ſpectauit Homerus eodem libro, ſimulac enim noctu Patrocli cadauer combuſtum dixit,* Tum mane, *ait,* pyra tabeſcebat, ceſſabat autem flamma.

Cur Virgilius tam ſępe comedentes inducat Troianos, cum Taſſius, & Arioſtus ſuos nunquam epulantes finxerint. Saty. LXV.

N*VPER quidam non ineruditus cum à me Virgilij ſcripta maximè commendari cognouiſſet, illud obijcere non dubitauit, Homerum, & Virgilium ſæpius ſuos comedentes finxiße, cum hęc per apoſiopeſim, & ſubintellectionem relinqui potuiſſent, uti factum eſt à Taſſio, & Arioſto, apud quos nulla cenarum fit mentio: cui ego ſic reſponſum rectè puto, apud Virgilium, ut de Homero ſileam, ſi libro primo poſt ſæuiſſimam procellam, qua agitati fuere Troes, demum* ſale tabentes artus in littore ponunt, *ſeque cibo reficiunt, id neceſſario factum, & per ſubintellectionem id non omiſit poeta, vt Aeneæ peritiam in iaculando, & in ſociorum animis oratione*

tione

tione reuocandis à principe adhibitam curam ostenderet. In eiusdem verò libri extremo Didonis cena Amoris fuit iudicium: & præterea aliquò appulsi, aut alicunde abeuntes vota soluebant, & sacra faciebant, quod eiusdem libri initio, & fine factum accipimus per subintellectionem. quare li.3. ad Strophades deducti Dianę, & Ioui faciũt, quos in prædę partem vocant, ut & apud Helenum libant munera Bacchi. sic lib.5. non modò iusta funerum soluit patri, sed cum etiam inquit Iamque dies epulata nouem gens omnis, *id fit, quòd nouendalia ea fuerant sacra, quod expressit addens* & aris factus honos. *sic & lib.7. Tybridis ora ingressi si comedisse recensentur, id factum est, quoniam ad fatale solum deductis sacra erant facienda, quare ibi Aeneas* Siluasque & adhuc ignota precatur Flumina. *& lib 8. epulis, & sacris Herculeis exceptus fuit Aeneas ab Euandro, quare* Vescitur Aeneas simul, & Troiana iuuẽtus
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.
Cum igitur sacra eorum fierent per eiusmodi epulas, meritò vir pius alicunde soluens, vel aliquo deductus sacra non omisit, nec de ijs agere sacris potuit nisi epularum facta mentione, quod nostris hodie poetis nulla ratione necesse est, cum sacra nostra sint incruenta.

Sepulcra honoris causa multis in locis vni extructa, & præsertim in montibus. Horatius expositus. Titanes qui. Saty. LXVI.

D*IONYSIVS Halycarnasseus lib.* I. si quem, *inquit*, perplexum facit quòd Aeneę se-

 pulcra

pulcra monstrentur multis in locis, nec possit nisi vno esse conditus, cogitet multa apud multos monumenta vni facta in gratiam acceptæ vtilitatis cuiuspiam, præsertim si superessent reliquiæ generis: *sic Horatius epod.9. de Scipione* cui super Carthaginem

Virtus sepulcrum condidit

etsi Turnebus explicet cuius sepulcro Carthaginis euersæ titulus subscriptus est. *& Dionysius Lambinus* Carthaginem euersam, & deletam Scipioni sepulcri loco esse, cui perpetua constet memoria. quòd (*inquit Paterculus*) eam fecit suæ virtutis monimentum, quod fuerat aui sui clementię. *sic Suetonius in Claudio, etsi Drusi cadauer in campo Martio sepultum dixit, ab exercitu tamen honorarium tumulum ei excitatum ait, circa quem deinceps statuto die quotannis miles decurreret, Galliarumque Ciuitates publicè supplicarent. Athenienses sepulcrum condentes ijs, qui procul a patria sepulti essent, tumulo crium, idest surreptum lignum imponebant. tale in Thucididis tumulo agnoscit Marcellinus. In montibus verò, vel ad montium radices nobilioribus statuebantur. sic quippe in monte Carthagini imminente clarissimorum virorum sepulcra spectabantur. Erycino in vertice fuisse Anchisę tumulum ait Maro, lib.5. etsi apud Pausan. in Arcadicis ea legantur.* In altera viarum, quæ Orchomenum contendunt Anchisæ mōs, & ad imum montem Anchisæ sepulcrū. *apud Virg lib.11.* fuit ingens monte sub alto Regis Dercenni terreno ex aggere bustum. *& in Sigæo promontorio sepulcrū fuit Achillis.*

lis. & *apud Lucanum* regum cineres extructo mōte quiescunt. *sic apud Sophoclem in Electra extra vrbem in tumulo conditum videtur fuisse Agamemnonis sepulcrum: ait enim Chrisothemis*

Postquam. n. veni patris ad antiquum sepulcrū
Video iugo ex alto nuper fusos
Fontes lactis, & circum coronatum circulo
Omniū quotquot sunt florum tumulum patris.

apud Persas in monte, qui Persepoleos arci ab Oriente incumbebat, & regius dicebatur, reges sepeliri consueuerunt. Virgilius in Pausilippo habuit tumulum, à quo non procul suum construxit Sanazarius quare Flaminius

Da sacros cineri flores hic ille Maroni
Proxim⁹ ingenio, proxim⁹ vt tumulō. *apud Tas.*

A Dudon d'odoritero cipresso
Han fatto vn gran sepolcro à piè d'vn colle.

Aeneas Miseno ingenti mole sepulcrum
Monte sub aerio imposuit. *sic in Peloro iugo Annibalis, & in Palinuro nauis Aeneæ gubernator sepultus est. Sicque in Titano monte in Aemiliæ finibus, vbi* oppidum est SANMARINVM perpetua, *vt inquit Blondus,* libertate clarum, *ossa superioribus annis immensæ staturæ eruta sunt cum cuspide hastæ, quæ eum gigantem fuisse indicabat, his solis in lapide litteris TITANVS, quem militem eum esse reor, qui olim erat in castris Pompeij cum ARIMINVM concessit, staturæ insusitatæ, & miri roboris Varicibus crassioribus per crura prominentibus; quanquam Plinius lib. 7. cap. 20. cius patrem Tritanum vocet. Titanos siquidem pro robustis, fortibus, & inexpugnabilibus dixere veteres.*

quare

quare in cantico Iudith. non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum. *Itaque Seneca in Hercule Oeteo de Hercule sic querentem induxit chorum Ioles.*

Titana ferum te Rhodope tulit.

ratio uerò cur in editis locis sepulcra facerent, ea uidetur, quòd longius uideri possent; quare Cic. ad Att. lib. 12. epist. est hic est hic locus amoenus, & in mari ipso, qui & Antio, & Circeis aspici possit. *loquitur de loco vbi Tulliæ sepulcrum statuere decreuerat.*

Tergeminus Geryon cur Lucretio, Horatio, Virgilio, Apollodoro Iustino, & reliquis. tergeminum caput Cerberi. placenta ei data. serpens custos aureorum pomorum, & aurei uelleris.

Saty. LXVII.

T*ITANES suggerunt mihi tripectorem Geryonem: sic enim Lucretius*

Quidue tripectora tergemini vis Geryonai *de quo & Horat. lib. 1. od.* 14 ter amplum Geryonem *Virgiliusq; lib* 8 Tergemini nece Geryonis. *meminit etiam Hesiodus, Scholiastes Apollonij lib. 4. Scholiastes Pindari in Isthimijs, Apollodorusq; Bibliothe-ces. 11. eum trium hominum corpore præditum fuisse ait, ita compacto, ut in unum uentre tenus coiret & ab ilibus, femoribusq; in tres rursum partes diuisum videretur. quod Iustino lib. XXXXIIII. cum prorsus incredibile fieret, tres inquit fuisse fratres unanimes prorsus, & concordes, armentorumque agnoscuntur custodes, ut mirum sit, cur*

sic

sic concordes q; poeta in orci uestibulo stabulari dicti sint, cum virtutes premium, non poena deceat. Placet igitur Pausanias in Atticis, qui se uidisse inquit, ambesa tempestatibus sepulcro detecta oßa, quæ nisi humanorum ossium figuram retinuißent, propter magnitudinem nemo ea hominis fuisse ad credendum adduci potuisset, quę uulgus Geryonę Chrysaoris filij fuisse censebat, putoque eum tripectorem, & tricorporem dictum, idest maximi pectoris, maximiq; corporis; sic enim apud Horatium tergeminos honores amplissimos explicant litteratiores, Grecorum imitatione, apud quos treis pro multum usurpatur; sic apud Plautum in Aularia *Triuenefica est ueneficarum maxima & in Persa triparcos homines, uocat parcissimos, ut in Truculento, trifurcifer. sic Mercurius Trismegistus ualde maximus, poetico uerò commento locus est, ut cum Geryon corpus haberet omnium uastissimum, ideoq; terrori esset spectatoribus, ideo etiam ad eundem terrorem inferos ingredientibus incutiendum, uel ad animi sui abijciendam elationem ex ea uastitate contractam ibidem reliquis stabularetur; illud enim Prudentij uerum est in Psycomachia,* frangit Deus omne superbum Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur. *Forsan & sic accipiendum est tergeminum caput Cerberi, de quo Tibullus,*

Cui tres sunt linguæ, tergeminumque caput.

maximum quippe. cui & apud Horatium lib. 3. ode. ij. sanies manat ore trilingui *idest ex ore unde maximam emittebat linguam, de quo & Ariost.*

E'l can trifauce leuarò dal passo

etiam si Grecis fabulas comminisci placuit magis, quàm Home-

Homero; ab hoc enim Odyss. lib. 11. extremo canis tantum appellatur; sic enim ibi Hercules. Et quondam huc me misit canem abducturum. *quare Pausanias lib 3. cum ab Homero Ditis canem vocatum dixisset, addit,* posteriores cerberum appellarunt, & cum cætera cani fecissent similem, tria dixerunt capita habere. *Quare Apollodorus Biblioth. libro 2.* tria habebat canina capita. *& Sophocles in Trachinijs.* Canemque Ditis efferum, huic trinum caput. *quamobrem in uetusto lapide Narbonę hodie etiã tergemina ceruice, & capite expressus est, quẽ nudus adolescens fune collo alligato ducit. Hecatęus apud Pausan. in loco pręmonstrato cerberum serpentem canem dictum inquit, quòd quem morsu appetisset subita ueneni ui necaret; huic uerò quòd medicatis frugibus offam dederit Sybilla, uel inde ductum est, quòd Trophonij oraculum petituri serpentibus mellitam placentam afferebant, ut etiam dabant mortuis ad placandum Cerberum, ut testatur Suidas pag 599. uel hoc à more Aegyptiorum sumptum est, quem fuisse ait Diodor. Siculus lib. 2. cap. 6.* vt Apis corpus reducens aliquid propè adstanti Cerbero abscissum porrigeret. *In peruetusto lapide Camertino est. TRICIPITI CERBERO MVNVS MEVM FERO. cum uerò placenta ea sopiretur. sic addere uisum est*

Sic superandus erat medicatis frugibus offa,
Qui poma Hesperidũ seruabat in arbore serpẽs,
Et vigil aurata adseruans draco vellera Colchis.
Qui in ante Elysiis liceat quàm sidere campis
Omnigenũm sunt mõstra prius superãda ferarũ,

Cerbe-

Cerberus & custos orci, agnoscamus vt ante
Esse homini immensos tolerandos vsq; labores,
Quàm decus accipiat, dulcis vel præmia laudis:
Vestibulum ante ipsum sic nam Virtutis adesse
Sudorem Graij quondam cecinere poetæ.
Sic eadem virtus præruptis rupibus amplas
Est habuisse domos dicta, vt Parnassia rupes
Credita Musarum est sedes &c.

Translationis rationem videtur ignorasse Turneb. & quid seruandum per Demetrium, & Ciceronem, in quo quidam notati. laudatus Tassius, & expositus. Saty. LXVIII.

N*ON sat belle scientiam transferendi uidetur mihi tenuisse Turneb. lib. 22. cap. 7. uir alioquin peritissimus explicans enim illud. lib. 9. de Turno non sine magno sudore è prælio recedente* piceum flumen agit, *ideſt nigrum, & ex hoc multum per transumptionem. quòd in flumine, quò nigrior apparet aqua, eò profundior agnoscatur. sudori. n. quamuis magno nulla proportio, & similitudo est profundiore cum flumine. atq; id præcipuè Demetrius Phalereus, & Cicero lib. 3. de Orat. in huiusmodi quærunt translatis.* Nolo, *inquit Cicero,* maius esse, quàm res postulat, vt tempestas commessationis; aut minus, vt commessatio tempestatis, *& si Horat. ad Helluonem exprimendũ sibi licere voluit.* Pernicies, & tẽpestas, baratrũq; macelli

Placet igitur Seruius explicans piceum, sordidum, & eò magis, quoniam magnum exponeret Turnebus, nihil erat,

erat, cum hyperbolicè satis poeta flumen dixerit: Recentiores tamen liberius omnia audent. Angelus enim Politianus in Monodia dixit

Quis dabit capiti meo
Lacrymarum mare?

Illud parum ducens Virgilianum lib.1.Aen. largoque humectat flumine vultum. *quod Sanazarius de morte Christi minuere maluit* lacrymarum fundite riuos. *Qui solem cæli lycnum dixit, rem extenuauit nimis: nam etsi ab occasu solis cæli micantes scintillare oculos spectemus, diceret Sanazarius, non adeò tamen noctis tenebris obducitur cælum, ut tenebricosa in æde remoto lycno esse videamur. minus quidem extenuauit Danthes mundi potius, quàm cęli lycnum vocans, id spectans quòd amoto sole; cęlo tamen splendent, & apparent sidera. & si maius luminare in sacris litteris idem appellatus è terris remotus lustrandis amotæ lucernę vicem gerere videatur.*

Pręclare verò monet Phalereus licere à maioribus ad minora; non autem à minoribus ad maiora trãsferre; & si enim Xenophon aciei perturbationem fluctuanti mari comparauit: non tamen contra fluctuans mare aberrans, & confusum appellare licuisset, translato ducto ab acie, quę à militari ordine recedit. Quis enim diceret militant fluctus, vt fluctuant milites? quare Maro fluctuat omnis

Aere renitenti tellus. *sic fluuium turgentem, & ripas prętereuntem diceremus Italicè* Mareggiare il fiume; *sed non* fiumeggiare il mare. *&* fluctuare segetes; non segetare fluctus. ondeggiare la

campa-

campagna, non biadeggiare il mare. *apud Virgilium lib. 11. extremo* Arietat in portas miles. *apud Tertullianum verò de Pallio* Aries machina est, quæ muros frangere militat, *Valet, quam ad muros frangendos adhibent milites; vel quę militum loco muros frangit. sic Italicè* Torreggiante, combattente *dices eum, qui sublimi vertice pugnans exitium cunctis immane minatur. sed non bellantem turrim, nisi eo spectato, quòd ex ea bellantur milites. hinc Torquatus Tassius lib. 14.*

Quindi tra merli il minaccioso Argante
Torreggia, e discoporto è di lontano.

quanquam dici potest turrim refert, & imitatur. Ibi verò etsi minus ad maius transtulit: nihil tamen dicere potuit egregius.

Increspa il mare il suo ceruleo lembo:

in quo tamen spectla proportionem: refert enim per translatum extremam partem, quę littori alliditur, vel summam quæ vix attollitur vnda; illud verò.

Il lido, onde si fà gran tazza il mare

non dixisset, nisi illud Strabonis lib. 5 transferre libuisset. Alterque ab eo multo, quam prior ille est maior, quem Cratera vocant è Misseno vsque Atheneum. *de eodem loco sensisse reor M. Tullium lib. 2. ep. 8. ad Att.* Inde quoniam putas prætermittendum esse hoc tempore Cratera illum delicatum Calend. Maij de Formiano proficiscamur.

Breuitas

Breuitas in dicendo quę laudanda, & quę culpanda. per Demetrium, & Scaligerum carptim expositum.
Satyra LXIX.

HORATIVS *Epistola ad Pisones quatuor orationis vitia innuit, quę cum mihi haud explicent interpretes, per Demetrij, & Scaligeri prȩuia quædam lumina, quasi inter nubes quasdam prætensas in poeticis, illustrare conabor.* Maxima, *inquit*, pars vatum
Decipimur specie recti Breuis esse laboro,
Obscurus fio. sectantem læuia, nerui
Deficiunt, animique professus grandia, turget:
Qui variare cupit rem prodigialiter vnam,
Delphinum siluis appingit, fluctibus aprum.
Quæ quatuor cum sint, in quatuor etiam capita digerentur. Primumque quod ait, nos recti specie decipi, idem mihi videtur uoluisse Demetrius Phalereus libello de elocutione. Quemadmodum propinqua sunt improba quædam quibusdam probis, ac laude dignis, vt fidentiæ audacia, ac verecundia pudori, sic locutionis notis vicinæ sunt vitiosæ quædam, & primum magnificæ ea, cui frigidum nomen est impositum; *noster verò*, Breuis esse laboro Obscurus fio. *In breuitate certè laborandum est; sic enim breuia responsa prudentum, oracula, & Veterum uenerамur apophetegmata: nam loquacitas omnino molesta est, & Asiatici excursores aurium dicti sunt carnifices. sed cauendum est, ne à fumo, ut aiunt, in ignem concidamus. Quare Varro de lingua latina lib.* 7. Omnis oratio debet

debet dirigi ad vtilitatem, ad quam tum deniq; peruenit, si est aperta, & breuis: quoniam obscurus, & longus orator est odio; cum efficiat aperta, vt intelligatur; breuis, vt cito intelligatur. *quod & Horat. eadem epist. asseruit,* vt cito dicta Percipiant animi dociles, teneantque fideles. Apertamque consuetudo, *inquit Varro,* breuem temperantia facit loquentis. *Itaq; ut illud Thalerei verum est,* iocundius esse aliquo modo, quod concisius est, quàm apertius: sic illud ibidem nō falsum est, quòd velut qui præter currunt aliquādò non cernuntur, sic & locutio nō auditur propter celeritatem. *quod idem spectans Horatius trāslatum sumit ab eo, quod cum minimum sit, obscurum est, idest non cognoscitur, nec percipitur. vt ille sumit similitudinem à præterevnte.*

Ad id vitandum quædam ibidem tradit Demetrius. primumque fugiendas dicendi formas, quæ casibus obliquis constent. *Plagiasmos dicitur, idest obliquatio à Scaligero in Poeticis lib. 4. cap. 1. obscuram. n. ii facit orationem, cuiusmodi est, inquit Demetrius, Thilisti locutio: quem etiam Cicero ad Q. Frat. breuem esse affirmauit. Idem Demetrius paulò supra ait.* Quòd autem caret coniunctionibus, & dissolutum est totum obscurum omne est: incerta enim singulorum membrorum principia propter dissolutionem, quemadmodum Heracliti scripta etenim hæc tenebricosa efficit magna ex parte dissolutio. *quod idem de Heraclito Ephesio refert Aristoteles Rhetoricorum lib. 3. & Theon. qui idem Demetrius*

 Menan-

Menandri fabulas eguisse inquit actoribus. quòd in ijs essent, vt plurimum dissolutionis, quodque caret coniunctionibus vocat Asyndeton, ut etiam Ruffinianus in libro de luminibus verborum, & sententiarum, cuius verba ibi affert Victorius. pag. 174.

Obscura etiam ne sit oratio, *inquit Demetrius,* figura vtatur ea; quæ vocatur Epanalepsis, *quæ est eiusdem copulę illatio in illis partibus orationis, quæ post longum spatiū inferuntur. Ecce tibi Cic. exemp. in Verr. act.* 6 Nam quid Cleomenes facere potuit (non enim possum quemquam insimulare falso) quid inquam magnopere potuit Cleomenes facere? istius auaritia nauibus exinanitis? *Has certè ob causas à Demetrio, vt videtur, edoctus Scaliger lib.* 4. *cap.* 16. *breuitatem agnoscit in Salustio, quòd tribus vocibus integras explet sententias; quod certè est vti incisis.* non circunducit. *quod est non vtitur mēbris. Non claudit sententiam ambitu, sic ut extra eam nihil quęratur.* non addit, *quod est, non vtitur Epanalepsi,* Asyndetis vtitur, *quod est vtitur oratione dissoluta,* omittit verba, *quod est Vtitur Eclypsi. quotus enim quisque est, qui multa ferret huiusmodi hoc Ciceronis?* Cyrus ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus; sed ad effigiem iusti imperij, cuius summa grauitas ab illo Philosopho cum singulari comitate coniungitur. *& in Salustio hęc crebra.* libidine sic accensa, vt sæpius peteret viros, quàm peteretur. Ingenium eius haud absurdum, posse versus facere, iocum mouere, sermone vti, vel modesto, vel molli, vel procaci.

caci. *& Terentius Enuc:act. & sc.* 1. Ego ne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? sine modo. *& Cheribul Plautin. in Cassina.* verùm aliquid aliqua aliquo modo, Alicũde ab aliqui aliqua tibi spes est fore mecum fortunam.

Idem Demetrius obscurari ait orationem ambiguitate, quam ipse vocat Amphiboliam, quę est quicquid ancipitem sensum gignit in oratione: hac sępe decepti sunt oracula petentes. sic illud habes apud auctorem Rhetor. ad Alexandrum. Aio te Aeacida Romanos vincere posse. *& nos non tam benè, quàm verè*

Regali ornatas merito paulò ante corona.

Ne igitur sit obscura, crebra non habeat incisa, sed decentes ambitus, non constet vt plurimum obliquis, & asyndetis, nec sit semper sine Epanalepsi cum longior fuerit comprehensio, nec crebrò desideretur verbum, nec habeat amphiboliam, quæ fit infinitis pręsertim actiuis sitq; perspicua, nec tamen humilis: nam talem Aristoteles in Poeticis dictionis virtutem requirit: perspicuitas enim esse potest sine claritate, humilis scilicet, plebeia, & de medio sumpta, cuiq; obuia: est enim perspicuum propriè, quod pellucidum, diaphanon dicunt Gręci, Barbari transparens, quod tamen non idem est cum lucido; nam lux est actus superficiei visilis; itaque vt splendor è clypeo, & thorace effunditur; sic vbi lecta, dilucida, & illustria verba simul sunt collocata lux quędam inde emittitur, quę orationem quidem puram facit, qualis est Thucididis, quam tamen perspicuam nemo dixerit.

Dictio eneruata ob anxiam diligentiam, & nimium cultum. Saty. LXX.

DVM vitant stulti vitia in contraria currunt. *Quidam in oratione minutissima quęq; sectantes eam infirmabunt, elumbabuntq; vt ille diceret.* sectantem læuia nerui Deficiunt, animique *addit Horatius, cum contra prudens, & bonus poeta* nimis aspera sano Læuet cultu, *inquit epistola ad Iulium Florum, utrobique ab eo ducens metaphoram, qui rem aliquam sic læuicat, & expolit, ut eneruet. vnde etiam duxit Cicero in Bruto de Lysia loquens.* habet certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis optimos quàm gracilitates consectantur, quos valetudo modò bona sit, tenuitas ipsa delectat, quãquam in Lysia sunt sæpe etiam lacerti, sic vt nihil fieri posit valentius, verum est certè genere toto strigosior. *Velut enim si quis Milonis athletæ imaginem ad viuum coloribus ducere cupiens singulos quoslibet pilos, & capillos, & minimam quamuis corporis partem colore imitaretur, non athletam mihi robustum inflatis venis, varicibusq;, & extantibus neruis. sed mollem potius, effeminatum, & imbecillum spectandum præberet, sic qui concinnam, & expolitam nimis quãuis orationis particulam reddere nititur, eam languentem, & spiritus expertem reddit. in quod erratum non vna via incidere quis potest, & cum singula quæq; afferre profitetur, nihil per subintellectionem relinquens, quod Asiaticos fecisse oratores, uel ex eo intelligi potest, quòd Cicero* **in Orat.**

in Orat. ad Brutum eos parum presſos, & nimis redundantes appellat, & cum facilia, & cuique omnino nota ſunt, quæ verba adducimus, agnoſcente tum languidam orationem Ariſtotele in Poet. cum perſpicua eſt.

Hermogenes etiam lib. 1. de formis orationis culpat epimeliam, non illam quidem, inquit Scaliger, li. 4. cap. 1. quæ optimo cuique ſcriptori debetur, ex qua accurati nomen conſequi poſſit, ſed anxiam quandam diligentiam, cuiuſmodi Silius Italicus nimis probaſſe agnoſcitur: ea enim elumbem facit orationem, vt ait Hermogenes de Iſocrate. Quæ tamen anxia diligentia differt à cultu illo nimio, quem Hermogenes vocat comaticon à feminarum opera, quam ponunt in ſe nimium ornando ſumpta metaphora. qualem Cypariſſum Corynnæ canit Ouidius. qui tamen nimius cultus etiam culpatur, & excluditur à ſplendore: perit enim ſplendor nimia illa anxietate non bene dicendi.

Eneruata item redditur oratio cum conſtat nominibus, in quibus plures ſint vocales, quàm conſonantes: olim enim apud muſicos, inquit Demetrius, dicebatur quoddam nomen læue, & alterum aſperum, aliud compactum, aliud tumidum. Læueque nomen eſt, quod per vocales aut plures, aut omnes editur, ut Aiax, aſperũ, ut bebroce & ipſum hoc nomẽ aſperum imitatione ſui ipſius prolatum. compactum verò in quo litteræ ſint partim læues, partim aſperæ. læuia nomina ſunt in hoc ob exemplum ſolum conſicto. Aeolus Aeolia è media dat flamina læua. *&* Mellea dulciloquo blandè dedit oſcula nato.

Candida pallidulis immiſcens lilia calthis.

sic mollia, & dulcia ea sunt Torquati Tassij

Teneri sdegni,placide,e tranquille
Repulse,e cari vezzi,e liete paci,

De Ambitiosa, & tumida oratione à quantitate, & qualitate, quatuorque frigidis.de Ariosti, & Tassij opere. Satyra LXXI.

PROFESSVS grandia turget. *Cacozelia dicitur Græcis, Latinis ambitio,qua quis pl⁹, vel plura, vel elatiora,quàm par est, admittit. plus quò ad quantitatem continuam,plura quò ad discretam, elatiora quò ad qualitatem. & quidem re, & verbo, quibus ambobus constat oratio Ciceroni lib.3.de Orat. plus admittit,quod ad rem,aut argumentum attinet,qui Antimachum Clarium,imitatus opus immensum pertractat, & quod humanis viribus exequi, & præstare nequeat absolutè, vt de deorum, & rerum genesi: nam tanquam in quantitate continua si lineam,punctum, corpus, vel superficiem tolleres,totum disperderes, sic qui de tota rerum genesi se acturum pollicetur, profitetur grandia nimis, & turget, nec facit promissa.*

Plura verò admittit in opus suum, cum plures simul actiones referendas suscipit, à quantitate discreta vitium cõtrahens, vt scriptor Cyclicus, qui fortunam Priami,& nobile bellum se cantaturum pollicetur. de quo grandia profitente, & sic turgente in promissione non tolerando supercilio,& hiatu habemus illa.

Parturient montes,nascetur ridiculus mus.

Ad eundem hunc impegere lapidem, qui Theseida,

&

& Heracleida confuderunt. Cum verò elatiora apponit, vitium est à qualitate in operis quidem argumento, cum homini, heroi, vel heroibus, de quibus agit, eam tribuit prudentiam, iustitiam, sapientiam, fortitudinem facta, consilia, & rerum scientiam, quę maior Deum non deceret; vt sic omnia quæ dicit, tumida magis appareant. vel deos ipsos reponens contra Aristoteleos canones in prædicamentis, de ijs loquens, quod non semel fecisse Homerus deprehensus est, tanquam de infimo grege hominum, vel grege suum.

A quantitate vero in dictione erratur, cum dictiones afferuntur longiores, de quibus per synersim nihil detrahi liceat, quin totum euertas, idest cũ pluralitas accentuum est tumoris causa, ita vt uerba ventricosa sint nimis, vt

Appenninicolas interluionibus olim
Perterrefaciens innumerabilibus
Iustinopolitani manticobarbicolarum
Pernieglexerunt perterebropatinas.

sic tumet forsan illud Papinij Magnanimum Aeacidem, formidatamque tonanti Progeniem.

A quantitate discreta cum huiusmodi versus plures ordine collocantur sine causa. A qualitate erratur vel sono, uel figura. Sono cum voces duræ, fragosæ, & strepe ræ sine causa afferuntur. ut in hoc

Horrendo strepitu semper latebrosa reportant
Concaua clamorem, & reboant per confraga rupes. *& in his*
Horrendas strages, perfractaque quadrupedãtũ
Pectora pectoribus, perruptaque strage cruenta
Terribiles strepitus horrendo fragmine saxi.

quibus affines sunt, quos à raucitate vocant raulos; qui si per fictionem, aut rei imitationem facti sunt, laude sua non sunt fraudandi, vt hic Virgilianus,

At tuba terribili sonitu procul ęre canoro
Increpuit. *Cuius imitatione sic olim adolescens in Naupactea assurgere non dubitaui.*

Cum tuba cordigeno sonitu sic extudit audax
Aere cauo igniuomas tam vasto verbere glādes
Bosphoream cōtra classem, Lybicasque biremes,
Proxima vt horrēdo tremat horrida terra boatu,
Ac crepitu horrisono gemat vndique murmure cælum. Sic freta prona tonant, dum diffluit vndique ferrum Horrisonum, arma Iouis referens fera fulmina bombis &c.

Figuræ verò vitium duplex est in oratione, & cum versus sunt figurati nimis: ea enim in oratione figura est omniū optima, cum figuræ ipsæ non prorsus patent: nam tanquam mulier calamistrata, cerussaque. & stibio nimis fucata delectat minus ob nimiam eā diligentiam, & culturam, sic figurata nimis carmina indicant hominis in re ea anxiè nimis locatum studium. Vel error est figuræ cum versus adeò sunt plebeij, vt de fece, & sordibus petiti videantur; de quibus subsequenti Satyra.

Demetrius Phalereus magnificæ notę contrariam eam inquit, cui frigidum impositum nomen est: frigidum autem, vt sensit Theophrastus, est, quod excedit suam, propriamque enunciationem, siue in sententia, siue in elocutione; in sententia, vt qui in lapide, quem Cyclops in nauem Vlyssis iniecit capras pasci dixit: cum enim superet modum in sententia, & quod effici non potest, dicat; frigidum

gidum reddit. sic certè his affinia habes sexcenta apud Ludouicum Ariostum.

Cum Rodomonteæ ceciderunt fulmine dextræ
Penè oēs Morini, & Galli, cum sanguine torrens
Lutetiæ passim erumpebat mœnibus, & cum
Ter denis pedibus latam superauit onustus
Armis, quæ circum vallabat mœnia fossa.
Cumque Gryphoneæ libratum turbine dextræ
Non agilem iuuenem vt funda videre rotatum
Pallentes socij extra vrbis portas, & in vrbem
Demissum mediam, lignisque Rolādus onustum
In rupes, vacuasque áuras protrusit asellum.
Cumque Sacerdotem cæli per inania in æquor
Illinc bis denis stadijs, & quatuor absens
Iecit, qui montes si tum rosisset, vt inde
Accepit nomen, forsan potuisset id omne
Præstare, vt Cyclops, qui vasti fragmina montis
In mare si iecit: vastam mittebat in aluum
Tot tamen & carnis libras, & cymbia lactis,
Quot cētum haud possent vnq̄ cōsumere nostrū.
Et sexcenta alia his multum non dissona vasto
Ore canit, quoniā his tātum plebecula gaudet,
Hæcq; probat fricti ciceris, nec nō nucis emptor.
Nāq; ideo cytharæ ad sonitū plaudēte popello,
Sæpe & feminea, omniger ûmq; adstante corona
Se cantare virûm fingit, ceu Cyclicus esset.
Sicque ideo ei licet indoctis confundere docta
Indoctos, doctosque simul quòd fingit habere
Se circū adstātes, quod non Solymeidos auctor
Iure queat sua professus scripsisse peritis.

Quar

Quare hic excedit veri si limite, prudens
Auditor sibi præscribit quem iure, recedit
A summo, & multum ridendus vergit ad imum.
Nec quibus est aliquid saliens à parte sinistra,
Illa æquo accipiunt animo, donantue corona.
Nanque Venusini perstat sententia vatis,
Quodcunque ostendis mihi sic incredulus odi.
In elocutione verò, vt Aristot. ait. 3. Rhet. Frigus est quatuor modis, cum duplicibus nominibus vtimur crebro vt Raucisono igniuomos perterruit armiger hostes. *cum uerba sunt prisca, & ab vsu quotidiani sermonis intermissa*
Mœnere confieri, mœrorum forsue potestur.
Est etiam frigus in epithetis longioribus, vt
Rumigeracupidi, nugicanoristrepi.
Aut intempestiua, & nota nimis, ut
Ad calidos ignes albi mulctralia lactis.
Aut nimis frequentia, vel uno in carmine, vt in illo apud Ciceronem Tardigradam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam.
non enim condimenti sed cibi loco videntur allata, de quo culpauit Aristoteles Rhet. 3. Alcidamantem. Cum Synecdoche frequentior est, ut qui de se loquens quòd epistolam accepisset, diceret
Fudimus ingentes luctus, & pectora pugnis
Fœdantes, & nostra cruoribus ora notantes
Cum lacrymosa nimis miseris volumina nobis
Reddita sunt. *Cum uoces sunt longæ, inquit Demetrius, ut supra. cum multi sunt spondei inquit idem. vt*
Torquentes duras prærupto vertice saxi
Ornos,

Ornos & quercus perfractas deducentes.

Cum de paruis, inquit idem Demetrius. magnificè loquimur hyperbolicè nimis, ut in his de minimo riuulo qui Ariminum à meridie alluit, quem malè illi Aprusam uocant, cum hic sit fluuius, quem hodie Vsum dicunt.

Ausaque Titani erumpens sub vertice montis
Saxosũ, atque immane sonãs sese ardua in equor
Egerit Adriacum, Illiricasque eructat in oras
Cum stabulis arměta, viros, genus omne ferarũ,
Ocyor & nimbis, & fulminis ocyor alis,
Vortice sublimi attingens penè ardua olympi.

nimiæ enim hyperbolæ culpantur præsertim cum de re parua agitur mirificè. Tumida item fit oratio, inquit Demetrius, longitudine vel syllabarum, cum productæ omnes sunt, vel latitudine, cum verba diducta sunt ob biulcas nimis litteras Dorum more, quod tanquam subrusticum, & agreste fugiendum esse dixit in Orat. M. Tullius cumque item ficta sunt uerba aspera, ut habes in uersibus streperis supra ad id indicandum confictis.

Sed tamen sciendum poetas posse omnibus huiusmodi rebus uti, modò tamen de industria id faciant ad aliquid sono uerborum, & imitatione uocum exprimendum, & illud Chilonis seruent, Ne quid nimis. *Nam uerba coniuncta, prisca, synecdoche, uerba longa, uersus spondaici, epitheta, uel etiam otiosa: (sic enim Maro,* niuei nec copia lactis*) uersus strepери, rauli, tumidi ob latitudinem, longitudinem, fictionem, non sunt culpandi, dummodo loco, & tempore, nec nimis quàm par est, afferantur. nam cacozelia, uel ambitio est cum plus, uel plura, aut elatiora, quàm par est, admittimus.*

Lan-

Breuitas in dicendo quę laudanda, & quę culpanda. per Demetrium, & Scaligerum carptim expositum.
Satyra LXIX.

HORATIVS *Epistola ad Pisones quatuor orationis vitia innuit, quę cum mihi haud explicent interpretes, per Demetrij, & Scaligeri pręuia quædam lumina, quasi inter nubes quasdam prætensas in poeticis, illustrare conabor.* Maxima, *inquit*, pars vatum
Decipimur specie recti Breuis esse laboro,
Obscurus fio. sectantem læuia, nerui
Deficiunt, animique professus grandia, turget:
Qui variare cupit rem prodigialiter vnam,
Delphinum siluis appingit, fluctibus aprum.
Quæ quatuor cum sint, in quatuor etiam capita digerentur. Primumque quod ait, nos recti specie decipi, idem mihi videtur uoluisse Demetrius Phalereus libello de elocutione. Quemadmodum propinqua sunt improba quædam quibusdam probis, ac laude dignis, vt fidentiæ audacia, ac verecundia pudori, sic locutionis notis vicinæ sunt vitiosæ quædam, & primum magnificæ ea, cui frigidum nomen est impositum; *noster verò,* Breuis esse laboro Obscurus fio. *In breuitate certè laborandum est; sic enim breuia responsa prudentum, oracula, & veterum ueneramur apophetegmata: nam loquacitas omnino molesta est, & Asiatici excursores aurium dicti sunt carnifices. sed cauendum est, ne à fumo, ut aiunt, in ignem concidamus. Quare Varro de lingua latina lib. 7.* Omnis oratio

debet

debet dirigi ad vtilitatem, ad quam tum deniq; peruenit, si est aperta, & breuis: quoniam obscurus, & longus orator est odio; cum efficiat aperta, vt intelligatur; breuis, vt cito intelligatur. *quod & Horat. eadem epist. asseruit,* vt cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
Apertamque consuetudo, *inquit Varro,* breuem temperantia facit loquentis. *Itaq; ut illud Thalerei verum est,* iocundius esse aliquo modo, quod concisius est, quàm apertius: sic illud ibidem nõ falsum est, quòd velut qui prætercurrunt aliquãdò non cernuntur, sic & locutio nõ auditur propter celeritatem. *quod idem spectans Horatius trãslatum sumit ab eo, quod cum minimum sit, obscurum est, idest non cognoscitur, nec percipitur. vt ille sumit similitudinem à prætereunte.*

Ad id vitandum quædam ibidem tradit Demetrius. primumque fugiendas dicendi formas, quæ casibus obliquis constent. *Plagiasmos dicitur, idest obliquatio a Scaligero in Poeticis lib. 4. cap. 1. obscuram n. id facit orationem, cuiusmodi est, inquit Demetrius, Philisti locutio: quem etiam Cicero ad Q. Frat. breuem esse affirmauit. Idem Demetrius paulò supra ait.* Quòd autem caret coniunctionibus, & dissolutum est totum obscurum omne est: incerta enim singulorum membrorum principia propter dissolutionem, quemadmodum Heracliti scripta etenim hæc tenebricosa efficit magna ex parte dissolutio. *quod idem de Heraclito Ephesio refert Aristoteles Rhetoricorum lib. 3. & Theon. quin idem Demetrius*

Menandri fabulas egui∬e inquit actoribus. quòd in ijs es-ſent, vt plurimum diſſolutiones, quodque caret coniunctionibus vocat Aſyndeton, ut etiam Ruffinianus in libro de luminibus verborum, & ſententiarum, cuius verba ibi affert Victorius. pag. 174.

Obſcura etiam ne ſit oratio, *inquit Demetrius,* figura vtatur ea; quæ vocatur Epanalepſis, *quæ eſt eiuſdem copulę illatio in illis partibus orationis, quæ poſt longum ſpatiũ inferuntur. Ecce tibi Cic. exemp. in Verr. act.* 6 Nam quid Cleomenes facere potuit (non enim poſſum quemquam inſimulare falſo) quid inquam magnopere potuit Cleomenes facere? iſtius auaritia nauibus exinanitis? *Has certè ob cauſas à Demetrio, vt videtur, edoctus Scaliger lib.* 4. *cap.* 16 *breuitatem agnoſcit in Saluſtio, quòd tribus vocibus integras explet ſententias; quod certè eſt vti inciſis.* non circunducit. *quod eſt non vtitur mẽbris. Non claudit ſententiam ambitu, ſic ut extra eam nihil quęratur.* non addit, *quod eſt, non vtitur Epanalepſi,* Aſyndetis vtitur, *quod eſt vtitur oratione diſſoluta,* omittit verba, *quod eſt Utitur Eclypſi. quotus enim quiſque eſt, qui multa ferret huiuſmodi hoc Ciceronis?* Cyrus ille à Xenophonte non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus; ſed ad effigiem iuſti imperij, cuius ſummagrauitas ab illo Philoſopho cum ſingulari comitate coniungitur. *& in Saluſtio hęc crebra.* libidine ſic accenſa, vt ſæpius peteret viros, quàm peteretur. Ingenium eius haud abſurdum, poſſe verſus facere, iocum mouere, ſermone vti, vel modeſto, vel molli, vel proaci.

caci. *& Terentius Enuc: act. & sc.* 1. Ego ne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? sine modo. *& Cheribul Plautin. in Cassina.* verùm aliquid aliqua aliquo modo, Alicũde ab aliqui aliqua tibi spes est fore mecum fortunam.

Idem Demetrius obscurari ait orationem ambiguitate, quam ipse vocat Amphiboliam, quę est quicquid ancipitem sensum gignit in oratione: hac sępe decepti sunt oracula petentes. sic illud habes apud auctorem Rhetor. ad Alexandrum. Aio te Aeacida Romanos vincere posse. *& nos non tam benè, quam verè*

Regali ornatas merito paulò ante corona.

Ne igitur sit obscura, crebra non habeat incisa, sed decentes ambitus, non constet vt plurimum obliquis, & asyndetis, nec sit semper sine Epanalepsi cum longior fuerit comprehensio, nec crebrò desideretur verbum, nec habeat amphiboliam, quæ fit infinitis pręsertim actiuis sitq; perspicua, nec tamen humilis: nam talem Aristoteles in Poeticis dictionis virtutem requirit: perspicuitas enim esse potest sine claritate, humilis scilicet, plebeia, & de medio sumpta, cuiq; obuia: est enim perspicuum propriè, quod pellucidum, diaphanon dicunt Greci, Barbari transparens, quod tamen non idem est cum lucido; nam lux est actus superficiei visilis; itaque vt splendor è clypeo, & thorace effunditur; si vbi lecta, dilucida, & illustria verba simul sunt collocata lux quędam inde emittitur, quę orationem quidem puram facit, qualis est Thucididis, quam tamen perspicuam nemo dixerit.

Dictio eneruata ob anxiam diligentiam, & nimium cultum. Saty. LXX.

DVM vitant ſtulti vitia in contraria currunt. *Quidam in oratione minutiſſima queq; ſectantes eam infirmabunt, elumbabuntq; vt ille diceret.* ſectantem læuia nerui Deficiunt, animique *addit Horatius, cum contra prudens, & bonus poeta* nimis aſpera ſano Læuet cultu, *inquit epiſtola ad Iulium Florum, utrobique ab eo ducens metaphoram, qui rem aliquam ſic læuicat, & expolit, ut eneruet. vnde etiam duxit Cicero in Bruto de Lyſia loquens.* habet certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis optimos quàm gracilitates conſectantur, quos valetudo modò bona ſit, tenuitas ipſa delectat, quāquam in Lyſia ſunt ſæpe etiam lacerti, ſic vt nihil fieri poſsit valentius, verum eſt certè genere toto ſtrigoſior. *Velut enim ſi quis Milonis athletæ imaginem ad viuum coloribus ducere cupiens ſingulos quoslibet pilos, & capillos, & minimam quamuis corporis partem colore imitaretur, non athletam mihi robuſtum inflatis venis, varicibuſq;, & extantibus neruis. ſed mollem potius, effeminatum, & imbecillum ſpectandum præberet, ſic qui concinnam, & expolitam nimis quāuis orationis particulam reddere nititur, eam languentem, & ſpiritus expertem reddit. in quod erratum non vna via incidere quis poteſt, & cum ſingula quæq; afferre profitetur, nihil per ſubintellectionem relinquens, quod Aſiaticos feciſſe oratores, uel ex eo intelligi poteſt, quòd Cicero* **in Orat.**

in Orat. ad Brutum eos parum preßos, & nimis redundantes appellat, & cum facilia, & cuique omnino nota sunt, quæ verba adducimus, agnoscente tum languidam orationem Aristotele in Poet. cum perspicua est.

Hermogenes etiam lib. 1. de formis orationis culpat epimetiam, non illam quidem, inquit Scaliger, li. 4. cap. 1. quæ optimo cuique scriptori debetur, ex qua accurati nomen consequi possit, sed anxiam quandam diligentiam, cuiusmodi Silius Italicus nimis probasse agnoscitur: ea enim elumbem facit orationem, vt ait Hermogenes de Isocrate. Quæ tamen anxia diligencia differt à cultu illo nimio, quem Hermogenes vocat comaticon a feminarum opera, quam ponunt in se nimium ornando sumpta metaphora. qualem Cyparissum Corynnæ canit Ouidius. qui tamen nimius cultus etiam culpatur, & excluditur à splendore: perit enim splendor nimia illa anxietate non bene dicendi.

Eneruata item redditur oratio cum constat nominibus, in quibus plures sint vocales, quàm consonantes: olim enim apud musicos, inquit Demetrius, dicebatur quoddam nomen læue, & alterum asperum, aliud compactum, aliud tumidum. Læueque nomen est, quod per vocales aut plures, aut omnes editur, ut Aiax, asperũ, ut bebroce & ipsum hoc nomẽ asperum imitatione sui ipsius prolatum. compactum verò in quo litteræ sint partim læues, partim asperæ. læuia nomina sunt in hoc ob exemplum solum conficto. Aeolus Aeolia è media det flamina læua. *&* Mellea dulciloquo blandè dedit oscula nato.

Candida pallidulis immiscens lilia calthis.

sic mollia, & dulcia ea sunt Torquati Tassij
Teneri sdegni, placide, e tranquille
Repulse, e cari vezzi, e liete paci,

De Ambitiosa, & tumida oratione à quantitate, & qualitate, quatuorque frigidis. de Ariosti, & Tassij opere. Satyra LXXI.

PROFESSVS grandia turget. *Cacozelia dicitur Græcis, Latinis ambitio, qua quis pl⁹, vel plura, vel elatiora, quàm par est, admittit. plus quò ad quantitatem continuam, plura quò ad discretam, elatiora quò ad qualitatem. & quidem re, & verbo, quibus ambobus constat oratio Ciceroni lib. 3. de Orat. plus admittit, quod ad rem, aut argumentum attinet, qui Antimachum Clarium, imitatus opus immensum pertractat, & quod humanis viribus exequi, & præstare nequeat absolutè, vt de deorum, & rerum genesi: nam tanquam in quantitate continua si lineam, punctum, corpus, vel superficiem tolleres, totum disperderes, sic qui de tota rerum genesi se acturum pollicetur, profitetur grandia nimis, & turget, nec facit promissa.*

Plura verò admittit in opus suum, cum plures simul actiones referendas suscipit, à quantitate discreta vitium cõtrahens, vt scriptor Cyclicus, qui fortunam Priami, & nobile bellum se cantaturum pollicetur. de quo grandia profitente, & sic turgente in promissione non tolerando supercilio, & hiatu habemus illa.

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Ad eundem hunc impegere lapidem, qui Theseida,

&

& Heracleida confuderunt. Cum verò elatiora apponit, vitium est à qualitate in operis quidem argumento, cum homini, heroi, vel heroibus, de quibus agit, eam tribuit prudentiam, iustitiam, sapientiam, fortitudinem facta, consilia, & rerum scientiam, quę maior Deum non deceret; vt sic omnia quæ dicit, tumida magis appareant. vel deos ipsos reponens contra Aristoteleos canones in prædicamentis, de ijs loquens, quod non semel fecisse Homerus deprehensus est, tanquam de infimo grege hominum, vel grege suum.

A quantitate vero in dictione erratur. cum dictiones afferuntur longiores, de quibus per synercsim nihil detrahi liceat, quin totum euertas, idest cũ pluralitas accentuum est tumoris causa, ita vt uerba ventricosa sint nimis, ut

Appenninicolas interluionibus olim
Perterretaciens innumerabilibus
Iustinopolitani manticobarbicolarum
Pernt glexerunt perterebropatinas.

sic tumet forsan illud Papinij Magnanimum Aeacidem, formidatamque tonanti Progeniem.

A quantitate discreta cum huiusmodi versus plures ordine collocantur sine causa. A qualitate erratur vel sono, uel figura. Sono cum voces duræ, fragosæ, & strepere sine causa afferuntur. ut in hoc

Horrendo strepitu semper latebrosa reportant
Concaua clamorem, & reboant per confraga rupes. *& in his*

Horrendas strages, perfractaque quadrupedãtũ
Pectora pectoribus, perruptaque strage cruenta
Terribiles strepitus horrendo fragmine saxi.

quibus affines sunt, quos à raucitate vocant raulos; qui si per fictionem, aut rei imitationem facti sunt, laude sua non sunt fraudandi, vt hic Virgilianus,

At tuba terribili sonitu procul ęre canoro
Increpuit. *Cuius imitatione sic olim adolescens in Naupactea assurgere non dubitaui.*

Cum tuba cordigeno sonitu sic extudit audax
Aere cauo igniuomas tam vasto verbere glãdes
Bosphoream cõtra classem, Lybicasque biremes,
Proxima vt horrẽdo tremat horrida terra boatu,
Ac crepitu horrisono gemat vndique murmure cælum. Sic freta prona tonant, dum diffluit vndique ferrum Horrisonum, arma Iouis referens fera fulmina bombis &c.

Figuræ verò vitium duplex est in oratione, & cum versus sunt figurati nimis: ea enim in oratione figura est omniũ optima, cum figuræ ipsæ non prorsus patent: nam tanquam mulier calamistrata, cerussaque. & stibio nimis fucata delectat minus ob nimiam eã diligentiam, & culturam, sic figurata nimis carmina indicant hominis in re ea anxiè nimis locatum studium. Vel error est figuræ cum versus adeò sunt plebeij, vt de fece, & sordibus petiti videantur; de quibus subsequenti Satyra.

Demetrius Phalereus magnificæ notę contrariam eam inquit, cui frigidum impositum nomen est: frigidum autem, vt sensit Theophrastus, est, quod excedit suam, propriamque enunciationem, siue in sententia, siue in elocutione; in sententia, vt qui in lapide, quem Cyclops in nauem Vlyssis iniecit capras pasci dixit: cum enim superet modum in sententia, & quod effici non potest, dicat; fri-

gidum

gidum reddit. sic certè his affinia habes sexcenta apud Ludouicum Ariostum.

Cum Rodomonteæ ceciderunt fulmine dextræ
Penè oẽs Morini, & Galli, cum sanguine torrens
Lutetiæ passim erumpebat mœnibus, & cum
Ter denis pedibus latam superauit onustus
Armis, quæ circum vallabat mœnia fossa.
Cumque Gryphoneæ libratum turbine dextræ
Non agilem iuuenem vt funda videre rotatum
Pallentes socij extra vrbis portas, & in vrbem
Demissum mediam, lignisque Rolãdus onustum
In rupes, vacuasque auras protrusit asellum.
Cumque Sacerdotem cæli per inania in æquor
Illinc bis denis stadijs, & quatuor absens
Iecit, qui montes si tum rosisset, vt inde
Accepit nomen, forsan potuisset id omne
Præstare, vt Cyclops, qui vasti fragmina montis
In mare si iecit: vastam mittebat in aluum
Tot tamen & carnis libras, & cymbia lactis,
Quot cẽtum haud possent vr q̃ cõsumere nostrũ.
Et sexcenta alia his multum non dissona vasto
Ore canit, quoniã his tãtum plebecula gaudet,
Hæcq; probat fricti ciceris, nec nõ nucis emptor.
Nãq; ideo cytharæ ad sonitũ plaudẽte popello,
Sæpe & feminea, omnigerũmq; adstante corona
Se cantare virûm fingit, ceu Cyclicus esset.
Sicque ideo ei licet indoctis confundere docta
Indoctos, doctosque simul quòd fingit habere
Se circũ adstãtes, quod non Solymeidos auctor
Iure queat sua professus scripsisse peritis.

Quar

Ornos & quercus perfractas deducentes.

Cum de paruis, inquit idem Demetrius. magnificè loquimur hyperbolicè nimis, ut in his de minimo riuulo qui Ariminum à meridie alluit, quem malè illi Aprusam uocant, cum hic sit fluuius, quem hodie Vsum dicunt.

Ausaque Titani erumpens sub vertice montis
Saxosũ, atque immane sonãs sese ardua in equor
Egerit Adriacum, Illiricasque eructat in oras
Cum stabulis arméta, viros, genus omne ferarũ,
Ocyor & nimbis, & fulminis ocyor alis,
Vortice sublimi attingens penè ardua olympi.

nimiæ enim hyperbolæ culpantur præsertim cum de re parua agitur mirificè. Tumida item fit oratio, inquit Demetrius, longitudine vel syllabarum, cum productæ omnes sunt, vel latitudine, cum verba diducta sunt ob hiulcas nimis litteras Dorum more, quod tanquam subrusticum, & agreste fugiendum esse dixit in Orat. M. Tullius cumque item ficta sunt uerba aspera, ut habes in uersibus streperis supra ad id indicandum confictis.

Sed tamen sciendum poetas posse omnibus huiusmodi rebus uti, modò tamen de industria id faciant ad aliquid sono uerborum, & imitatione uocum exprimendum, & illud Chilonis seruent, Ne quid nimis. *Nam uerba coniuncta, prisca, synecdoche, uerba longa, uersus spondaici, epitheta, uel etiam otiosa: (sic enim Maro,* niuei nec copia lactis *) uersus streperi, rauli, tumidi ob latitudinem, longitudinem, fictionem, non sunt culpandi, dummodo loco, & tempore, nec nimis quàm par est, afferantur. nam cacozelia, uel ambitio est cum plus, uel plura, aut clatiora, quàm par est, admittimus.*

Lan-

nostra sibi bello connubia poscunt. *fugientem?* fugit illicet ocyor euro: Et fugit ad salices, & se cupit ante videri. *hortantem?* nunc nunc insurgite remis Hectorei socij *optantem?* Me me adsum qui feci, in me conuertite ferrum. *instantem?* O Rutuli mea fraus omnis nihil iste, nec ausus. *minantem?* Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri.. *magnæ staturæ hominem pictum videre cupis? ecce tibi Entellum*, Qui magnos membrorum artus magna ossa, lacertosque Exuit, atque ingens media consistit arena. *languentes, & lassas mulieres præ longa nauigatione languenti etiam fine uersus.* heu tot vada fessis, Et tantum superesse maris. *cadentem bouem* Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos. *vis gigantem?* Monstrum, horrendum, informe, ingens cui lumen ademptum. *specta dictionem similem eius rei, cuius est nota. In quo substantia est, quantitas, & qualitas;* monstrum *enim est substantia,* Ingens *quantitas,* horrendum, informe *qualitas, est rei dictio similis. nam in voce* monstrum *est asperitas, in* ingens *magnitudo, in* horrendum *horror, vt optime id vidit Scaliger; quem etiam ducem imitari conatus sum in proximis orationis caracteribus dignoscendis. qui etiam Epithesi orationem excitari ait, siue illa Epitheta adhibita sint ad distinguendum, vt garrula hirundo à marina differens, quæ arguta dicitur, siue ad augendum, ut pius Aeneas, siue ad minuendum, ut frigida bello dextra. sumuntur ab euentu præterito, ut* Nos iuuenem egregium, *à futuro, quo habitus futuræ rei, uel orationis præ-*

nis præmonstratur, ut placido sic pectore fatur, sedato respondit corde Latinus. Præcipuè infelix pesti deuota futuræ Expleri mentem nequit Dido. Placidum caput extulit vnda. *Neptunus mare pacaturus; sic Aeneas, nunc pius, nunc pater, nunc magnanimus, nunc dea natus epitheto conueniente rei de qua agit appellatur, non ut* Achilles *Homericus, qui vbique pedibus celer dicitur etiam cum coquinam exerceret. demum epitheta in poetis illustrant orationem, in soluta oratione eam affectatam reddunt, cum sunt nimia. quod si cui datum sit, Vt noua excogitet, is subrepit gloriam priscis inquit Scaliger, & gloriæ causam præripit posteris. hinc in Topilubrio clunibus per glaciem decurrentes iuuenes dicere quondam ausus sum.* Clunilubras iuuenes cœpit Cyrcæa voluptas.

De grandia summissè, humilia elata oratione asserentibus Lambinus, & Luisinus notati.

Saty. LXXIII.

QVI variare cupit rem prodigialiter vnam,
Delphinũ siluis appingit, fluctibus aprũ,
In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

Hactenus de breuitate obscura, eneruata oratione, tumida, itemq; languenti actum, nunc de grauitate in re humili, & humilitate in graui exprimenda temerè adhibita agit: non enim placent Dionysius Lambinus, & Luisinus id dictum asserentes de ijs, qui narrationibus, & fabulis non verisimilibus, & incredibilibus opus suum ornare student prodigialiter, idest supra hominum fidem: nam etsi

etsi nō omnino reijciendū id videri possit, supra in de tumore orationis agens Vitiū illud admitti posse dixi & re, & verb. sic nō videtur dissimulandū hic argumēta ea posse etiā culpari, quæ supra hominū fidem narrationibus, & fabulis constant incredibilib. Verùm vt supra egit de ijs, qui recti specie decepti quas debebant orationis formas non seruarunt, sic hunc etiam locum ad orationem præcipuè spectare dicerem, à poetaque eos culpari, qui grauia humillimè, & leuia magnificè omnino temerè pertractant: id enim est Delphinum mari assuetum, idest orationem grauem, & magnificam in re graui, & magnifica, quæ tumidi maris quoddam instar habet adhiberi solitam; appingere, & apponere siluis, idest adhibere in rebus humilibus, pastoritijs, & bucolicis exprimendis; & contra aprum appingere fluctibus, idest orationem pastoritiam, & humilem adhibere in re magnifica, graui, & penè tumida, quod per fluctus expressit: nam quanquā M. Tullius de Oratore lib. 2. sub Crassi persona Cæsarem laudarit his verbis. Quid noster hic Cæsar, nonne nouam quandam rationem attulit orationis, & dicendi genus induxit propè singulare? quis vnquam res præter hūc, tragicas, penè comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scenica propè venustate tractauit, atque ita, vt neque iocus magnitudine rerum excluderetur, nec grauitas facetijs minueretur? *non ideo tamen dicendum est, Ciceronem sensisse eos semper commendandos, qui humilia grauiter, & magna summissè dicant: nam in Oratore ad Brutum de debita, decenti, & legittima, & cuiq; rei conuenienti dicendi forma agens inquit.* Is enim est eloquens

quens, qui & humilia subtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperatè potest dicere. *& paulò post* Is erit igitur eloquens, [vt idem illud iteremus] qui poterit parua summissè, modica tēperatè, magna grauiter dicere. *Quæ tria genera dicendi Unus Maro tribus diuinis operibus diuinè expressit, & in eorum quolibet si Unquā humilia magnificè, & magna summissè cecinit: numquam tamen id sine arte, & causa fecit, illudq́ seruauit de quo supra Cicero laudauit Antonium, vt neque iocus magnitudine rerum excluderetur, nec grauitas facetijs minueretur nihil scilicet sine arte, & sine causa afferens iuxta illud Ciceronis sub Antonij persona lib. 2. de Orat. in his* Equidem primum considerare soleo, postulet ne causa. Nam neque paruis in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces, neque ita animatis hominibus, vt nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere possimus; ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut Tragœdias agamus in nugis, aut conuellere adoriamur ea, quæ non possint commoueri. *Quod si Maro seruauit, vel ex hoc exemplo collige. Videbat summus Poeta] præter cætera quæ hominum labore quæsitis incommodarent, mures, & formicas, aliosque huiusmodi vermiculos damnum non minimum importare agricolis, eòq́ maius, quòd id præter eorum opinionem accidebat: non enim multum iacturæ sibi afferri censebant à minutissimis huiusmodi bestiolis, sibiq́ cum ita animatis hominibus rem esse intelligebat (vt superiora Ciceronis verba theoricè dicta, practicè hic seruata ostendam) vt nisi admonuisset quasdam quasi*

verbo-

verborum faces. nunquam persuadere potuisset ex re tantula tantum in humanas opes importari posse detrimentum, itaq; vt rem oculis subijceret, & verborum sono rem ipsam imitaretur, inquit Geor. 1.

Area cum primis ingenti æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci;
Ne subeant herbæ, neu puluere victa fatiscat:
Tum variæ illudunt pestes, sæpe exiguus mus
Sub terris, posuitque domos, atque horrea fecit,
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ,
Inuentusque cauis bufo, & quæ plurima terræ
Mõstra ferũt: populatq; ingenté farris aceruum
Curculio, atque inopi metuẽs formica senectæ.

potes & alterum sumere ex Aeneidos lib. 4. in comparatione de formicis, vt alia missa faciã: ibi enim præter alia ex decoro seruata, translata etiam sunt quædam non voluptatis, sed necessitatis causa; ut humeris obnixæ, prædam conuectant, quæ vix alia ratione seruata heroici carminis maiestate dicere potuisset: non enim trunci acini, aut grana heroico conuenissent. itaque humeros dixit formicarum, quam partem quomodo aliter appellare queas, tu experire: ego certè illud seruatũ credo Ciceronis in Orat. Quòd si res suum nullum habet nomen, docendi causa, & non ludendi transferri potest; & præsertim in dicendi genere amplissimo: nam in summisso non adeò fas esset. quod enim verbum altius translatum in humili oratione ex decoro non apparet, idem in alta decet. *quanquam etiam ludendi causa liceat de re exili grauiter dicere, & de magna exiliter si credimus Demetrio:* Quidam, inquit,

aiunt oportere res paruas amplè dicere, & signum hoc esse putant eximiæ facultatis dicēdi, ego autem Polycrati oratori concedo laudanti quempiam, vt Agamemnonem, in antithetis, & translationibus, & omnibus tropis aptis laudationibus: ludebat enim non seriò agebat, & ipse ille eius scriptionis tumor lusus est. Ludere igitur liceat, vt aio. Quod verò decet in omni re seruandum est, hoc est aptè, & accommodatè, ipsis singulæ res sint verbis exponendæ, exiles exiliter, & amplæ amplè. *Quòd certè seruasse Virgilium perspicuum est eius scripta diligenter perpendere volenti. fuit autem hic Polycrates Atheniensis, qui laudationem scripsit in mures, vt indicat Aristot. & diuinis laudibus Busiridem, & Clytemnestram extulit omnium famosissimos, & facinorosissimos, lusus causa, vt par est credere. Hoc igitur hactenus dictum sit licere magnificà summißè, & summissa magnificè scribere, idest* Delphinum siluis appingere, fluctibus aprum *per Diasyrmon, quæ figura est magna uerbis minuens, aut minima extollens Isidoro lib. 2. Orig. modò tamen id non sine causa, & arte fiat: nam vt inquit Horatius* In vitiū ducit culpæ fuga si caret arte. *Quomodo verò Horatius dixerit* Qui variare cupit rem prodigialiter, *multi quærunt, & in re torquentur, nimis quàm par est philosophantes, vt Pigna. quòd nemo quod malum est appetat. Dionysius Lambinus exponit supra hominum fidem; Franciscus Luisinus se Mario Nizolio id quærenti in eo satisfecisse ait, quòd dixerit quòd & si nemo cupit variare rem prodigialiter: specie tamen recti*

deceptus

deceptus quærere potest. Quæ omnia reijci omnino possunt, si accipias id metonymicos dictum, ut causa sit pro effectu, ut sit prodigialiter, hoc est admirabiliter, quod certè facere quisque cupit, & notissimum prorsus est ex prodigiò nasci admirationem.

Virgilij locus vndique excerptus de rerum genesi. Saty. LXXIV.

LIB. 6. *Aen. carmina ea* Principio cælum, ac terras, camposque liquentes
Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra
Spiritus intus alit. *etsi Lactantio, & D. Hieronymo ex Platone accepta agnoscuntur: tamen neminem vocaturum censeo in dubium, quin hæc scribens in memoria, aut ante oculos habuerit hos Lucretij versus lib. 5.*
Et quibus ille modis congressus materiai
Fundarit terram, cælum, mare sidera, solem,
Lunaique globum, tum quę tellure animantes
Extiterint. *& non multo post.*
Principio maria, ac terras, cælumque tuere.
quanquam cum etiā M. Tullius de consulatu suo dixerit.
Principio æthereo flammatus Iuppiter igne
Vertitur, & totum collustrat lumine mundum
Menteque diuina cælum, terrasque petessit
vndequaque versus suos concinasse, & expoliuisse videri potest: nam idem etiam fecit Manilius Astronom. libro 1. cap 2. extremo.
Hoc opus immensi constructum corpore mūdi,
Membraque naturæ diuersa condita forma

Aeris,atque ignis terræ, pelagique iacentis.
(sed legerem potius pelagi, terræque iacentis, ut conueniat cum Virgilio Despiciens mare veliuolum, terrasque iacentes. *& Horat.* Qui terrã inertẽ,qui mare tẽperat. *&* Quo bruta tellus
Vis animæ diuina regit, sacroque meatu
Conspirat deus, & tacita ratione gubernat.
diuersam que ab hac sententiam afferens cap. 1 *inquit.*
Aut neq; terra patrem nouit,nec flãma,nec aer,
Aut humor,faciuntque deum per quatuor artus
Et mundi struxere globum. *& vetus poeta in peruigilio Veneris edito à Lypsio Elect. cap.* 5.
Ipsa Venus, atque mentem permeante spiritu
Intus occultis gubernat procreatrix viribus,
Perq; cælũ, perq; terras, perque pontum subditũ
Peruium sui tenorem seminali tramite.
Imbuit,iussitque mundum nosse nascendi vias.
Titania verò astra dixit à Titane eorum obseruatore: nam Pausanias in Corynth. Titana montem à solis fratre cultum, & dictum inquit, ideoq; Titanem solis fratrem habitum, quòd in obseruandis anni oportunitatibus admodum solers esset: norat enim quibus quæque semina, quasque stirpes, & fructus temporibus sol facilè augeret, & concoqueret, quo circa solis illum fuisse fratrem commenti sunt homines, ut astra etiam ab eo dicta Titania agnoscere queas, vt sol quoque à poetis, & præsertim Ouidio Titan dicitur:
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan.
& Virg. 4 *Aeneid.* vbi primos crastinus ortus
Extulerit Titan

Virg.

Virgilij sententia de Deo, & mundi anima à multis adhibita philosophis. Saty. LXXV.

ILLVD etiam totamque infusa per artus Mens agitat molem *Vndiq; apis in morem delibauit. Anaxagoras enim quatuor constitutis elementis, eorum rectorem addebat, eum vel deum, vel spiritum, vel mentem appellans. & Thales Milesius, ut refert Arnobius lib. 8. aduer. Gent. cum rerum initium aquam dixisset, Deum vocauit eam mentem, quæ ex aqua cuncta formauit. & ibid. Arist. vnam mentem mundo præesse testatur. & Anaxagoras Deum mentem dixit infinitam, quæ per se mouetur. & Cic. de somn. Scipion. Deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi non potest, nisi mens soluta, & libera, & segregata ab omni contretione mortis, omnia sentiēs, & mouēs, ipsaq; prædita motu sempiterno. Cuius uim, maiestatēque quoniā intelligere non poterant, miscuerunt eam mundo, idest operi suo inquit Lactantius hunc Virgilianum locum culpans:* nam si fecit, inquit, mundum, fuit ergo fine mundo: si regit, non vtique vt mens corpus regit, sed tanquam dominus domum, nauim gubernator, auriga currum. *& Plotinus mundi totius animum, quē Platonici quandoque Iouem dicunt, cælestes mouere spheras, & regere dixit, omniaque implere, cælumque velut quandam cytharam, vt inquit Alexādcr Mylesius, versare, & agitare cælestisq; inde, & harmonicos cantus elicere. & Pythagoras* Deus vnus est, totus in mundi administratione, & omnia intuens vni-

 uersa

uersa moderans, qui semper est pater omnium, mens, & vitalis anima toti circulo, omnium motus, *& Orpheus apud Clementem Alexandr.* Imperium est vnum, Deus vnus, numine Cęlum, facta in eo sunt, per quem & facta mouentur Ignis, aqua, & tellus. *&*

Ipse est in cælo, pedibus subiectaque terra
Oceani ad fines ingens porrigitur illi
Dextera. *& Claudius Victor.*

Regnabatque potens in maiestate creandi,
Et facienda videns, fingendaque mente capaci,
Sæcula despiciens, & quicquid tempora voluunt
Præsens semper habens immensum mole beata,
Regnum erat ipse suum.

Venti per rectam inter se oppositi lineam diutius inter se certare an possint. Ventorum pugna in Virgilio expensa. Lamb. reprehensus, Valerius Flaccus Homerus, Ennius, Tassius, idem laudatus de correctione.

Saty. LXXVI.

HORATIVS *carmine eo* Nec timuit præcipitem Africum decertantem Aquilonibus *Dionysio Lambino videtur non admodum accuratè in describenda pugna ventorum & concertatione ventos per lineam rectam oppositos exquisiuisse: nam ab occasu hyberno spirans Africus opponitur Cęciæ linea recta, cum Aquilo spiret à Septemtrione. verùm enimuerò non accuratè hæc vidit Lambinus: nam Aristoteles*

Metheor. lib. 2. ventos eos, qui contrarij simul spirare non posse inquit, per diametrum enim opponuntur. *quare si apud Virgilium lib. 1. Aeneid. plures legis & contrarios, sic accipe, vt quiescente vno, alter flare cœperit. sic etenim accipiendum ibidem docet Aristoteles in his.* Alter igitur vim passus cessabit, eos autem, qui ita inter se collocati nón sunt, vt F. D. nihil prohibet. ob eamque causam secundi ad idem punctum, interdū vtrique spirant, non ex eodem loco, nec spiritu eodem. *hæc Aristot. vnde colligis prudentissimè omniscium poetam cum dixißet*

Vna Eurusque, Notusq; ruūt, creberq; procellis Africus. *addidisse Aquilonem, quasi ante cessasset aliquantulum Auster. quin etiam Aristotele interprete intelliges, quid sibi voluerint Senecę uerba*, Vel si breuius illos complecti mauis in vnam tempestatem [quod fieri nullo modo potest] congregentur Vna Eurusque, Notusque ruunt, creberque procellis

Africus, & qui locum in illa rixa non habuit Aquilo; *hincq́ etiam colliges, cum Turnebus lib. 18. cap. 22. Africum pro Zephyro in præmissis carminibus exposuisset, infra ad ea uerba* Eurum ad se Zephyrumque vocat *nullā fuisse ei causam discedendi a sententia, addendique*, aut [quod incredibile dictu est] ventum non ante appellatum nominat, cum Zephyrus Euro cōtrarius sit: *nam omnino Africum pro Zephyro, & hic demum Zephyrum pro Africo posuit, Huiusmodi Maronianę similem diligentiam non*

habebis in Valerio Flacco lib. I. fundunt se carcere laxe.

Thraces equi, Zephirusq; & nocti cõcolor alis
Nimborum cũ prole Notus, crinéque procellis
Hispidus, & multa flauus caput Eurus arena
Induxere hyemem. raucoque ad littora tractu
Vnanimi freta curua ferunt.

Nam ut ait Vegetius, sæpe singuli, interdum duo, magnis etiam tempestatibus etiam tres pariter flare consueuerunt: *nam Flaccus non modo opposuit contrarios, sed, quod fieri nulla ratione potest, etiam attulit esse unanimes: si enim quatuor inter se contrarij spirant, quomodo ad littus unanimi freta curua ferent? sed & Lucanus etiam à Coro motum æstum imprudenter à Borea refusum inquit, cum ambo sint septemtrionales. ait enim*

Primus ab Oceano caput exeris Atlanteo
Core mouens æstus, iam te tollente furebat
Pontus, & in scopulos totas erexerat vndas
Occurrit gelidus Boreas pelagusque refundit,
Et dubium pendet vento cui pareat æquor.

quomodo enim dubium, si ambo in Austrum impingunt? sed dices vt auctorem habuerunt Homerum, apud quem Odyss. lib. 5. *sic ad verbum uertente Andrea Diuo*

Vna Eurusq; Notusq; ruũt, Zephyrusque grauiter spirans, Et Boreas frigus faciens. *nam etsi Strabo lib.* I. *Zephyrum pro Africo positũ tueatur: Notus tamen Boreæ contrarius est, & quatuor simul spirantes eodem tempore inducuntur, nec uerbis ijs Aristotelis defendi potest, ut alter cessauerit. sed & Ennius etiam*

Annal.

Annal. 17. id non euitauit.

Concurrunt veluti venti cum spiritus Austri
Imbricitor, Aquiloque suo cum flamine contra
Inde mari magno fluctus extollere certant.

vt mirum sit cur Torquatus Tassius can. 9 suum poetam deserens Græco adhærere maluerit in his,

Come pari d'ardir, con forza pare
Quinci Austro in guerra vien, quindi Aquilone
Non ei tra lor, non cede il cielo, il mare:
Ma nube à nube, e flutto à flutto oppone.

Nam ne dissimulem, quòd etsi contrarios uentos diametro oppositos spirare simul non posse inquiat Aristoteles: tamen non ita accipiendum est, ut ibi inquit Franciscus Vicomercatus, quasi nullo modo simul spirare queant: id enim falsum esset, cum Austrum, & Aquilonem simul interdum flare compertum sit, idq. Helice, & Buris in terræ motu Achaiæ uentorum illorum flatibus contrarijs inundatione excitata mersæ senserunt. certè quod Tassius inquit

Non ei fra lor non cede il cielo, il mare

omnino à uero abhorret: nam contrarij aliquantisper esse inter se possunt, sed tandem alterum alteri cedere necesse est. Itaque Maro huius non ignarus nomen uentorum siluit in comparatione quam reddidit Tassius in his

expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi: certatur limine in ipso
Ausoniæ: magno discordes æthere venti
Prælia ceu tollunt animis, & viribus æquis
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit.

hincque reor factum (quod nunc demum uideo) ut secundo

cundo id uidens melius immutarit libro decimo.

Come han pari l'ardir, con pari forza
Austro piouoso, e'l suo nemico asciutto.

is enim esse potest non Aquilo per rectum diametrum eum contra spirans, sed qui illi adhæret. deinde addit

Ne l'vn l'altro, ne'l cielo il mare sforza:
Mà nube à nube oppone, e flutto à flutto.

quod si dices hoc neglexisse lib. 2. in illis

Aduersi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyrusq;, Notusq;, & lætus eois
Eurus equis. *Zephyrum pro Africo positum dixero ut Homerum fecisse obseruasse diximus Strabonem, quem idem Tassius ab errato cautior imitatus est libro 19. recogniti operis.*

Come in valle tal'hor che cinge, e serra
D'alpestri monti oscura selua intorno
Fanno irati fra se terribil guerra
Euro, e chi spira onde tramonta il giorno.

qui etiam non Zephyrus, sed illi proximus à latere esse potest.

Talionis pœna seruata apud Homerum, Virgiliumque egregiè Prudentium, Ariostumque apposite magis, quàm à Tassio in quibus uariarum rerum Symbola exponuntur.
Saty. LXXVII.

PER QVAE *quis peccarit, per eadem & puniri talionis iure sancitum non sine deo uideri ex aliquot exemplis potest. Heliogabalus qualibet turpiori libidine perditissimus*

perditißimus in latrina, in quam se coniecerat, peremptus est. Commodus trecentis scortis, & obsoletis alijs nefandis non acquiescens tandem à Q. Aelio Læto, & Martia meretrice suffocatur. Ideoque Dio Chrysostomus Orat. 16. multa ad id argumentum ex Homero affert, & præcipuè Antimachum inter procos effrenata libidine, & immoderata garrulitate intollerabilem, Vlyßisque in ędibus cibo, & potu se ingurgitantem interfectum, guttureque uulneratum; & periurum Pandarum, qui fœdus uiolauit, uulneratum lingua, quod etiam non ignorasse ostendam Latinorum poetarum principem. sic enim libro. 9. Remuli, qui

Vociferans, tumidusque nouo præcordia regno
Ibat, & ingentem se se clamore ferebat

ab Ascanio contorta sagitta

Perq; caput Romuli venit, & caua tēpora ferro
Traijcit: *temporaque uocauit caua, non tantum propriè, quàm ut ostenderet uentosa, ut uentosißimus Lepidus dicitur à M. Tullio, & uentosus gloriæ currus ab Horatio, & uentosa lingua ab ipso Virgilio, & nos Itali hodie dicimus huiusmodi hominem* testa bugia, & capo suentato: *nam sic etiam Horatius,* tollens vacuum plus nimio gloria verticem. *lib. uerò x. Pallanti magno animo cuncta præstanti, Turnus animi sedem pectus perforat ingens, quod etiam ideo appositè ingens uocat. eodemque libro Mezentio omnium superbißimo, & superum contemptori superbiæ Symbolum substernitur equus: nam hic certè superbi hominis finis est, & conditio, ut tum corruat, cum se maximè staturum censet. quod & Capaneo deorum contemptori superbißimo acci-*

mo accidit apud Statium, illudque Pindari agnoscitur uerum. Infrenis oris, exlegisque dementiæ finis infortunium. *Quamobrem meritò apud Prudentium in foueam præceps corruit Superbia; sic & apud Mosem equum, & sessorem deiecit in mare Dominus, cuius primum elatum pedem significare inquit Philō superbiam, quam pes alter comitatur secum trahens uelocem ad uitæ perniciem procliuitatem, in quam frequenter cespitat, & corruit, ut ex posticis pes alter malæ perseuerantiæ pertinaciam refert, alter malefactorum exultationem. quæ omnia in Mezentium cadere facilè cognosces effera illius facta contemplatus, qui demum cum gutture ne uerbum quidem unum continere sciuerit, sed malefactorum omnium compendium illud afferens pessimè effutierit.* nec diuûm parcimus ulli iugulo haud inscius accipit ensem. *& optimè quidem ait, haud inscius: quoniam Dei contemptores nihil exploratius, ac certius habere possunt, quàm se temeritatis, & impietatis suæ daturos esse pœnas: raro enim, inquit Horatius,* antecedentem scelestum

Deseruit pede pœna claudo.

vt mirum sit cur Torquatus Tassius ne latum quidem vnguem ab hoc poeta nostro, quem totum penè transtulit, recedere professus, Gernandum de se gloriosius prædicantem, & alienæ gloriæ detrahentem à Ricardo transfossum dicat pectore, quod sedes est fortitudinis, etiam si cum eo congredi subuerentem finxerit; nisi dicas adhuc è suo conceptaculo pullulantem audaciam fuisse ibi repressam. Prudenter verò Argantem omnium superbissimum, & fortissimum à Tancredo gladio inter galeam ad oculos

adacto

adacto interfectum cecinit. & si adhuc sapientius Ludouicus Ariostus egerit, apud quem Rodomonti Rugerius non semel frontem pugione transuerberat, edoctus illo, quod est Regum primo superbissimum Philistæum à Dauide percussum fronte, de quo Prudentius Psicomac.
Vidimus horrendum membris, animisq; Goliam
Inualida cecidisse manu, puerilis in illum
Dextera fundali torsit stridore lapillum
Traiectamque cauo penetrauit vulnere frõtem.
hæc enim audaciæ, & ostentationis sedes est, unde apud Ciceronem 2. de fin. leges, in fronte esse ostentationem, intus uerò occultari ueritatem, ut hinc, magis hac debuisse transfigi Gernandum intelligas: & apud Isaiam cap. 3. pro eo, quod eleuatæ sunt filiæ Syon, explicant periti, superbè egerunt; quamobrem apud nostrum
Talis prima Dares caput altum in prælia tollit.
hincque Prudentius quatuor carminibus ante allata.
Disce supercilium deponere: nam supercilia *inquit Plinius lib. ij. cap. 37.* maximè indicant fastus, superbia enim alicubi conceptaculum, sed hic habet sedem, in corde nascitur, huc subit, hic pendet, nihil altius simul, abruptiusque inuenit in corpore, vbi solitaria esset. *Itaque Cicero pro lege Agraria*, cum Campano supercilio, ac regio strepitu. *& apud Stobæum serm.* 20 quam stulti sunt superciliosi homines? *hinc Atila rex Pannoniæ superbò incessu, huc, illuc circumferebat oculos, vt elata potentia in ipso corporis motu appareret.* Alexandrique virtus, & felicitas, *inquit Valerius lib. 9.* tribus insolentiæ gradibus exultauit: fastidio

ſtidio enim Philippi Iouem Ammonem patrem aſciuit, tædio morum, & cultus Macedonici, veſtem, & inſtituta aſſumpſit Perſica, ſpreto mortali habitu, diuinum caput emulatus eſt; quare Lyſippus eius ſignum cum fulmine expreſsit.

Virgilius à Plinij calumnia vindicatus de hyeme ſerena, & humida optanda æſtate, reiecta Plinij ſententia. Saty. LXXVIII.

ILLVD *Virgilij Georgicorum libro primo*
Humida ſolſtitia, atq; hyemes orate ſerenas Agricolæ, hyberno lætiſsima puluere farra Lætus ager. *Plinio non arriſit; id enim ſuppreſſo nomine auctoris ſic culpat lib. 17. cap. 2.* qui dixit hyemes ſerenas optandas non pro arboribus vota fecit, nec per ſolſtitia, ideſt æſtatem vt Varro lib. 5. de ling. Lat. (cum uenit in medium ſpatium inter brumam, & ſolſtitium, quòd dies æquus ſit, ac nox, æquinoctium dicitur) imbres vitibus conducunt. hyberno quidem puluere lætiores fieri meſſes luxuriantis ingenij fertilitate dictum eſt *hactenus ille: Quæ Virgiliana carmina quoniam ætas noſtra ſæpius hac in re oracula experta eſt, & præſertim anno MDCV. cum quæ Octobri menſe ſata ſunt frumenta, ea Calend. Martijs uix pullulare cœpta ſint, integrum penè annum nullis vnquam defluentibus imbribus demũq; auſpicatiſſimo PAVLI V. Pontificatus initio Idibus Maijs ſumma omnium admiratione per humida ſolſtitia breui adeò excreuerint vt*

uberrima

uberrima & frumenti, & uini fuerit annona ab ipſomet Virgilio uerba, & rationes mutuatus, a Plinij calumnia ſic preſtātiſsimum, & eminentiſsimū poetam uindicabo.

Aquiloniam Plinius hyemem laudat, & in ea imbres expetendos monet; ſerenam orandam monet Maro diurno calore, qualiſcunque ille ex hyberni ſolis radijs defundi poſſit nocturnum gelu temperante, ſicq; adeo ad effœtas arbores, & ſegetum radices ſe inſinuante ſi enim Aquilonia ſit, ut cupit Plinius, perpetuùm penè flante Aquilone, imbres ad radices perductos ipſius Aquilonis flatu conglaciatos eaſdem adurere, & arefacere nimis ſæpe periculo comprobatum eſt. ideoque illa ſunt libro 1. Geor. Boreæ penetrabile frigus adurit. *& lib. 4. Geor.* Et cùm triſtis hyems etiam nunc frigore ſaxa Rumperet, & glacie curſu frenaret aquarum. *quare cum ſint in Scythia, ut Geor. 3.* Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri, Non herbæ campo apparent, non arbore frōdes. *Itaque ſic temperauit, hyemes ſerenas optandas monens, nec Aquilonis excludens flatum aliquem, cum præcipuus ſit ſerenitatis auctor, quare habes,*

Et claro cernes ſiluas Aquilone moueri

nec ſic admittens, ut ab eo diu nimis ſpirante Aquilonia hyems dici poſſit, qualem optat Plinius. Prȩterea ut per ſolſtitia imbres uitibus non conducant, non denegandum quidem eſt, ſed uide, ut non largifluos, & aſſiduos monuerit orandos, ſed ſolſtitia humida, ita ut temperati potius, quàm uiolenti, & nimij intelligantur, quibus quid frugibus utilius? quare Horat. lib. 1. ep 8. haud quia grando

Contu-

Aeris, atque ignis terræ, pelagique iacentis.
(*sed legerem potius pelagi, terræque iacentis, ut conueniat cum Virgilio* Despiciens mare veliuolum, terrasque iacentes. *& Horat.* Qui terrã inertẽ, qui mare tẽperat. *&* Quo bruta tellus
Vis animæ diuina regit, sacroque meatu
Conspirat deus, & tacita ratione gubernat.
diuersam quæ ab hac sententiam afferens cap. 1 inquit.
Aut neq; terra patrem nouit, nec flãma, nec aer,
Aut humor, faciuntque deum per quatuor artus
Et mundi struxere globum. *& vetus poeta in peruigilio Veneris edito à Lypsio Elect. cap. 5.*
Ipsa Venus, atque mentem permeante spiritu
Intus occultis gubernat procreatrix viribus,
Perq; cælũ, perq; terras, perque pontum subditũ
Peruium sui tenorem seminali tramite.
Imbuit, iussitque mundum nosse nascendi vias.
Titania verò astra dixit à Titane eorum obseruatore: nam Pausanias in Corynth. Titana montem à solis fratre cultum, & dictum inquit, ideoq; Titanem solis fratrem habitum, quòd in obseruandis anni oportunitatibus admodum solers esset: norat enim quibus quæque semina, quæsque stirpes, & fructus temporibus sol facilè augeret, & concoqueret, quo circa solis illum fuisse fratrem commenti sunt homines, ut astra etiam ab eo dicta Titania agnoscere queas, vt sol quoque à poetis, & præsentim Ouidio Titan dicitur:
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan.
& Virg. 4. Aeneid. vbi primos crastinus ortus
Extulerit Titan

Virg.

Virgilij sententia de Deo, & mundi anima à multis adhibita philosophis. Saty. LXXV.

I *L L V D etiam* totamque infusa per artus Mens agitat molem *Vndiq; apis in morem delibauit. Anaxagoras enim quatuor constitutis elementis, eorum rectorem addebat, eum vel deum, vel spiritum, vel mentem appellans. & Thales Milesius, ut refert Arnobius lib. 8. aduer. Gent. cum rerum initium aquam dixisset, Deum vocauit eam mentem, quæ ex aqua cuncta formauit. & ibid. Arist. vnam mentem mundo præesse testatur. & Anaxagoras Deum mentem dixit infinitam, quæ per se mouetur. & Cic. de somn. Scipion. Deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi non potest, nisi mens soluta, & libera, & segregata ab omni concretione mortis, omnia sentiēs, & mouēs, ipsaq; prædita motu sempiterno. Cuius uim, maiestatēque quoniā intelligere non poterant, miscuerunt eam mundo, idest operi suo inquit Lactantius hunc Virgilianum locum culpans:* nam si fecit, inquit, mundum, fuit ergo sine mundo: si regit, non vtique vt mens corpus regit, sed tanquam dominus domum, nauim gubernator, auriga currum. *& Plotinus mundi totius animum, quē Platonici quandoque Iouem dicunt, cælestes mouere spheras, & regere dixit, omniaque implere, cælumque velut quandam cytharam, vt inquit Alexāder Mylesius, versare, & agitare cælestisq; inde, & harmonicos cantus elicere. & Pythagoras* Deus vnus est, totus in mundi administratione, & omnia intuens vni-

uersa moderans, qui semper est pater omnium, mens, & vitalis anima toti circulo, omnium motus, *& Orpheus apud Clementem Alexandr.* Imperium est vnum, Deus vnus, numine Cœlum, facta in eo sunt, per quem & facta mouentur Ignis, aqua, & tellus. *&*

Ipse est in cælo, pedibus subiectaque terra
Oceani ad fines ingens porrigitur illi
Dextera. *& Claudius Victor.*

Regnabatque potens in maiestate creandi,
Et facienda videns, fingendaque mente capaci,
Sæcula despiciens, & quicquid tempora voluunt
Præsens semper habens immensum mole beata,
Regnum erat ipse suum.

Venti per rectam inter se oppositi lineam diutius inter se certare an possint. Ventorum pugna in Virgilio expensa. Lamb. reprehensus, Valerius Flaccus Homerus, Ennius, Tassius, idem laudatus de correctione.

Saty. LXXVI.

HORATIVS *carmine eo* Nec timuit præcipitem Africum decertantem Aquilonibus *Dionysio Lambino videtur non admodum accuratè in describenda pugna ventorum & concertatione ventos per lineam rectam oppositos exquisiuiße: nam ab occasu hyberno spirans Africus opponitur Cęciæ linea recta, cum Aquilo spiret à Septemtrione. verùm enimuerò non accuratè hæc vidit Lambinus: nam Aristoteles*

Metheor.

Methcor. lib. 2. ventos eos, qui contrarij simul spirare non posse inquit, per diametrum enim opponuntur. *quare si apud Virgilium lib. 1. Aeneid. plures legis & contrarios, sic accipe, vt quiescente vno, alter flare cœperit. sic etenim accipiendum ibidem docet Aristoteles in his.* Alter igitur vim passus cessabit, eos autem, qui ita inter se collocati non sunt, vt F. D. nihil prohibet. ob eamque causam secundi ad idem punctum, interdū vtrique spirant, non ex eodem loco, nec spiritu eodem. *hæc Aristot. vnde colligis prudentissimè omniscium poetam eum dixisset*

Vna Eurusque, Notusq; ruūt, creberq; procellis Africus. *addidisse Aquilonem, quasi ante cessasset aliquantulum Auster quin etiam Aristotele interprete intelliges, quid sibi voluerint Senecæ uerba,* Vel si breuius illos complecti mauis in vnam tempestatem [quod fieri nullo modo potest] congregentur Vna Eurusque, Notusque ruunt, creberque procellis

Africus, & qui locum in illa rixa non habuit Aquilo; *hincq; etiam colliges, cum Turnebus lib. 18. cap. 32. Africum pro Zephyro in præmissis carminibus exposuisset, infra ad ea uerba* Eurum ad se Zephyrumque vocat *nullā fuisse ei causam discedendi a sententia, addendique,* aut [quod incredibile dictu est] ventum non ante appellatum nominat, cum Zephyrus Euro cōtrarius sit: *nam omnino Africum pro Zephyro, & hic demum Zephyrum pro Africo posuit, Huiusmodi Maronianæ similem diligentiam non*

habebis in Valerio Flacco lib. 1. fundunt se carcere læ.

Thraces equi, Zephirusq; & nocti cōcolor alis
Nimborum cū prole Notus, crinéque procellis
Hispidus, & multa flauus caput Eurus arena
Induxere hyemem, raucoque ad littora tractu
Vnanimi freta curua ferunt.

Nam ut ait Vegetius, sæpe singuli, interdum duo, magnis etiam tempestatibus etiam tres pariter flare consueuerunt: *nam Flaccus non modo opposuit contrarios, sed, quod fieri nulla ratione potest, etiam attulit esse unanimes: si enim quatuor inter se contrarij spirant, quomodo ad littus unanimi freta curua ferent? sed & Lucanus etiam à Coro motum æstum imprudenter à Borea refusum inquit, cum ambo sint septemtrionales. ait enim*

Primus ab Oceano caput exeris Atlanteo
Core mouens æstus, iam te tollente furebat
Pontus, & in scopulos totas erexerat vndas
Occurrit gelidus Boreas pelagusque refundit,
Et dubium pendet vento cui pareat æquor.

quomodo enim dubium, si ambo in Austrum impingunt? sed dices vt auctorem habuerunt Homerum, apud quem Odyss. lib. 5. sic ad verbum uertente Andrea Diuo

Vna Eurusq; Notusq; ruūt, Zephyrusque grauiter spirans, Et Boreas frigus faciens. *nam etsi Strabo lib. 1. Zephyrum pro Africo positū tueatur: Notus tamen Boreæ contrarius est, & quatuor simul spirantes eodem tempore inducuntur, nec uerbis ijs Aristotelis defendi potest, ut alter cessauerit. sed & Ennius etiam*

Annal.

Annal. 17. *id non euitauit.*

Concurrunt veluti venti cum ſpiritus Auſtri
Imbricitor, Aquiloque ſuo cum flamine contra
Inde mari magno fluctus extollere certant.

vt mirum ſit cur Torquatus Taſſius can.9 ſuum poetam deſerens Græco adhærere maluerit in his,

Come pari d'ardir, con forza pare
Quinci Auſtro in guerra vien, quindi Aquilone
Non ei fra lor, non cede il cielo, il mare:
Ma nube à nube, e flutto à flutto oppone.

Nam ne diſſimulem, quòd etſi contrarios uentos diametro oppoſitos ſpirare ſimul non poſſe inquiat Ariſtoteles: tamen non ita accipiendum eſt, ut ibi inquit Franciſcus Vicomercatus, quaſi nullo modo ſimul ſpirare queant: id enim falſum eſſet, cum Auſtrum, & Aquilonem ſimul interdum flare compertum ſit, idq; Helice, & Buris in terræ motu Achaiæ uentorum illorum flatibus contrariis inundatione excitata merſæ ſenſerunt. certè quod Taſſius inquit

Non ei fra lor non cede il cielo, il mare

omnino à uero abhorret: nam contrarij aliquantiſper eße inter ſe poſſunt, ſed tandem alterum alteri cedere neceſſe eſt. Itaque Maro huius non ignarus nomen uentorum ſiluit in comparatione quam reddidit Taſſius in his

expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi: certatur limine in ipſo
Auſoniæ: magno diſcordes æthere venti
Prælia ceu tollunt animis, & viribus æquis
Non ipſi inter ſe, non nubila, non mare cedit.

hinc que reor factum (quod nunc demum uideo) ut ſecundo

cundo id uidens melius immutarit libro d-cimo.

Come han pari l'ardir, con pari forza
Austro piouoso, e'l suo nemico asciutto.

is enim esse potest non Aquilo per rectum diametrum eum contra spirans, sed qui illi adhæret. deinde addit

Ne l'vn l'altro, ne'l cielo il mare sforza:
Mà nube à nube oppone, e flutto à flutto.

quod si dices hoc neglexisse lib. 2. in illis

Aduersi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyrusq;, Notusq;, & lætus eois
Eurus equis. *Zephyrum pro Africo positum dixero ut Homerum fecisse obseruasse diximus Strabonem, quem idem Tassius ab errato cautior imitatus est libro 19. recogniti operis.*

Come in valle tal'hor che cinge, e serra
D'alpestri monti oscura selua intorno
Fanno irati fra se terribil guerra
Euro, e chi spira onde tramonta il giorno.

qui etiam non Zephyrus, sed illi proximus à latere esse potest.

Talionis poena seruata apud Homerum, Virgiliumque egregiè Prudentium, Ariostumque apposite magis, quàm à Tassio in quibus uariarum rerum Symbola exponuntur.
Saty. LXXVII.

PER QVAE *quis peccarit, per eadem & puniri talionis iure sancitum non sine deo uideri ex aliquot exemplis potest. Heliogabalus qualibet turpiori libidine perditissimus*

perditissimus in latrina, in quam se coniecerat, peremptus est. Commodus trecentis scortis, & obsoletis alijs nefandis non acquiescens tandem à Q. Aelio Læto, & Martia meretrice suffocatur. Ideoque Dio Chrysostomus Orat. 16. multa ad id argumentum ex Homero affert, & præcipuè Antimachum inter procos effrenata libidine, & immoderata garrulitate intollerabilem, Vlyssisque in ædibus cibo, & potu se ingurgitantem interfectum, gutturéque uulneratum; & periurum Pandarum, qui fœdus uiolauit, uulneratum lingua, quod etiam non ignorasse ostendam Latinorum poetarum principem. sic enim libro. 9. Remuli, qui

Vociferans, tumidusque nouo præcordia regno
Ibat, & ingentem se se clamore ferebat

ab Ascanio contorta sagitta

Perq; caput Romuli venit, & caua tēpora ferro
Traijcit: *temporaque uocauit caua, non tantum propriè, quàm ut ostenderet uentosa, ut uentosissimus Lepidus dicitur à M. Tullio, & uentosus gloriæ currus ab Horatio, & uentosa lingua ab ipso Virgilio, & nos Itali hodie dicimus huiusmodi hominem* testa bugia, & capo suentato: *nam sic etiam Horatius*, tollens vacuum plus nimio gloria verticem. *lib. uerò x. Pallanti magno animo cuncta præstanti, Turnus animi sedem pectus perforat ingens, quod etiam ideo appositè ingens uocat. eodemque libro Mezentio omnium superbissimo, & superum contemptori superbiæ Symbolum substernitur equus: nam hic certè superbi hominis finis est, & conditio, ut tum corruat, cum se maximè staturum censet. quod & Capaneo deorum contemptori superbissimo acci-*

mo accidit apud Statium, illudque Pindari agnoscitur uerum. Infrenis oris, exlegisque dementiæ finis infortunium. *Quamobrem meritò apud Prudentium in foueam præceps corruit Superbia; sic & apud Mosem equum, & sessorem deiecit in mare Dominus, cuius primum elatum pedem significare inquit Philō superbiam, quam pes alter comitatur secum trahens uelocem ad uitæ perniciem procliuitatem, in quam frequenter cespitat, & corruit, ut ex posticis pes alter malæ perseuerantiæ pertinaciam refert, alter malefactorum exultationem. quæ omnia in Mezentium cadere facilè cognosces effera illius facta contemplatus, qui demum cum gutture ne uerbum quidem unum continere sciuerit, sed malefactorum omnium compendium illud afferens pessimè effutierit.* nec diuûm parcimus vlli iugulo haud inscius accipit ensem. *& optimè quidem ait. haud inscius: quoniam Dei contemptores nihil exploratius, ac certius habere possunt, quàm se temeritatis, & impietatis suæ daturos esse pœnas:* raro *enim, inquit Horatius,* antecedentem scelestum

Deseruit pede pœna claudo.

vt mirum sit cur Torquatus Tassius ne latum quidem vnguem ab hoc poeta nostro, quem totum penè transtulit, recedere professus, Gernandum de se gloriosius prædicantem, & alienæ gloriæ detrahentem à Ricardo transfossum dicat pectore, quod sedes est fortitudinis, etiam si cum eo congredi subuerentem finxerit; nisi dicas adhuc è suo conceptaculo pullulantem audaciam fuisse ibi repressam. Prudenter verò Argantem omnium superbissimum, & fortissimum à Tancredo gladio inter galeam ad oculos

adacto interfectum cecinit. & si adhuc sapientius Ludouicus Ariostus egerit, apud quem Rodomonti Rugerius non semel frontem pugione transuerberat, edoctus illo, quod est Regum primo superbissimum Philistæum à Dauide percussum fronte, de quo Prudentius Psicomac.

Vidimus horrendum membris, animisq; Goliam
Inualida cecidisse manu, puerilis in illum
Dextera fundali torsit stridore lapillum
Traiectamque cauo penetrauit vulnere frõtem.

hæc enim audaciæ, & ostentationis sedes est, unde apud Ciceronem: 2. de fin. leges, in fronte esse ostentationem, intus uerò occultari ueritatem, ut hinc, magis hac debuisse transfigi Gernandum intelligas: & apud Isaiam cap. 3. pro eo, quod eleuatæ sunt filiæ Syon, explicant periti, superbè egerunt; quamobrem apud nostrum

Talis prima Dares caput altum in prælia tollit.

hincque Prudentius quatuor carminibus ante allata.

Disce supercilium deponere: nam supercilia *inquit Plinius lib. ij. cap. 37.* maximè indicant fastus, superbia enim alicubi conceptaculum, sed hic habet sedem. in corde nascitur, huc subit, hic pendet, nihil altius simul, abruptiusque inuenit in corpore, vbi solitaria esset. *Itaque Cicero pro lege Agraria,* cum Campano supercilio, ac regio strepitu. *& apud Stobæum serm. 20* quam stulti sunt superciliosi homines? *hinc Atila rex Panno niæ superbò incessu, huc, illuc circumferebat oculos, vt elata potentia in ipso corporis motu appareret.* Alexandrique virtus, & felicitas, *inquit Valerius lib. 9.* tribus insolentiæ gradibus exultauit: fastidio

uberrima & frumenti, & uini fuerit annona ab ipsomet Virgilio uerba, & rationes mutuatus, a Plinij calumnia sic prestātissimum, & eminentissimū poetam uindicabo.

Aquiloniam Plinius hyemem laudat, & in ea imbres expetendos monet; serenam orandam monet Maro diurno calore, qualiscunque ille ex hyberni solis radijs defundi possit nocturnum gelu temperante, sicq; adeo ad effœtas arbores, & segetum radices se insinuante si enim Aquilonia sit, ut cupit Plinius, perpetuùm penè flante Aquilone, imbres ad radices perductos ipsius Aquilonis flatu conglaciatos easdem adurere, & arefacere nimis sæpe periculo comprobatum est. ideoque illa sunt libro 1. Geor. Boreæ penetrabile frigus adurit. *& lib. 4. Geor.* Et cum tristis hyems etiam nunc frigore saxa Rumperet, & glacie cursu frenaret aquarum. *quare cum sint in Scythia, ut Geor. 3.* Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri,
Non herbæ campo apparent, non arbore frōdes. *Itaque sic temperauit, hyemes serenas optandas monens, nec Aquilonis excludens flatum aliquem, cum præcipuus sit serenitatis auctor, quare habes,*
Et claro cernes siluas Aquilone moueri
nec sic admittens, ut ab eo diu nimis spirante Aquilonia hyems dici possit, qualem optat Plinius. Preterea ut per solstitia imbres uitibus non conducant, non denegandum quidem est, sed uide, ut non largifluos, & assiduos monuerit orandos, sed solstitia humida, ita ut temperati potius, quàm uiolenti, & nimij intelligantur, quibus quid frugibus utilius? quare Horat. lib. 1. ep 8. haud quia grando

Contu-

Ille ſupercilio cliuoſi tramitis vndam
Eliciat, ſcatebriſque arentia temperet arua.
Frigora & hic nimia, æſtatis nimioſque calores
Temperat his verbis, quæ ſunt oracla putanda,
HVMIDA SOLSTITIA, ATQVE HYEMES ORATE SERENAS.

Alciati ſententia de Velino portu aſſerta. Notati Turneb. & Iac. Pontan. Tragici, & alij, poetæ è Velleij, & Hygini calumnia vindicati.

Saty. LXXIX.

EOS inter, qui ab Hygini, vel Agellij calumnia *lib.10.cap. 16. vindicare conati ſunt Virgilium lib.6. Velinum portum Aeneæ a Palinuro monſtratum dicentem ſexcentis ante annis, quàm Velia conderetur, nulla potior ampliſſimi Cardinalis Alciati Parer. lib. 5. cap. 21. mihi viſa eſt ſententia,* Cum Stephanus dictione Elea Veliam à fluuio eam preter labente dictam eſſe auctor ſit, poſſe portum intelligi, quem fluuius ille facit. *ſed quoniam Turneb. aliud comminiſcitur, quaſi in Alciati explanatione non acquieſceret, illi ego ea aſtruam fundamenta, quæ ſartam, & tectam dabunt. Cic.lib.7 ep. 20. ad Trebatiũ Heletem Veliæ amnem vocat nobilem, notum quippe per portum, quem multi capientes noſcerent, neceſſe erat, vt Anſancti locus Virgilio eſt* Nobilis, & fama multis memoratus in oris. *quamobrem eundem circiter tria millia paſſuum ab Velia diſtare illiq; Brutum cum ſuis nauibus fuiſſe ſcribit ad Attic. lib. 16. ep. 6. Quem Eleetem appellat*

Hh pellat

pellat Strabo lib.6.ab eoq; Eleæ vrbi à Phocensibus ab Harpago Cyri ductore victis conditæ nomen inditum, & post hanc promontorium Palinurum extare scribit, ne amplius indecentius, & per adynaton Palinurus monstrare non potuisse videatur huius fluuij portum, propè quem cadauer suum uentis, & vndis in littore versari dolebat. & si quis obijceret, aliud esse Heletem, vel Eleam dicere, aliud Veliam, is Dionysij Halycarnassei verba hæc lib.1.perpendat, vbi paluStria circa sacrum lacum Cotiliæ vrbis Aboriginum tum dicta inquit iuxta proprietatem antiquæ linguę Velia: solebant enim *(addit)* prisci illi Græci nominibus à vocali incipientibus præponere ου scriptum vno caractere: is erat similis Γ duplici, ad rectam lineam duabus obliquis additis sic, Felena Fanax, & multa similia, *quod Aeolicum digamma vocatum, uersum postea est in V, vt Terentianus Donatus in voce Dasus, & Victorinus, qui sic se vidisse ait scriptum* SERꟻS, *vt esset pro vu. cuius figuræ auctorem Claudium facit Scalig. de causis lib. 1. cap.7. Verùm quisquis ille fuerit non videtur seruata Victorini ratio, quoniam in lapide Camertino est pro V consonante, qui vetustus est Scipionis Africani tempore expressus.*

ꟻIꟻAM QVAE ME HOC CONDO MONIMENTO NE OBRITIS DOMOS LAPSV FILIIS QVOS SCIPIO PATRIIS CAMERTIBVS A SALO ET LYBIA INCOLVMES PETIVERAT INDESOLATA ORBITATE SVPERSIM MISERA ꟻIXI AN. L. MEN. I. HOR. SCIT NEMO

QVIE-

QVIETEM POSTERI NON INVIDEANT QVI SECOS MANES SENTIAT IRATOS ꟻALE ꟻITA. *Vocibus etiam multis à vocali incipientibus vt Græci aliqui afflatum, sic Latini hanc notam* H *apponebant. sic Helorus Diodoro, Elorus est Athenæo, & Ellesporus Polybio. & Helui Plinio, Elui Straboni & Henetus ciuitas Stephano, Enetus Solino; atq; ita Eneti, Heneti, & Veneti dicti. ut etiam quod illi per* B. *Latini per* v *dixerunt, hinc quæ Benetia est Stephano, Liuio lib.29 Plinio.lib.2.cap.36. Velleio.2. & Eutropio.8.est Venetia. & qui Baccæi sunt eidem in Hispania, Vaccæi sunt Plinio. ut demum colligamus, quæ Byle, & Belea est eidem Stephano, eadem est Velia oppidum, & fluuius idem cum Helete Ciceronis, & Eleete Strabonis, ne fortè aliquis amplius vocaret in dubium. Variationem verò tantam factam esse credibile est ex multiplici varietate pronunciantium. cum sic hodie etiam* V *per* B *proferant Vascones, quorum bibere viuere esse præclarè lusit suo carmine Scaliger.*

Nam quòd Adrian. Turneb.lib.1.cap. 2. Velinum deducit ab Elos, id etiam ante notarat Seruius. Quodq; inquit esse, perinde ac diceret, require palustrem portum, refert mihi oraculum redditum Lacedemoniis de referendis ossibus Orestis, de quo Herodot. in Clione

Est pars Arcadiæ Tegeæ in regione patenti,
Hic duo flant venti vi peruehemente coacti,
Forma hostis formę, & plagę superaddita plaga,
Hic Agamēnonides terra omniparente tenetur.

Nam nisi Lacon ab ærario artifice fuisset edoctus ibi esse ossa, etiam si oraculum explicare scisset, omnes illi æra-

ciæ, & Ferrariæ officinæ effodiendæ fuissent. Locus enim monstrandus est non per nomen generis, sed singularis speciei.

Nam si dixisset portusque require palustres
Tentanda an statio quæq; palustris erat?
Quolibet an ne miser potuit portu esse palustri
Tentandum & conto quodque palustre fuit?

Præterea cum Cælius lib. ij. cap. 24. Sophoclem in Electra finxisse inquiat referri Orestem perijsse in Pythijs, quæ post eum fuerunt an. DC. *aliǰque notent ex Euripide, Herculem in Isthimijs fuisse, quæ eo defuncto à Theseo instituta sunt, Pindaro, Pausania, & Plutarcho auctoribus, cena stare poterat sine Iacobi Pōtani Symbola, sic apud Senecam in Hercule furente Iunonem per Anacronismum locutam de Dioscuris non editis Herculis tempore,* Hinc clara gemini signa Tyndaridæ micant. *Cum vnà cum Hercule inter Argonautas eos recenseant Orpheus, Apollonius, & Valer. Flaccus. illud potius ex eiusdem Medea afferri debuit sub nutricis Medeæ persona.* Pharetraque pugnax Medus. *cum Mediam à Medo Medeæ filio dictam scribat Strabo lib. 2. vel illud ex Alexi in Lino apud Athenæum: sic enim Linum cum Hercule loquentem facit.*

Veni, inde librum sume, qui magis placet,
Et perlege, & perpende mox epigraphen;
Habes enim Orphea, & cum Hesiodo Tragicos
Cherillum, Homerū, Epicharmumq; & cæteros.

qui tamen omnes post Herculem, & Linum, excepto Orpheo vixerunt, & floruerunt. Verùm hæc, & alia huiusmodi

modi afferre superuacaneum fuisset, ad non modò Hygini, sed Velleij etiam Paterculi geminam, & parem amouendam censuram. Hic enim, cum, vt par est credere, hęc & alia multa id genus legisset, admirans Iliaca componentes & colligentes tempora vocare Thessaliã, quę prius Myrmidonum dicebatur regio, quam à Thessalo Herculis filio appellatam constat, ait, Quod cũ alij faciant, frequentisimè faciũt tragici, quibus minimè id concedendum est: nihil enim ex persona poetæ, *id enim cum Hygino concederet,* sed omnia sub illorum, qui eo tempore vixerũt, dicunt. *Vnde etiam reor ductum Scaligerum Poet. lib. 3. cap. 49.* vt hoc anticipationis *vt ipse vocat,* genus, duriusculum dicat, *quod mirum omnino videri potest, cum Aristoteles, Theon, Plutarchus, & alij neq; in Tragicis, neq; in alijs huiusmodi anacronismos vnquam culparint. quare Virg. Aen. 3. Aeneam sic Didoni referentem inducit* Ecce autem Boreas angusta à sede Pelori Missus adest. *quod promontorium à gubernatore nauis Annibalis ibi interfecti, & sepulti affert ex Salustio Seruius, & nos apud Valerium Max. lib. 9. cap. 8. & Pomponium Melam libro 2. cap. 5. habemus in his* Pelorum, quod in Italiam vergens Scyllæ aduersum est. causa nominis gubernator ab Annibale ibidem conditus. quem idem vir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti videbantur continua esse littora, & non peruium pelagus proditum se arbitratus occiderat. *Verùm cum Annibal ex patria discesserit in Syriam ad Antiochum*

iam Carthagine à Scipione superata T. Claudio Nerone, & M. Seruilio Gemino coss. an. V. 552. vt Liuius Dec. 3. lib. x. & lib. 34. Pelorum Siciliæ vrbem agnoscat in his: interim Marcellus cum tertia ferè parte exercitus ad recipiendas vrbes profectus, quæ in motu rerum ad Carthaginenses defecerant, Pelorum, atque Herbessum dedentibus ipsis recepit. Megaram vi captam diruit. *quod factum est Q. Fabio Max. & ipso M. Claudio Marcello III. coss. an. V. 540. in dubium vocari potest hæc Valerij Maximi, & Melæ historia. nisi dicas gubernatorē eum Pelori vrbis forsan fuisse ciuem, ab eaque sic fuisse denominatum, vt hodie re aliqua illustres à sua patria nomen, uel agnomentum ferunt. Verùm Ut cunque res se habeat, dicendum est non tanti faciendam seruilem adhuc nimis liberti Hygini seueritatem, patruamque tetricitatem Paterculi, quanti Aristotelis, & aliorum in poetas veniam, & indulgentiam, prudensque iudicium, & grauē auctoritatē scriptorum eorum, in quos ab imperitioribus criticis calumnia infertur. Nā si eos de rebus sua memoria ignotis per anacronismum loquentes inducere non permittunt, cur etiam in Historicis suis non culpauit Velleius Cyrum non Persico utentem sermone apud Græcum Xenophontem, Anibalem Punico apud Polybium, Scipionemq́, & T. Flamminium Romano? Scytasq́, apud Herodotum Scythico, Alorcumque, ut alios sileam apud Liuium Hispano? Abeant igitur, & ualeant tam arctæ leges, & quod exemplo optimorum fit auctorum, id etiam iure fieri censeatur, demumque illud Terentij morosi isti audiant,*

Aequum

Aequum est vos cognoscere,atque ignoscere,
Quæ veteres factitarunt, si faciunt noui.

Coniectanea de Arimini conditoribus, & vocis etymo vt etiam de voce Romagna, & Gallia.
Satyra LXXX.

QVAE de Velia à præterfluente denominata fluuio dicta sunt, in Ariminum vrbem à Strabone lib 5. in fine Flaminiæ, & principio Aemilię vię sitam cadere non posse interdum conieci, cognomine licet alluatur flumine: nam etsi flumina vrbibus antiquiora esse constet, vt quæ statim à condito orbe fluere cœperint: tamen vbi causa nominis vrbis alicuius argui potest præstantior, & significantior, tum flumen ab vrbe, non vrbs à flumine mutuata esse videri debet. At verò Arimini nominis causa ex etymo, & origine elicitur: Ariminin enim Syriacè est leonis comitatus; Herculem verò quòd leonino exuuio, vt inquit Plutarchus, insterneretur leonem dictum huc coloniam deduxisse, vel comitatum testatur quisquis ille sit, qui Catonis nomine circumfertur, ut demum agnoscantur illius verba ibi* Ariminum à comitibus Herculis conditum à quo denominatur, *scribenda sic fuisse: conditum Ariminum à comitatu leonis Herculei cognominis denominatum. cum presertim paulò ante dixisset,* Nouaria ab Herculis Aegyptij nomine Lybia, & à cognomine Ari Aegyptio vocabulo leonina. *in eo offendens, quòd Ari Syriacum est, non Aegyptium, ut etiam Galeazan, quod est aquarum congregatio, vnde Gallia deducta potius,*

quim à Greco Gal: sia album denotante. cum Morini, & Angli nobis sint albiores, & Gallias quas multas legimus, stagna potius, & exsiccatas olim paludes, quem album aliquid indicare debere verisimili is sit. Argumento esse possunt, quæ septem maria uocat Herodianus, Hadriatica stagna Seruius, & Gallicas paludes Vitruuius, quæ inter Padi oStia interiacentes nunc summo accolarum detrimento exundant, nunc exiccatæ annonam reddunt vberrimam. Neq; hic interposuiße hoc grauabor, quod Rhabini Dauit Chimchi, & Ionata ex vetustioribus suis afferant auctoribus, Beniamitarum principem post acerrimam illam pugnam cum Israelitis pugnatam An. Mundi, vt colligitur ex Gerebrardo, 3006. *regionem eam occupasse, quæ hodie dicitur Romagna. Qui fortaſse leo cognomento dictus, vt Iacob, Nabucdonosor, qui Arinoem, ideſt leo mugiens, & alij fortiſſimi Hebræorum consueuerunt, à suo comitatu Ariminin Syriacè decentius prouinciam, & vrbem appellauit, quam fabulosus fabulosi Anij auctor. Cum præsertim Galliam olim Ariminum appellatam testetur Liuius lib.* 28. *inquiens* SP. Lucretio Ariminum (ita enim Galliam appellabant) obtigit. *quod fuit an. V.C.* 549. *vt lib.* 34. *an V.* 540. *Pratori Sempronio prouinciam Ariminum, Cn. Fuluio Sinueſſulam cum binis legionibus eueniſſe scribit. vti an. V.* 485. *Sempronio Sopho, & Appio Cæci filio coſs. Ariminum, & Beneuentum, colonos deductos, iisque suffragij ferendi ius datum scribit Velleius lib.* 1. *& Florus in Epit. Vnde colligendum datur, Ariminum olim totius Galliæ Togatæ fuiße Metropolim. Nam veluti Romani à Roma, Romanum vrbem,*

bem, quam Græcè dicebant, inquit Epiphanius de Manete, Romania, vnde vox Romagna deducta est verisimilius, quàm vnde censent recentiores, cuius olim finis Rubico apud Plinium: vti etiam ijdem in medio regionum Persicarum circa Rabdium Romanum agrum appellabant, quoniam ad se pertinebat, ut inquit Procopius. 2. Aedif. Iustiniani Imperat. sic olim vrbs florentissima Ariminum non solum fluuium, quo alluitur, sed prouinciam etiam, quam sibi subiectam habuit, Ariminum cognominauit. Qui deinde principatus Rauennam translatus est, quam ideo à quinque vrbibus, quibus præfulget, Diacon. 2. Lombard. Pentapolim nominat.

Virgilij locus de Inuidia furias metuente expositus aliter, quàm à Turnebo, & Seruio. de Aristotele ingrato in magistrum Platonem, & de ingratis in Doctores.

Saty. LXXXI.

VERBA *ea Georgicorum libro tertio, quid sibi velint, multi quærunt*

Inuidia infelix furias, amnemque seuerum
Cocyti metuet, tortosque Ixionis angues.

Adriano Turnebo lib. 9. cap. 28. Autumat Maro rerum ab Augusto gestarum magnitudinem esse tantam, vt inuidia suum in eas liuorem non sit ausa expromere. *Verùm vnde similis elicitur sententia? Inuidus igitur, qui semper alieno torquetur commodo desistet, quo minus liuorem suum euomat erymnium metu, cum alienus splendor illi semper ardentes admoneat*

neat faces? quid rei igitur est inuidię cum furijs, Cocyto & Ixione? Seruius verò. ea, *inquit*, ostendit se scripturum. quæ sui magnitudine mereantur inuidiam, sed eam nihil nocituram, timore pœnarum. *Verùm quis dicet inuidię stimulos comprimi in inuido homine, quoniam post obitum poenas se daturum timeat: Id credo sibi velint ambo desistere inuidos ab inuidendo, ut desistunt à flagitio, & scelere facinorosi pœnę formidine: sed nihil illi quidem hac commentatione assequuntur: nam duplici tantum ratione superatur Inuidia, uel morte iuxta illud Horatij*

diram qui contudit Hydram
Comperit inuidiam supremo fine domari. *quoniam vt ode. 24. lib. 3.*
Virtutem incolumem odimus
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.
vbi cum inuersio sit, explica: Virtutem incolumem odimus inuidi, sublatam ex oculis quęrimus. ut illud Aen. 4.
Non seruata fides cineri, promissa Sichęo.
idest fides promissa Sichęo non seruata cineri. Vel superatur, cum rerum pręstantia, & fulgor inuidiam extinguunt. Vti enim sol *(inquit Plutarchus)* vertici imminens, aut vmbram prorsus adimit, aut paruam efficit, sic nostra cum ad summum peruenerunt, coercetur, & submouetur inuidia splendore rerum nostrarum oppressa, & præstincta, *quare Hercules Oetęus apud Senecam sc.* 1. In tutum meas laudes recepi, nulla me tellus habet. *Ostendit itaq; poeta inuidiam quòd ad se, aut Augustum attinet, perituram etiam dum viuunt, sicq; ex hoc terra-*

rum

rum orbem discessuram ad inferos, ibique moraturam, horrentem furias, amnemque seuerum Cocyti, & reliqua id genus. His addam Inuidiæ stimulis in Platonem doctorem suum concitum Aristotelem, ingratè adeò se in eum gessisse, ut è ludo eo eiecerit, in quo à Platone edoctus in talem, tantumque virum euaserat, in quem tamen quasi post liminio reuocatus est à Xenocrate, quem auditorem habuit amantissimum eiecto per disserendi acumen Aristotele, ut nobis auctor est Aelian. Var. hist. lib. 4. secus egit M. Tullius, qui sæpe in forum ueniens auidis oculis illud spectabat vestigium, in quo Crassus, à quo multa edoctus fuerat, postremum insiterat. multoque aliter & ipse se gessit in Aristotelem hunc doctorem suum Alexander, qui se eum non minus, quàm genitorem amare aiebat; quin eidem se plus debere asseuerabat, quoniam à patre uiuendi; ab illo uerò bene viuendi rationem se assecutum esse prædicabat, vt Plutarchus in Alexandro. sed quid tu cum illo agas, qui ob teterrimum hoc ingrati animi vitium ideo merito à Platone mulus dictus est, ut ibidem Aelianus, quem & alibi ex Plinio attulimus mortis Alexandri fuisse auctorem? Vtinam & hodie quædam pestis hominum non reperiretur, qui cum litteris, & beneficijs plurimis ab aliquo fuerint aucti, rusticos eos imitantur, qui [ut apud Aelianum lib. 9 Var. hist aiebat Themistocles] sub patulæ quercus ramis confugiunt ad pluuias, & cæli iniurias sustinendas; uerùm ubi depluit ad ramos ipsos frangendos se ingratissimo conuertunt animo, quibus utinam aliquando bonam mentem, atque animum reddat Deus.

Vernantesq; herbas semper, violasque crocũque,

Cinna

Cinnama odora, rosas, nullo & sine pōdere terrā:
Sarcophagumque leuē illorū permittat habere
Vsque pios cineres, maneſque, atq; oſſa, verendi
Qui præceptorem ſemper voluere parentis
Eſſe loco, & doluiſſe dolent hæc vera poetas.
Doctores ſimiles nautarum, turgida Ponti
Qui mercatores tranſuectos cærula ſiſtunt
Portubus optatis, ipſi & tamen vſque vagantur
Interea; atque oculos nūquā ſpectare benignos
In ſe vectorum ſaltem poſt multa merentur,
Quæ grauia illorum cauſa tolerare ſalutis,
Et decoris ſtuduere diu. Sic prorſus anhelum
Quadrupedem ire viam ſeſſorem ſæpe vehentē
Difficilem, atque grauem vidi ſeſſore reducto
Incolumi, & læto in patriam è præſepibus altis
Ieiunum, & multo madidum ſudore relictum
Eſſe procul, denteſque fame per dura terentem
Scrupea, vel laſſum languere crepidine ſaxi
Carice ſe dura ſolantem, ſic & in altis
Vidi ego ſacratis reſonantia turribus æra
In ſacras ædes populum propè voce vocare,
Ingredi & haud vnquam ſubter faſtigia tecti:
Sed ſemper pluuia, ſemper conſperſa pruina.

Virgilius à calumnijs vindicatus, quòd Italiam malè deſcripſerit, & memoria ſit lapſus in quibuſdam recenſendis, & intermittendis.

Saty. LXXXII.

HYPERBOLICE *illud dictum accipio lib. 6.*
Quas gentes Italū, aut quas non oraueris
vrbes?

vrbes? *nam ad Euandrum solum & Tarchontem accessit. vt etiam illud lib. 7.* totamque sub arma Coactam Hesperiam. *quid enim fuit causę vt contra paruam Troianorum manum* Omnibus exhaustam iam casibus, omnium egenam *vniuersa Italia conspiraret? itaque ibidem paulò post petit à Musa doceri* Quis latio antiquo fuerit status. *& lib. 8. iterū rē magis exposuit in illis* Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. *hoc enim angustis admodum terminis circumseptum erat, à Tyberi nempe ad Cyrcaeos mille passuum quinquaginta longitudine,* tam tenues, *inquit Plin. lib 3. cap. 5.* primordio imperij fuere radices colonis sępe mutatis: tenuere enim alij alijs tēporibus Aborigenes, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurūci, Rutuli, & vltra Cyrcæos Volsci, Osci, Ausones vnde nomen modò Latij processit ad Lirim amnem, *horumque nomina apponit etiam poeta lib. 1. vij. & viij. vt & Arcadum, quos eosdem cum Oenotrijs agnoscit Dionys. Halycar. lib. 1. Ex quo imprudenter nimis facere vides eos qui, quòd Homerus vniuersam Gręciam aduersus Troianos conspirasse ostendit, nostrum putant vniuersam Italiam describere debuisse, cum satis habeat ex vi rei præmissæ antiquum Latium describere. etsi alios deinde adducit longè dissitos populos, non ob id tamen [ut malè censuit Macrob. lib. v. cap. 10.] locorū seriem saltibus lacerat, sed morem potius Romanæ sequitur militiæ vndecunque accersentis supplementa & auxiliares copias, vt non minus temerè arguit, dum aliquos interfectos dicit, lib. 9. & 10. quos pugnantes inducit in subsequentibus, non vi-*

non uidens id non memoriæ vitio factum, sed eundem Romanum spectatum morem quos inter cognomines erat familiæ, ut etiam hodie non paucæ reperiuntur, & interdum etiam fortuitò. ut anno superiori quæ mihi reddendæ erant litteræ, ad Antonium Cerrium Iurisconsultum Papiensem Romę aduocatum celeberrimum sunt delatæ, qui eodem nomine, cognomine, & generis vtitur insigni, mihi etiam ob huiusmodi fortuitam coniunctionem nominibus omnibus amandus, & obseruandus. Nec minus temerè carpunt, ut quidam pugnantes referantur quorum mentio nulla fuit in Catalogo: erant enim illi, tanquam ex auxiliaribus copijs, & accersitis socijs. neque erat, cur omnes qui in catalogo relati essent, pugnantes inducerentur, cum aliqui forma tantum, & opibus, & non uera uirtute bellica præstantes essent: sic enim de Nireo forma insigni pluribus egit. Homer. in Catalogo, de quo ne verbum quidem vnquam alibi. vt Macrob. idem obiecit Virgilio, & post eum Mazzon. lib. 3. cap 68. de eadem re eundem, Orpheum, Apollonium Rhodium, & Valerium Flaccum non bene accipit. quanquam ad Homerum excusandum ex Galeno àffert epist. Hortatoria ad artes quod non nisi semel Nirei meminit Homerus in recensendis nauibus, vt declararet, quàm sint inutiles viri forma præstantissimi, quoties illis præter formam nihil adest, quod ad usum uitæ conducat. quo clypeo & si noster in quibusdam tutus abeat, ex Demetrio Phalereo tamen lib. de Elocutione rationem aliam expiscari licet, quòd scilicet Homerus de Nireo agens ab eodem uerbo ter orationem reuocans exornatione, quam rhetores vocant epanophoram, efficit, ut non minus eius recordemur,

mur,

mur, quàm Achillis, & Vlyssis qui singulis penè versibus appellati sunt.

Quo simili docemur nostrum poetam in recensendis quorundam nominibus ea præmonstrasse armorum, & habitus insignia tam eleganti verborum pondere, & apparatu, vt ea nobis perpetuò animo resideant multò melius, quàm si Homerica epanophora præmissa fuisset; sic enim quæ allata sunt de Cæculo, Vmbrone, Auentino, Hyppolyti filio, & plurimis alijs summa cum admiratione, & ostentatione sic referuntur, ut animo semper haereant; etiam si reliquo opere non amplius inserantur, ijs relicto loco quorusnu uuquam alias mentio fuerat, sic mira uarietate aures, & animum oblectat.

In Arimis duplex uerbum Homericum. Virgilius Inarimem dicens plures habuit se, quàm Homerum sequentes.
Sat. LXXXIII.

H*AEC apud Homerum leguntur Iliad. 2.*
Quãdo circa Typhoeũ terrã verberabat
In Arimis vbi dicunt Typhoei esse sedes.
quibus verbis locum præbuit multis ambigendi, cum alibi etiam fulmine ictus dicat; de hoc enim agens Stephanus Homeri loco allato inquit, Alij interpretantur in Cilicia, alij in Syria, alij in Pithecusis insula Tyrrheni maris. *& Strabo lib. 12. etsi cum esse dixerit in exusta, quæ dicitur regio, siue ea Mysia, siue Mæonia nominanda sit, nam vtroq; modo dicitur paulò tamen ante* quidam *inquit,* hanc fabulam Typhoei in Cilicia

Cilicia fingunt, qui iam Pithecusis, ij præsertim qui simias dicunt Arimos ab Hetruscis vocitari. *& ibidem* At Pindarus cum ijs, quę sunt in Cilicia Pithecusia coniungit, quæ sunt ante Cumanum agrum, ac etiam Sicula: nã sub Aetna Siciliæ Typhonem esse dicunt *& in extremo* Homerum, *inquit,* Arimos eos vocare, quos Posidonius dicit esse accipiendos non in loco vllo Syriæ, vel Ciliciæ, aut alius terræ, sed Syriã ipsam: nam Arimei sunt, qui ea habitant, & fortasse Græci eos Arimeos, vel Arimos vocabant: nominum enim mutationes permultę sunt, pręsertim barbarorum. quemadmodum Dariacem Darium, Pharzirim verò ipsam Parysatim, Athargaram Atharam. *quæ Strabonis verba docere, vel suæ potius temeritatis eos arguere deberent, qui poetam inscitia adductum inquiunt, ut In Arimis, quæ duæ sunt uoces apud Homerum Inarimem dixerit uocem unam putans, & non potius consilio, & prudentia ab Homero recedens uoces duas in unam coagmentarit, & quod ad cubile Typhoei attinet sub Inarime, uel Pithecusis, quæ hodie Ischia dicitur collocare non dubitarit ijs adductus rationib. quib. Pindarus ea, quæ sunt in Cilicia Pithecusis coniunxit, eundemq; Typhoeũ stratũ dixit sub Cumano agro, & Sicilia ut etiam idẽ Strabo ubi de Typhonis casu, & Arimis sic ostendit coniecturam ductam, quòd pars quędam Mysię, seu Lidię exusta diceretur.* nec dubitant, *inquit,* quęinter Meandrum, ac Lidos sunt omnia eiusmodi suspicari, tum propter lacuum, & fluminum multitudinem, tum etiam propter multi-

multiplices terræ cauernas, *quę eadem spectans Maro iure sub Inarime, & Pithecusis Typhoeum statuit libro nono* durumque cubile

Inarime Iouis imperijs imposta Typhoeo.

quanquam huius opinionis auctorem habuerit Pherecidem, qui apud Euripidis Scholiastem non Ciliciam; sed Pithecusam Typhoeo iniectam inquit. Quin Maro innouati huius nominis, & sententię plures habuit, quàm Homerus imitatores. Seneca enim in Herc. Oeteo

Vincet scopulos inde Typhoeus,
Et Tyrrhenam feret Inarimem. *Valer Flacc. li. 3.*
Cum magis Inarime, magis vt mugitor anhelat.

Ouid lib. 4. Inarimen, Prochitamque legit. *& Lucanus* Conditus Inarimes æterna mole Typhoeus. *& Petrar. Ttriumph. Castitatis*

Non Inarime all'hor, che Tifeo piagne. *& Silius*
Non Prochite, non ardentem sonitu Typhœa
Inarime: *ut mirum sit cur à se ipso dissentiat in his*
Apparet procul Inarime, quæ turbine nigro
Fumantem premit Iapetum. *nisi dicas dictũ vt illud Virgilij* domitus Pollucis habenis Cillarus, *idest Castoris, qui frater fuit.* & quas illi Philomela dapes, *pro Progne. Vel dic ambos sub eadem insula stratos. ut Typhoeus, & Enceladus sub Aetna etiam strati ficti sunt. hęc afferre libuit multis non prorsus acquiescenti allatis ab Erithręo, Modicio, Turnebo, Mazonio in Danthem, & ab alijs apud Iacobum Pontanum.*

Fulmen triplex Virgilius expositus.
Saty. LXXXIV.

F*VLMINATI Enceladus, & Typhoeus excitant ad obseruandum, cur poeta de Iouis fulmine contorto in Salmoneum dicat* non ille faces, nec fumea tædis Lumina præcipitemque immani fulmine adegit. *Fulmen enim Nonio cum sit telum ipsum, quod iacitur, fulgur ignis, qui coruscat; unde & fulgetre dicerem, non ille fulgetras imitatur, & edit solùm. Vel cum ex Festi sententia tres sint Iouis manubiæ, quarum vnæ minimę, quæ moneant, placidæq; sint, alteræ, quæ maiores sint, ac veniant cum fragore, discutiantque, aut diuellant, quę à Ioue sint, & consilio deorum mitti existimentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniant, adurantq;, & accendant. Pliniusq; etiam afferat aliud quidem fulmen esse quod afflet, alterum, quod vrat, tertium quod scindat, in Salmoneum non prima manubia contorta est, ut in Anchisem, quē Iuppiter ad monendū.* Fulminis afflauit ventis, & contigit igni. *nec secunda: sed tertia adhibita est, quòd inquit* immani fulmine adegit. *maximo nempe, & tertia manubia tale fulmen in se coniici petit Deianira apud Senecam Herc. Oetæ.* tolle fulminibus socer
Nurum scelestam, nec leui telo manus
Armetur: illud fulmen exiliat polo,
Quo nisi genitus fuisset Alcides tibi,
Hydram cremasses.

Cur iram

Cur Iram, & Libidinem alij alio statuant in loco, stomachus quid. iræ remedia.
Saty. LXXXV.

IRAM veluti feruorem quendam caloris in corde dixit Galenus lib. 2 de sanit. tuen. cap. 9. & alibi de diff. feb c. 3. feruorem quendam, ac motum vehementem potentiæ irascibilis · quare Persius sat. 3. Nunc face supposita feruescit sanguis, & ira. ex quo quidem feruore quoniam tumor quidam in corde fieri censetur, hinc Achilles Ili. 9. Aiaci sed mihi tumet cor ira. quod & uerit Cicero Tusc. lib. 3. corque meum penitus turgescit tristibus iris. & Seneca Thebaid. Pone vesanos animi tumores. & Claudianus 4. de Honor. cons. Præcipitemque sui rabie succensa tumescit. Horatius Satyra 9. lib. 1. in Iecore illius sedem statuit Meum iecur vrere bilis. ut penè immemor alibi libidinis sedem ibi statuisse Non ancilla tuum iecur vlceret vlla vbi etiam eam locat Lactantius li 6. inst. c. 5. Quod si ut Medici dicunt lætitiæ affectus in splene est, iræ in felle, libidinis in iecore, timoris in corde, quare extat illud Cor sapit, & pulmo loquitur, fel commouet iras Splen ridere facit, cogit amare iecur, Quare apud Poetam li 6. Vultur immortale iecur tundit Tytio: ibi enim fontem libidinis statuit Galenus lib. 6. c. ultimo, de Hipocratis, & Platonis dogmat. & Iulius Firmicus Christianus auctor, non gerro ille Astrologus li. de erroribus profanarum religionum. Tertia pars constituitur in iecore, vn-

de libido nascitur, & voluptas: illuc enim genitalium seminum collecta foecunditas naturalibus stimulis desiderium cupiditatis exagitat. *Quare Horat. lib. 1. ode 25.* Cum tibi flagrans amor, & cupido Quæ solet matres furiare equorum Sæuiet circa iecur vlcerosum *& alibi* si torrere iecur quęris idoneum *itemque* Incontinentis nec Titij iecur Relinquit ales *& Lucret. li. 3.* Titios nobis hic est in amore iacentem Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor. *His tamen non obstantibus Iuuenalis etiam iræ sedem statuit in iecore* Et rabie iecur incendente feruntur. *Virgilius uerò, qui lib 6. dixit* Tumida ex ira tum corda residunt, *lib. 8. ei dat sedem in felle* Tum verò Alcidæ furijs exarserat atro Felle dolor. *vt dicendum sit, poetas à vicino rem sumere: nam reuera* ira [*ut inquit Ioannes Damascenus lib. 2. c. 16.* est feruor eius, qui circa cor, est sanguis ex vaporatione fellis, vel perturbatione. *itaque prudẽter Aurelius Prudentius Psycom. cer. 3.* sanguinea intorquens suffuso lumina felle *nec minus prudenter paulò infra* sequitur conuicia pinus Per tenores crispata notos & certa sub ipsum Defertur stomachum: *stomachus enim Græca vox. de quo multa Aristoteles de hist. anim lib. 1. cap. 13. 15. & 16. qui interdum pro toto ventriculo est Columellæ Sereno, Lucretio, Plinio lib. ij 37. Galeno; interdum uerò pro gula, & ore ventriculi, de quo agens Hippocrates 6. epid. sect. 4. 25.* Ventriculo, *inquit*, calidi, frigidi carne, & graciles, venosi, & iracundiores, *super quibus hæc*

bus hæc Galenus præter alia multa, ventriculi os in consensum ducit, & animam: tardiores enim ad intelligendum, atque ad agendum homines reddit, quo tempore hæc particula frigidior euaserit, contra promptiores, atque iracundiores, cum magis incaluerit, *haud naturali calore scilicet, sed aduentitio, & à natura alieno. Itaque cum ea euaporatione. & fellis tumore agitati pulmones feruorem in stomacum exhalant, irascimur, vt inquit Cornelius Celsus lib.* 4. *c.* 1: *quamobrem Claudianus* 4. *in Honor.* cum requiem membris vesana negaret
Inuenit pulmonis opem madidumque fluenti
Præbuit vt tumidę ruerent in mollia fibræ.
hinc que fit vt irascentes stomachari, & à quibus abhorremus, ea nobis stomachum facere dicantur. sic Cic. in Verrem. ardere iracundiâ & stomacho. *hacq; forsan causa, cum Mathematici Splenem à Saturno, hepar à Ioue, sanguinem à Marte, cor à sole, renes, & genituram a Venere, linguam à Mercurio regi dicant, Stomachum lunam pręesse dicunt, quoniam vt stomachus quouis cibo facile commouetur, à quo abhorret, semperq; in eo intus quid ebullit, crescit, & decrescit, sic luna nunquam constat, nunquam eodem rubet uultu, sicque ira nunc colligitur, eaque æstuatur, nunc verò temerè deponitur, & in horam fit commutatio, quare cum aliquem stomachantem, iramque colligentem videmus, & furentem, dicimus vel hodie coire lunam & nos Itali* far la luna. *Ait vero Maro* tumida ex ira tum corda residunt, *à Ventis sumpta metaphora; nam*
Sic venti posuere simul maris vnda recumbit

Sic liquor & residet, postquã subducta recessit
Virgea flamma virens medio exundantis aheni:
Namque breuis furor ira suis petit ignea telis,
Vt quodcũque supra incũbit domus alta ruinis
Diffringit, casuque suo diffringitur omnis:
Nil etenim, quo insistat, habet: nã sede profecta
Vt non est firma, sic & mansura vigere
Nullo pasta potest, ventosa at bulla remittit
Se tanquã, atq; animas omneis effundit inanes,
Materiæ & tãquam subducta extinguitur ignis,
Ira ita deferuẽt, demens ni eduxeris illam,
Nascentemque foues, flatu nec concutis vllo.
Hinc nihil & magis hanc sedat, q̃ nosse receptũ
Dissimulare malũ, explicitãue expmere frõtẽ,
Naribus haud vnquam contractis. sicq; Dionẽ
Ille Sophum postquã maledictis limina ad vsq;
Incessit propria, & demum vix audijt illum
Nec gri dicentem post tanta silentia, adactus
Virtutis tantæ impatiens est frangere collum.

Eadem laus debetur Syllæ, qui Dictaturam depositurus, vnicuiq; copiam sui accusandi faciens, neminemq; habens sibi diem dicentem, adolescentem miræ audaciæ apertis contumelijs, & conuicijs lacessentem, vsq; etiam ad ædes ipsas se insecutum æquo animo pertulit. Quod & Pericles fecit cõuicia omnia tandiu perferens, quoad occidente sole domum redire coactus eundem se conuicijs lacerantem à tergo semper habuit, domumque deductum apud se esse iussit, audiendoque contumelijs se prouocantem, & lacessentem fatigauit, demumque à famulo domum reducendum dedit. præsentissimum enim iræ

reme-

remedium mora est, quare apud Liuium leges darez spatium iræ: *hincque Archita Tarentinus, Plato, Socrates, & Seneca comendantur quòd supplicium de sontibus non sumpsere irati, gratiorque Augusto fuit Athenodorus, quoniam eum (ut inquit Plutarchus) admonuerat, ut cum irasci incipiebat, nil prius diceret, aut faceret, quam quatuor, & viginti litteras Græcas retulisset.*

Hebraica dicendi formula à Virgilio expressa. Cur mane saluc, Vesperi uale dicerent, Eua quid Hebrais. Euantes Baccharum signa exposita.

Saty. LXXXVI.

NON *à Græcis solum, sed etiam ab Hebrais quasdam loquendi formulas mutuatus videri potest Maro. ea enim voce Vocans Hecatem lib. 6. est alta voce; erat enim in triuijs Ululata per vrbes. & xij.* Turnum disiecta per agmina magna Voce vocat. *sic enim Psalmographus* Voce mea ad dominum clamaui, *qui etiam sic geminant* Desiderio desideraui, *quod est maximè desideraui* & peccatum peccauit Ierusalem. expectans expectaui, vita viuet, & morte moriatur: *illud Verò* Magna manes ter voce vocaui, *conclamationem ad vitam reuocantum spectat, & à mortuo discedentium: supremum enim vale alta voce ter inclamabant. quare illud* siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos *Explicare potes non mortuos, sed moribundos. auium enim spiritum aliquando in funere excitabant. verùm*

tum ter inclamassent, rem in desperatis habentes conclamatum esse dicebant; quin manes in funere salutabant, ab ijsque recedentes, tanquam non amplius visuri longum vale inclamabant, hinc Aeneas li. ij. Salue ęternùm mihi maxime Palla Aeternùmque vale *pro quo nostri dicunt* requiescat in pace. *sic & ab amicis discedentes eos non amplius visuri vtrunque iungebant. Plautus in Curcul.* Vale, atque salue, nam & operam, & pecuniam benigne præbuisti. *& Charinus in Mercatore extremùm domum veniens, ab ea perpetuùm absuturus* limē superum, inferumq; salue, simul autem vale hinc hodie postremum extollo mea domo patria pedem. *atque hinc factum videri posset, ut salue dicerent accedentes, vale recedentes: mane tanquam bene ominantes oriente die potentiores salutabant vnde Virg.* Mane salutantum totis vomit ædibus vndam. *& Martial.* Cui non mane feras irrequietus aue. *idem* Et matutinum portat ineptus aue. *Vesperè verò tanquam moriente die dicebant vale. Hincque illa Suetonij de Galba iubente, vt liberti, seruique bis die frequentes adessent, ac mane saluere, vesperi valere sibi singuli dicerent pro eo quod nos hodie dicimus mane* buon di *& vesperi* buona sera, *vel quod serum, & terrificum est, moriente die fiat bonum, vel vt quasi sera felix claudatur cælum. non enim de nihilo id ductum, vel deductum est: nam poeta certe dixit* Ante diem clauso componet vesper olympo. *& Tassius*

Che per costume auanti aprir si suole,
Che si dischiuda l'vscio al di nascente.

In qua

In qua salutatione non etymologia consideratur, quòd mortuis dicimus vale eos non amplius visuri, sed quòd vale nullis dicimus, ut notauit etiam Seruius, nisi à quibus recedimus; illa verò in sacris precibus ad Deiparam Virginem Salue regina *valent, humili ratione te supplex ueneror, & adoro, nam alioquin eam saluam esse præcari, nihil esset; cum salutis numquam fuerit expers. sic illa sunt apud Virgilium* Salue fatis mihi debita tellus, *quem imitatus Franciscus Petrarcha è Galliæ montibus Italiam Videns inquit*

Salue cara Deo tellus, sanctissima salue,
Tellus tuta bonis, tellus metuenda superbis,
Tellus nobilibus cunctis generosior oris.

vt si dixisset Italicè

Cara à Dio terra humil t'inchino, è honoro
Humil t'adoro come cosa santa.

Qui verò dicunt dici Aue Maria, & aue regina cęlorum, *eorem deducentes, quòd Deipara uirgo Euæ nomen immutauit, uera quidem afferunt festiua epanodo, & inuersione nominis, queis addo, ut tanquam Henia aspirata uox Hebręis serpentem fœminam indicat mortis Symbolum, sic eua inuersum nomen quod est Aue Partheniæ Deiparæ meritò aptatur: quoniam per eam salus hominibus data est. Iam uerò quod diximus de Heuia Clemens Alexandrinus Hortat. ad Gent. ait* in sacris Bacchi crudarum carnium esu sacram egisse insaniam, coronatos serpentibus vlulantes Euam Euam, illam, per quam error est consecutus; *ut uideas cur in Bacchi Orgijs Euhoe Euhoe inclamarent, curque Bacchus Euan dictus, & Euantes*

Bacchan-

Bacchantes, & *signũ*, *inquit Clemens* Bacchicorum Orgyorum est serpens mysterijs initiatus. Iam verò si accuratè vox illa spectatur Hebraica, nomen Heuia aspiratum exponitur serpens femina. *& Epiphanius contra Heræses lib* 3. In sacris Dionysij serpentibus coronati (*hinc Horat. lib.* 2 *od.* 19 Nodo coerces viperino Bistonidum sine fraude crines.) Clamãtes, ac euantes ve, ve, illam adhuc Euam a serpente deceptam inuocantes aut ad aspiratam vocem ex Hebræorum lingua serpentem ad suum errorem acclamantes, Eua enim absque a flatu Hebręis mulierem significat, cum aspiratione verò serpentẽ. *hæc agitur illa nostra virgo est*, *de qua dictum* mulierem fortem quis inuenit? *& quę mutat nomen Heuæ. Itaque cum P. Appianus, & Bartholomæus Amantius lib. vetustatum duo retulerunt simulacra, alterum mulieris effigie virili habitu indutæ capillos ab humeris defundentis ornatæ tempora pampinis, & botris, serpentem cauda tenentis densa aculeis, cubitumque non excedentem, nec scire se dicant, quid signum significet, facile ex his Bacchantis esse agnoscimus.*

Pias preces integri hominis superis gratas, impij non item. Homericæ preces expositę. prauum vitæ habitum in morte immutabilem priscis.

Saty. LXXXVII.

MECUM an*i*mo agitanti, *quæ proximè obseruaram*, *illudque statuenti optimum*, *Deiparæ Virgini*,

Virgini, quæ serpentis caput contriuit supplices, & pias Christianos quosuis homines quotidie effundere debere preces: illud succurrit Sybillæ ad Palinurum
Desine fata deûm flecti sperare precando.
perscrutandique incidit cupiditas, cur Palinuri precibus nullus relictus esse diceretur locus, cum persuasum tamen haberent veteres precibus placari superos: quare Cicero sæpius gloriatur, quòd suas immortales dij audissent preces. & Horatius in extremo carminis Secularis spem bonam, & certam de voluntate Iouis, & cunctorũ deorum domum se reportare inquit, quòd audisset
Quindecim Diana preces virorum. *Quare illud videtur respondendum & post obitum precanti suorum scelerum veniam non esse locum, & quòd polluti scelere non audiri ante expiationem scelerum censebantur: quamobrem idem Horat. lib. 1. ode 2. Cæsaris morte pollutos Romanos videns inquit* prece qua fatigent Virgines sanctæ minus audientem
Carmina Vestam. *& epod. 10.*

O quantus instat nauitis sudor tuis,
Tibique pallor luteus.
Et illa non virilis eiulatio,
Preces & auersum ad Iouem.

nosque etiam hodie dicimus, vt peccatores deus non exaudit: dum nempe ex animo eos non eorum pœnitet, in quib⁹ peccarint, & in ijs perseuerauerint; quare factum reor, vt Homer. lib. 9. Iliad. preces dicat Iouis filias claudas, rugosas strabisq; oculis, quòd non eos respiciunt & miserantur superi, ad ijsque opem ferendam non accurrunt, sed cunctantur potius, corrugataque irascũtur
fronte.

fronte, quorum externis solum orantium dictis, immunis aram, *diceret Horatius*, non tangit manus. *Hi enim illud non seruantes, quod veteri iubetur lege*, Ad deum adeunto castè, *sed cum orantes potius tanquam sua non videntem, & agnoscentem scelera, preces in auras dispergunt, cum Zenoneque eum æthera interdum faciunt, in quos illud conuenit Marci Tullij libro primo de Natura Deorum*.

An Deus qui nihil sentit? qui nunquam nobis succurrit, neque in precibus, neque in optatis, neque in votis? *idque est, quod ex Ammonis oraculo apud Platonem Alcibiad. 2. acceperunt Athenienses* Lacedemoniorum bona verba Deo gratiora, quàm vniuersas Græcorum victimas. non enim *(inquit ibi Socrates)* bobus auratis, neque precibus maledicentiæ plenis, quã Græci blasphemiam nominant, sed bonis placatur dictis, precibus nempe rite conceptis, & iustis: nam absurdum omnino esset, *inquit idem*, si dona nostra, & sacrificia spectarent superi, & non animum. *Vide igitur quàm bellè hæc Platonis verba in Palinurum cadant, qui blasphemus non solum fuit viuens ibi libro quinto.*

Magnanime Aenea non si mihi Iuppiter auctor
Spondeat hoc sperem Italiam contingere cælo.

sed & mortuus etiam quem prauum blasphemiæ induxerat habitum conseruat, quem enim lapsus sui in æquor suæ dare debebat inertiæ, & somnolentiæ culpam in Deum deriuat inquiens

nec te Phoebi cortina fefellit.

Dux

Dux Anchisiade, nec me, Deus æquore mersit.
Nãque habitũ quẽ quisq; super n ẽti induit, illũ
Suprema & sub morte refert, concretaq; labes,
Atque inoleta diu menti non morte recedit;
Quin viget, vt scintilla magis suprema relucet
Deficiente oleo putres intersita fungos.
Sic quos viuentes agitat vesana libido,
His in morte ioci, lusus, conuiuia, amicæ
Verba volant animo; ne tu admirere loquentes
Foeda ministeria hos ipso sub limine lethi.
Aestuat hic rabie, amittit quòd lumina vitæ,
Incolumi, semper quo cum contenderat, hoste.
Inter opes qui semper inops exarsit habendi
Vsque siti grauiore, animo sic luce suprema
Acrior ardescit, petat vt sæpe improbus aurum
Languentes inter digitos tractare trapezis:
Tamque diu figit canentia lumina in auro
Donec & immoritur. cruciatur verbere cæco
Sic & quisque suo. curę & non morte relinquũt.

Coniectura cur Androgyni olim necarentur à Romanis.
Satyra LXXXVIII.

QVOD à me nuper petijt Paulus Antonius Caculus omni mihi nomine obseruandus, & diligendus, cur Constantinus apud Eusebium libro quarto Præparationis Euangelicæ interdixerit Aegyptijs per viros effeminatos coli fluuium, idcoque vniuersorum Androgynorum genus tanquam adulterum à

Vita tollerent. quod rescripsi huc referre visum est.

Effeminatos, & Venerea sorde contaminatos arceri solitos ab aris XII. *tabularum lex ostendit apud Cic.* 2. *de leg.* Ad Deos adeunto castè, pietatem adhibento, qui secos faxit, Deus vindex esto *& rursus* Castè iubet lex adire ad deos, animo videlicet, in quo sunt omnia, nec tollit castimoniam corporis &c. *quare Tibull.lib.* 2.*eleg.* 1.

Vos quoq; abesse procul iubeo, discedat ab aris,
Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus;
Casta placent superis &c. *hincque Eleusina sacra celebraturi nouem noctibus à Venereis abstinebant, vt Ouid.*3, *Amor.el.* 8. *quare Claudianus Christianus auctor dicere non dubitauit.* sanctasque faces accendit Eleusis. *quin ut castimoniam seruarent facilius, à vino etiam abstinebant, ut colligitur ex Aularia Plauti.*

Androgynos verò venereos, & incestuosos fuisse liquet ex eo Plinij lib. 7.c.2 supra Nassamonas, confinesque illis Machylas Androgyni vtriusque naturæ inter se vicibus coeuntes, quare subsecutis, temporibus, cum eos non amplius in mare asportari per Christianas leges cautum fuit, *legem eam latam reor, quam innuit Pierius lib.* 18. *cap.* 10 *ut quem vellent sexum eligerent ea conditione, ut si altero abuterentur, capitale esset.*

Poterant & alia causa à cultu reijci, quoniam aris nihil mancum, mutilum, aut monstrosum admoueri fas fuit. de qua re Centuria Prima Satyra XVII. *ideo enim cum Seruilij Cæpionis Seruus C. Mario, & Q. Luctatio coss. matri Ideæ se præcidisset, trans mare exportatus est, ne un-*

ne unquam Romam reuerteretur. Quamobrem cum hominem non liceret expertē esse religionis, & cultus (ideo enim Lycurgus legem tulit, ne quis à Deorum ueneratione per inopiam auerteretur, ut floribus etiam, & herbis operari, & facere liceret) hinc forsan Androgyni tāquā abominatū, & superis odiosum genus tollebātur de medio, ut semper factum ex historicis colligitur monumentis: nam quod Fenestella apud Pierium loco præmonstrato apud solos Lunenses hermaphroditum existimat, parum legisse uideri potest, cum Iulius Obsequens libello de Prodigijs non modò hunc, sed uel nouem etiam alibi natos uarijs per consulum nomina obseruet temporibus, & locis, qui omnes in mare deportati sunt.

Potest denique forsan odij in eos causa apud Romanos præsertim aliunde elici, ut in hoc curiosius perquirendo uaticinari liceat. Romani, qui se in omnes habituros imperium nulli unquam subigendum, & ex oraculis, & ex prospero rerum euentu sibi persuaserant, ferre non poterant naturam parere hominem per promiscuum sexum dijs similem, quòd forsan ab eo adulto se imperio exuendos, ut olim facinorosissimus Herodes, uererentur. Siquidem deos suos hermaphroditos esse censuerunt ueteres, nec profectò aberrabant, cum cacodæmones succubos & incubos esse pro re cōperta afferant auctores. Deos quidem utriusque sexus participes testantur multi. de Ioue enim sic Orpheus Iuppiter & mas, atque idem quoque femina fertur *& Neuius 2.* Primaque incedit Cereris Proserpina puer. *& Leuinus* Venerem almum adorans, *Calualque* Pollentemque deum Venerem; *quem imitatus Politianus in Am-*

in Ambra Imbellemque deum Venerem, *& de eadem Maro Aen.* 2. Descendo, ac ducente Deo. *& Empedocles, qui apud Laertium lib.* 8. *deum se esse prædicabat, inquit* Nam memini fueram quondã puer, atque puella, *quos errores, quamque sententiam apud eundem li.* 1. *cludunt Magi. & Stilpo Megarensis lib.* 2. *Dixeram igitur Romanos ab Androgynis sibi timuisse tanquam à re uirilem sexum excedente: non enim de nihilo est, quod scribit Liuius lib.* 37. *quòd cum Romam denunciatum fuißet Frusione natum fuiße infantem quadrimo parem, antea religione implicitis metum additum fuisse, quòd non magnitudine tantum res esset miranda, quàm quòd is quoque, ut Sinuesse biennio ante* [*Fuluio Cons.*] *incertus mas, an femina esset, natus erat. quare cum aruspices ex Hetruria acciti fuissent, foedumque, ac turpe prodigium dicerent, extorrem agro Romano procul terræ contactu, alto mergendum uiuum in arcam condiderunt, prouectumque in mare proiecerunt. quod & sæpe alias factum, diximus obseruatum.*

Sinistra cur bona, & mala dicantur. Vindicatus à Criticis Maro, Turnebus reiectus, Tassius expositus. Saty. LXXXIX.

CVM *Ciceroni* 2. *de Diuin. & Plauto Asinar. Coruus à dextra, cornix à sinistra faciat ratum, quidam carmen illud eclog.* 1. *Virgilij* Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix, *expungendum ut adulterinum duxerunt. Turnebus lib.* 6. *cap.* 26. *adiuuari dixit augurium arboris uitio, sed nihil dixit: nam etiam*

etiam ecloga nona ex excisa, & uitiosa illic felix agnoscitur, ut quod moneat.

Quod nisi me quacunque nouas incidere lites
Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,
Nec tuus &c. *Itaque aut dicendum fuerit, tam iuuare, & faustum esse ibi prædicens malum uitandum, quàm hic monens bonum faciendum: non enim uideo cur non tam iuuet prædicens, ne ad dexteram concedam, ubi hostes subsident, quàm ille, qui monet, ut omnino iter habeam sinistra; aut illud erit afferendum, sinistrũ prosperum esse Plutarch. Quęst. 78. quod sinat. hinc illa* si quem Numina læua sinant. *Quanquam Agellius hic ita appellata dicat, quod malum auerterent; sic igitur res peruestiganda est. Inaugurantes dum orientem spectarent solem, & uultum numinis; à dextera numinis quæ ueniebant uolantes aues, ad sinistram quod uolassent inaugurãtis, fiebat, ut sinistra bona, & fausta haberentur, habita ratione sinistræ auguris, quę dexteræ respõdebat numinis Septemtrionem cæli symbolum referenti. hucq; illa spectant Ciceronis lib. 2. de Diuinat.* quanquam haud ignoro quæ bona sint sinistra nos dicere etiã si dextera sint. *Vnde illa Plauti Pseud.* sub signis ducam legiones meas aui sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia. sed certè nostri, *subdit Cicero,* sinistrum nominauerunt, exteri dexterum. *ex quorum sententia dixit Maro Aeneid 4.* & numina cælo dextra feras, *sic apud eundem Aeneid lib. 2.* Intonuit lęuum. *à læua quippe inaugurantis, quem imitatus Tassius lib. 19. dixit*

Fiammeggiar a sinistra accesi lampi

Fur visti, e chiaro tuono insieme vdissi.

Ubi verò inquit libro decimo

Quinci d'opre diuersi, e di sembianti
Da sinistra rotar Saturno, e Gioue.

à sinistra ponit, vel quoniam ab occidente, quæ sinistra mundi est Astrologis, vertuntur in orientem, vel tanquam ministras causas vni Deo præstantes obsequia, habita ratione nostrum, qui minus nobiles, vel nobis ministrantes à læua habemus latus tuentes. de quo Saty. 55. Cent. 1. ex Horatio

Mercemur seruum, qui dictet nomina, læuum
Qui fodiat latus &c. *quare priori in editione Cant. 56. sic Idillium terminarat, quasi se exponens*

Hà sotto i piedi il fato, e la natura
Ministri humili, e'l moto, e chi'l misura.

iuxta illud Sannazarij de morte Christi.

Si quando magnum mirati surgere solem
Oceano, & toto flammas diffundere cęlo,
Certatimque suo terras ambire meatu
Noctiuagã Phœbem pręcinctã cornibus aureis,
Aeternosque astrorum ignes, cælique micantes
Scintillare oculos, aliquem dare iura putastis,
Atque polo regnare hominum, rerumq; parentẽ,
Cui mare, cui tellus, cui pareat arduus æther
Cuncta supercilio qui temperet &c

& Iouian. Pontanus ad Antonium Panormitam.

Hoc cęlum, quęque obliquo distincta meatu:
Sed certa ferri sidera lege vides.

Tyberis cur propriè amnis Varroni, Vrbs munitior, & editior in ciuitate locus. Cicero, Cæsar, & Virgilius expositi. Saty. X C.

APPOSITE' *dixit Maro Aen.6.* Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegeton. *nam amnis Varroni. lib.* 4. *est ab ambitu, cui & propriè dicitur* Tyberis amnis, qui ambit Martium campum, & Vrbem, *vrbem verò accipe arcem Tarpeiam, Capitolium, cuius circum radices Tyberis olim diffundebatur, vt colligendum datur ex Pictore: nam alioqui ut Romam totam ambierit, nusquā inuenies. Vrbē verò pro arce, & munitiore, atq; editiore loco in ciuitate poni cognoscere potes ex Cæsaris verbis lib.* 7. vno die amplius viginti vrbes Biturigum incenduntur, hoc idem fit in reliquis ciuitatibus *& infra* procumbunt Gallis omnibus ad pedes Bituriges, ne pulcherrimam propè totius Galliȩ vrbem [Auaricum] quȩ & prȩsidio, & ornamento sit ciuitati, suis manibus succendere cogerētur. *sicque fortasse à M. Tullio de Orat. Roma arx omnium gentium appellatur. ideoque eandem per antonomasiam vrbem dixerunt. nam Virgilius certè lib.* 5. *Chimeram.* triplici pubes quam Dardana versu Impellunt, terno consurgunt ordine remi, *Vrbis opus vocauit, idest arci similem, & eodem libro idem videtur voluisse in ijs* Ille velut celsam oppugnat qui molibus vrbem, *exponit enim se, addens.* Aut montana sedet circum

Castella sub armis. *quod etiam spectans Torquatus Tassius sic vertit.*

Qual Capitan ch'oppugni eccelsa torre
Intra paludi posta, ò in alto monte.

Sic & hodie quæ Perusiæ arx est, vocatur Cittadella, *Romæque, Neapoli, & alibi* Castello. *Videndus etiam Liuius non procul à principio.*

In ortu, & occasu solis describendo verbis habitum futuræ rei præmonstrantibus vsus Maro. idem de inanimis tanquam animatis locutus festiuissima transnominatione, & Thaumanthesia. Saty. XCI.

H*ABITVM futuræ orationis verbo aliquo præmõstrasse Virgilium obseruauit Seruius vt* Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit *& sæpe alibi, qui etiam asserit Asinium Pollionem hoc carmine libro vndecimo*

Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, *verba quædam animaduertisse adhibita præsenti negotio accomodata: de funeribus enim agens inquit,* extulerat: *nam efferre est ad sepulchrum ferre, Terentius* funus effertur, imus. *sed ego quidem operosiore cura hæc alibi affectasse comperi. ad indicandã cædem factam à Niso, & Eurialo dormientium hostiũ, retectam, cum primum illuxit his signatis vtitur verbis libro nono*

Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile,

Iam

Iam sole infuso, iam rebus luce retectis.
vides enim spargebat croceum cubile, sole infuso, rebus retectis, quàm accomodata rei sunt verba: quę duo priora carmina habes etiam lib. 4. vbi Didonem croceum cubile Aeneę relicturam pręmonstrauit. vt etiam Aeneam, & Turnum elato animo primo mane descensuros in certamen dicturus, signantibus his verbis præmonstrauit quibus & Aeneam non graui vulnere stringendū prænuntiat libro. 12.
Postera vix summo spargebat lumine terras
Orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.
Didonem amoris incendio ardere cœpisse, obortisque lacrymis de eo locutam, quasi verecundię, & ingenti pudoris velo amoto sic pręsignauit..
Postera Phœbea lustrabat lampade terras,
Humentéque Aurora polo dimouerat vmbram.
Vt summum excidium vrbi Troiæ irruisse, doloque, & fraude omnia fuisse oppressa, Troianosque à summa lętitia ad summas miserias deductos ostenderet vicissim rebus omnibus inuersis inquit lib. 2. Aen.
Vertitur interea cęlum, & ruit oceano nox
Inuoluens vmbra magna terramque, polumque
Myrmidonumque dolos. *Cinerem, & ossa permixtim diruta è focis, & confusim loco mota sic pręsignificauit*
Tertia lux gelidam cęlo dimouerat vmbram
Mœrentes mœstum cinerem, & confusa ruebāt
Ossa focis. *Eiusdem libri fine cum Aeneas, & Turnus ad Laurentum Vrbem ad vesperum accessissent, pu-*

gnassent profectò, ni prius corpora fuissent curanda cibo, potu, & somno

Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos, noctemque die labente reducat.

Fugiens eam Italię partem, quam inhabitabant Græci, quasique fugam eam erubescens ait,

Iamque rubescebat stellis aurora fugatis.

Reliquis recensendis supersedeo, tu vide, si quid simile inuenis in Homero, aut alio quouis poetarum.

Breuissimum quidem illud tempus, quo sol nobis oritur velictis quos habemus Antipodas, sic expressit Danthes Purg. Cant. 2.

Da tutte parti saettaua il giorno *& Ariostus,*
Saettò il sol dall'orizonte i raggi

secuti illud Virgilij ęthereo cursu traiecerat axem *est enim verbum nauticum, Vt Isaram, Rhodanumque traiecit. & quanquam traijcere propriè sit transfodere, transuerberare, mirum tamen est, quàm poetę oblectent se pulcherrima metaphora, & transnominatione, rebus sensus, & rationis expertibus sensum, & rationem dantes. sic lib. 7.* Miratur nemus insuetum, mirantur & vndę Scuta virûm. *solem quasi lecto se attollentem nuper habuisti*

cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi *eosdem quasi pituita se expurgantes* lucemque elatis naribus efflant, *idem sol surgit Georg. I.*

Quod surgente die mulsere. *sitit Geor. 4.*
Inde vbi quarta sitim cęli collegerit hora.

Sic aqua saliens Dulcis aquę saliente sitim restinguere

guere riuo *eadem habet pedes in Culice*, liquido pede labitur vnda. *loquuntur, & desilit aqua apud Horatium lib. 3. ode. 13.* vnde loquaces Lymphæ desiliunt tuę. *eadem fugit apud eundem li. 2. ode. 3.* quo obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo. *fessi sunt solis equi Aen. lib. ij.*
Ni roseus fessos iam gurgite Phoebus Ibero
Tingat equos *somno grauatas habes arbores. Statius*
Et simulant fessos curuata cacumina somnos.
inanima tacentia lib. 4. Aen. Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres *Tassius libro 3.*
Era la notte all'hor ch'alto riposo
Han l'onde, e i venti, e parea muto il mondo.
cælum ut pastor fingitur. lib. 1. Aeneidos
Conuexa polus dum sidera pascet. *Seneca*
Luce renata cogit nitidum Phosphoros agmen. *Synesius*, Siderum greges pascunt. *Dies moriens Statius* Iam moriente die rapuit me cena benigni Vindicis *componunt se tanquam dormituri venti*, Cum venti posuere. *apud Statium æquor acclinatur in somnum* terris maria acclinata quiescunt, *quin & hinc transnominationem duxerunt, ut ex ritu Christianorum campanas mortis indices vocarint.* Nec procul inde caua è sacratis turribus æra Occubuisse diem gemitu ter plausa queruntur. *& Danthes* s' ode squilla di lontano
Che paia il giorno pianger, che si more.
mortuis oculi claudebantur, ijdem que componebantur.
Ante diem clauso componet vesper olympo.
quoniam verò mortua corpora comburebant veteres,

Plautinus Menechmus ait Clam vxorem sepulcri vbi habeamus, atque hunc comburamus diem. *Extremo cineres, atque ossa humo condebant. hinc pastor* Cantando puerum memini me condere soles. *& Horat. lib. 4. ode. 5.*
Condit quisque diem collibus in suis. *sic* Dorsum immane mari summo & latera ardua cernit Atlantis, cinctum assiduè cui nubibus atris Piniferum caput, & vento pulsatur, & imbri. *flentem habes montem* Flerunt Rhodopeię arces. *apud Horat. lib. 4. ode. ij.*

Ridet argento domus: ara castis
Vincta verbenis, auet immolato
Spargier agno. *Lucret.*

Præsertim cum tempestas ridebat, & anni Tempora pingebant viridātes floribus herbas. *collis se submittens* qua se subducere colles Incipiunt. *vbi & expositio est*, mollique iugum demittere cliuo. *recedens domus Catullus.* Ipsius at sedes quacunque opulenta recessit *vt etiam Virg. Aen. lib. 2.* quanquam secreta parentis Anchisæ domus arboribusque obtecta recessit. *collis aspiciens lib. 1. Aen.* aduersasque adspectat desuper arces. *aratro dantur Geor. 1.* Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso. *Anchoræ dantur dentes Aen. lib. 6.* tum dente tenaci Anchora fundabat naues. *& lib. 1. Aen.* [*Tass.* Vnco non alligat anchora morsu *quæ transferens*

Fune non lega qui, ne col tenace
Morso le stanche naui anchora affrena.

Per hyperbolen, & Adynaton multa ducta.
Satyra XCII.

HYPERBOLE, *vt inquit Seneca libro vltimo de benef. incredibilia affirmat, vt ad credibilia veniat. talia sunt Græcis adynata, barbaris impossibilia, vt illud Herculis apud Euripidem.* Citius humo infigentur astra, ætherem terra occupabit, quam verbis palper tibi. *Ouidius in his multus.*

Si quis idem sperat, laturas poma myricas
Speret, & è medio flumine mella petat.

& libro secundo de Ponto.

Cyniphiæ segetis ante numerabis aristas,
Altaque quàm multis floreat Hybla thymis,
Et quot aues motis nitantur in aera pennis,
Quotque natant pisces æquore certus eris;
Quam &c. *& eodem*
Longa dies citior brumali tempore, noxque
Tardior hyberna solstitialis erit.
Nec Babylon æstû, nec frigora pontus habebit,
Caltaque Pestanas vincet odore rosas.
Quam *&c & Calphurnius*
Altile credibile est si vincat Achantida cornix
Vocalem superet si turpis ædona bubo. *&*
Namque prius siccis Phocę nascentur in aruis
Hirsutusque freto viuet leo; dulcia mella.
Sudabunt taxi, confusis legibus anni
Ante dabit flores autumnus, ver dabit vuas,
Messem tristis hyems, æstas tractabit oliuas.

Ennius

Ennius apud Varronem libro tertio de lingua Latina.
Atque prius pariet, locusta lucam bouem
Aristophanes, Ante lupus sibi iunget ouem
Horat. Epod. 16.
Nec conuersa domũ pigeat dare lintea, quando
Padus Matina lauerit cacumina:
In mare seu celsus procurrerit Apenninus:
Nouaque monstra iunxerit libidine
Mirus amor, iuuet vt tigres subsedere ceruis;
Adulteretur & columba miluio:
Credula nec fuluos timeant armenta leones:
Ametque salsa læuis hircus æquora.
& Theocritus in Thirside
Nunc violis frondete rubi, florescite spinæ.
Nunc etiam pulchro Narcissi flore comantes
Iuniperique breues pugnantia fœtibus edant:
Omnia natiuis; ferat hęc, pyra mollia pinus:
Nunc timidæ catulos agitent in retia ceruæ,
Stridula vocali Philomelæ noctua certet, *& Oui.*
Ad fontem Xanti versa recurret aqua *&*
Xanthe retro propera, versęque recurrite Nymphæ. *& Propertius.*
Fluminaq; ad caput incipiẽt reuocare liquores
Aridus & sicco gurgite piscis erit. *& Dirar.*
Ante lupos rapient hœdi, vituli ante leones,
Delphini fugient pisces, Aquilæ ante Colũbas,
Et cõuersa retro rerũ discordia gliscet. *& infra*
Dulcia amara prius fient, & mollia dura,
Cãdida nigra oculi cernẽt, & dextera læua. *Oui.*
Desinet esse prius contrarius ignibus humor,
Iuncta-

Iunctaque cum Luna lumina ſolis erunt:
Parſque eadē cæli Zephyros emittet, & Euros,
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus,
Et ver autumno, brumæ miſcebitur æſtas,
Atque eadem regio veſper, & ortus erit.
Et noua fraterno veniet concordia fumo
Quam vetus accenſa ſeparat vrna pyra.
& Pallad. epyg. Mel citius faciet Scarabeus, & ante culex lac. *& illud* Femina inops verborum erit, & Luſcinia cantus. *& Sen. in Thieſt.*
Amat Thieſtem frater? æthereas prius
Perfundet Arctos pontus, & Siculi rapax
Conſiſtet æſtus vnda, & Ionio ſeges
Matura pelago ſurget, & lucem dabit
Nox atra terris: ante cum flammis aqua,
Cum morte vita, cum mari ventus fidem,
Fœduſque iungent. *& Claudianus lib. 1. in Euther.*
Iam teſtudo volat, profert iam cornua vultur,
Prona petunt retro fluuij vada. Graditur ortum
Armenij texere diem: iam frugibus aptum
Aequor, & aſſuetum ſiluis delphina videbo,
Iam cocleis homines iunctos. & quicquid inane
Nutrit. Iudaicis quæ pingitur India uelis. *idem*
Ante dabūt hyemes Nilum. per flumina damę
Errabunt, glacieque niger donabitur Indus.
& epigramm. Lucem iam fundat Hydaſpes
Et Tarteſiaco ſol oriere vado.
Candeſcat Meroe Geticis conuerſa pruinis
Claraque ſe vetito proluat Vrſa mari.
& de bell. Geldon.

Prius

Prius astra Chao miscebit Auerno.

Auerni vox reuocat in memoriam hoc Sidonij Auernorum Episcopi

Phoebus si nocte refulget
Luna die: duplex ponto si plaustra nouatur
Parhasis Atlantem Tanais, si Bragrada cernit
Cauca son: Hercinij nemoris si stipite lintris
Texta Nabathęum pro Rheno sulcat Hydaspē:
Si bibit Hispanus Gangē, tepidisq; ab Erythris
Ad Tartesiacum venit Indus aquator Iberum.
Si se Pollucis perfundit sanguine Pollux,
Vel furibunda manus, raperet cū Taurica sacra
Matricida pius. *& Propertius lib. 3.*

Flamma per incensas citius sedatur aristas,
Fluminaque ad fontis sint reditura caput.
Et placidū syrtes pōtum, & bona littora nautis
Præbeat hospitio sæua Malæa suo. *&*
Multa prius vasto labentur flumina ponto,
Annus & inuersa dux erit ante vices. *& Ouid.*
Vere prius taceant volucres, æstate cicadæ,
Mænalius lepori det sua terga canis.

Propertius libro secundo

Tu prius & fluctus poteris siccare Sicanos
Altaq; mortali deligere astra manu.

& Virgilius Georgicorum libro secundo

Quem qui scire velit, Lybici velit æquoris idem
Discere, quàm multæ Zephyro turbētur arenæ.
Aut, vbi nauigijs violentior incidit Eurus,
Nosse, quot Ionij veniant ad littora fluctus.

& Ouidius lib. 1. Trist. Eleg. 7.

In caput alta suum labentur ab æquore retro
  Flumina, conuersis solque recurret equis.
Terra feret stellas, cęlum scindetur aratro:
  Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas.
Omnia naturę præpostera legibus ibunt,
  Parsque suum mundi nulla tenebit iter.
& idem numquam lassus
Non prius incipient turres vitare columbæ,
Antra feræ, pecus & gramina, mergus aquas. &
Nominis ante mei venient obliuia nobis,
  Pectore quàm pietas sit tua pulsa meo.
Et prius hāc animā vacuas reddemus in auras,
  Quàm fiat meriti gratia vana tui.
agmen claudat Maro ecloga octaua
Iungentur iam Gryphes equis, æuoque sequēti
Cum canibus timidi venient ad pocula damę.
Assiduo imbre prius tellus arescat, & ęstu
  In medio tophus scaber abundet aquis.
Quam tu *&c. Hor. lib. 1. ode. 29.* quis neget arduis
Pronos relabi posse riuos
Montibus, & Tyberim reuerti: *& Virg.*
Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus vndas.
& Euripides.
Sùrsum sacrorum fluuiorum eunt fontes. *Ariost.*
Scarpello si vedrà di piombo, o lima
Formar in varie imagini diamante,
Tornar si vederà verso la cima
Dell' Alpi il fiume torbido, e sonante. *&c.*

Artium inuentores Dij habiti, ideoque alba induti veste. Artium laus. Saty. XCIII.

O*BSERVATA relegens eo decore per imprudentiam vidi à me exutos litteratos, & artium inuentores, quo eos meritò insigniuit Maro, ut enim eos è cęlo quasi delapsos in terram ostenderet, diuinosque habitos indicaret, niuea ornauit vitta, qui color superos præcipuè decet, & uirtutem candida ueste ornat Prodicus apud Xenophontem lib. 2. de Dict. & fact. Socrat. ac Ceus sophista apud Clementem Alexand. in Pedag. vi etiam alba veste induuntur gratię. & musas si credimus Aeliano, nemo vnquam finxit, aut pinxit armatas, variaq; sed candida amictas stola, ut apposite qui eas aut*

Inuentas vitam excoluere per artes
Omnibus his niuea cingantur tempora vitta.

Platonem, & Aristotelem Philosophorum, Homerum, & Virgilium poetarum deos appellatos ignorat nemo. sic enim olim (inquit Cicero) ex beneficijs dij constituebantur, hinc Ceres obrepertas fruges, Triptolemus ob repertum aratrum, Bacchusque ob repertum vinum dij habiti, in quo hyperbolica potius excusanda ratio decorandi de se bene meritos, quàm culpanda grati animi significatio. cum alioquin prudentiores, hos non deos: sed artium haberent inuentores. Itaque non sua laude priuandus est Solon ille Salaminius, qui non ignorans quàm præclara esset artium cultura, illud prudentissimè, & fructuosissimè sanxit (ut nobis auctor est Plutarchus) ne parentes senes alere tenerentur liberi, qui

cum

cum pueri essent, genitorum suorum culpa, aut negligentia nullam artem didicissent. & merito nam opum quidem fieri facilè iactura potest, sed artes ipse in ipso naufragio nobiscum enatant, ut ferendum ciuibus suis iussit Aristippus, postquam naufragio facto ad Rhodiensium littus appulsus benignè ab ijs exceptus multis est auctus opibus. quare vulgò iactatur.

Arte valens non patre carens; sed diues vbique.

vt contra uir pauper qui nullam didicit artem, tutò, inquit Philemon, uiuere nequit. & Nero ipse de imperio deijci timens sæpius illud afferebat (ut asserit Sueton.)

Articulum omnis terra nutrit.

Dionque inquit, eum constituisse ire Alexandriam, cytharaque sibi parare uictum, Dionysium imitando, qui Tyrannide expulsus Corynthi ludum aperuit: Idq; certè est, quod sibi volebat Themistocles, litteratum hominem, & uirtute præditum nusquam esse peregrinum, sed qualibet in urbe ciuem, & si seruiebat, aiebat Aristippus, uera tamen nobilitate suos præcurrere dominos. quare ars ab ipsa Arate, quæ latinè Virtus est, dicitur D. Augustino.

Impudicæ mulieres cur vaccæ, scrofæ, porcæq; vocentur. Libidinis detrimenta & dedecora.

Satyra XCIV.

IMPVDICAS *feminas vaccas hodie dicimus, & scrofas non recentiore epitheto: nam à Saluacca famosissimo scorto eas accepisse nomen censuit alicubi. P. Victorius: sed mihi Horatius eas vaccas vocasse visus est*

est cum Epod.12. vaccæ Lesbiam comparauit in his.
pereat male, quæ te
Lesbia quærenti taurum, mõſtrauit inertem:
idemque voluiſſe credam Ionem Inachi filiam in vaccã verſam, & Europam quę tauro, & Paſiphaen quę ligneę incluſa vaccę taurum in ſe ruentem paſſa eſt, & Prætides *quæ* implerunt falſis mugitibus auras *eędem & porcę, & Scrofę dicuntur non recenti vocabulo, non modò quod graueolentia inhabitant volutabra in quæ ſe inuoluunt ſues vt immundi immundę Veneris. Unde Menis Aegyptius rex ob libidinem obſcęnam ſuis imagine in columna expreſſus eſt. ſed quòd Salomon etiã omnium ſapientiſſimus Prouerbiorum 15. eodem nomine eas appellauit in his.* Circulus aureus in naribus ſuis, *potentiores indicans feminas, & nobiliores, ſed tamen à ſcrofis, & ſuibus non diſſimiles ob vetitam libidinem. his ſpectatis dixit Menander.* Theſaurus malorum omnium mulier, *eademque nil deterius & grauius eſſe inquiunt Orpheus, & Homerus. Plautusque* mors, mare, mulier mala tria. *huiusmodi igitur peſtis euitanda prorſus eſt: nã vt tabes robuſtiſſimum quoduis corpus debilitat, & conficit, ſic fortiſſimi, & qualibet alia in re preſtantiſſimi viri animum perdiii amoris labes corrumpit, & turpiſſimę ſeruitutis iugo ſubijcit. Herculem Tyrannorum, & monſtrorum domitorem, præclarum virtutis inſtar, & quem humeris acceptum ab Atlante cælum ſuſtentaſſe prædicant, hac certè ratione tantis exornant encomijs, vt denique eum Omphales, quæ vmbilicum feminæ ſignificat Veneris ſedẽ abiectum referens mancipium, inanes quoſuis labores,*

nugato-

nugatoriasq́, virtutes omnes esse ostenderēt, eas cum vna deturpat libido. & maxima certè amplificationis hæc ratio, vt orbis terræ moderatorem muliebri freno domitū hinc agnoscamus. ꝙ quidē cuiq; fieri possit, & debeat nulla ratione verisimile, nisi Alexādrum Macedonem quasi solem fulgentissimum, qui virtutum omnium, & rerum præclarè gestarum gloria reges, & præstantissimos quosuis exercituum Imperatores breuissimo tempore anteiuit, demum facinus hoc teterrimum perpetuis ignominiæ tenebris non obscurasset, cum Persopolim Persarum, & totius orientis insigniorem, & regiam vrbem ad nutum Thaidis temulentæ meretriculæ, temulentior ipse illico comburendam iussérit. quare non mirùm vt senior Cato id cogitans aliquando dixerit, quod & Pisistrati filium etiam penè simile attulisse legimus. omnes homines vxoribus imperāt, nos omnibus hominibus, & vxores nobis. itaque merito Seneca in Oct:

Turpis libido dominatur.

& Claud. in Stil. 2.

Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper
Corporis arbitrijs hebetat caligine sensus
Membraque Cyrcæis effeminat acrius herbis

& verè quidem : nam hac non modo animus : sed ipsum etiam corruit corpus, interpresque Aristo. de caus. long. & breuit. vitę qui multum coeunt parū viuere asserit *& Pius Secundus apud Platonem.* hęc ætatem omnem fædat, senectutem extinguit. *& Cicero de Senectute,* libidinosa, intemperansque adoloscentia effœtum corpus tradit senectuti.

Quod verò ad animum attinet, tanta est illius labes, &

 virtus

virus, vt sola etiam cogitatione eum enecet. notum illud Virgilij Aeneid. 1.
Occultum inspires ignem, fallasque veneno
& Horat. lib. 1. od. 15
Quam lentis penitus macerer ignibus
& Virgilij Aeneidos quarto
Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem
& Seneca in Hypp.
Labitur totas furor in medullas
Igne furtiuo populante venas:
& rursus pectus insanum vapor,
Amorque torret intimas sæuus vorat
Penitus medullas, atque per venas meat.
Visceribus ignis mersus, & venas latet:
Vt agilis altas flamma percurrit trabes.
& Virgil. de iuuenca, quod ad amorem in mulieres transferre licet vritque vidēdo Femina, nec graminis patitur meminisse, nec herbę. *nam amator inquit Plato* animum habet suo in corpore morientem, in alieno viuentem *quare Eunucho iratus Babyloniorū rex, quòd cum eius pellice deprehensus fuerat, Apollonium interrogans, quo afficiendus esset supplicio, accepit, vt viueret, affirmans, quòd omne supplicium, si vixisset, passurus erat. Quod verò ad animæ perniciem attinet. Mulieres prima castæ mentis dicuntur tentamēta & labes, & si cū uiris habitent diaboli viscarium non deesse inquit D. Hieronym. mentesq; ferreas libidine peruinci, & perdomari. itaque si omnes ab ijs cauere debent, hęc præcipue cura in sacerdotes incumbit, qui ad Deum castè adire lege etiam 12. tabularum iubentur*

bentur: nam si apes asperrimè accipiunt Venere immunda sordidos, & qui inquit Cassiodorus 2. Varior. ep. 2. Sericum purpuræ intingunt, purissimã habere debent corporis castitatem quia talium rerum secreta refugere dicuntur immunda, quantò magis Deus venerea pudicitia sordentes refugit. *ideoque forsan Persarum Magi Deum albis solum vestibus delectari asseuerabant, quod etiam ibi voluisse videri debet Solomon.* In omni tempore candida sint vestimenta tua.

Furtiua Venus, Melenitis, Michea, Horatius expositus. Vindicatus à Criticis Maro, culpatis Græcis. Amoris parentes cur Porus, & Penia.

Saty. XCV.

QVAE Venus dea candida dicta est à poeta, eam amorem honestum referre potest: nam quæ inhonestum, & vitium ipsum significat, ea coruscanti veste induta est Xenophonti in præmonstrato nuper loco, superfluaq; & varia distinctis coloribus Ceo Sophistæ apud Clementẽ, lib. 2. & 3. Pedag. sed si ut inquit idem* quẽad modum fumus ignem, bonus color, & pulsus sanitatem, ita etiam amictus, qualis sit nostrorũ morum constitutio indicat, *furua Venerem decebat, ut quæ furuo præsertim tempore exercetur, furtisque gaudet amantum cum ea sint nota,*

Nox gratis tenebris potens
Queis tutis cupidè perfruitur Venus.

Vulgò enim dicitur. Nox, & mulier, & adolescentem

Ll 2 illum

Illum Terentianum Nox, amor, vinum suasit. *quare Ariostus*

Per quanti occhi ch' hà il cielo, quando scuopre
De soleciti amanti i furti, e l'opre.

celari enim vult sua furta Venus quare in Geor. lib. 4.

Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta.

vt mireris minus si amantes Maronianos

Secreti cælant calles, & myrtea circum
Silua tegit. *& apud Pausaniam in Arcad. est Veneris cognomine Melænitidis, idest, Nigellæ ædes, cognominisque causam* nullam aliam, inquit, esse arbitror, quàm quòd noctu maximè homines liberis operam dent, cum pecudes interdiu ferè sui quæque generis feminas ineant. *quare apud Græcos Venerem esse dicunt cognomento Micheam, quòd abdito gaudeat loco. & Philostratus Venerem in antro statuit molliter in stratis recubantem floribus, illud forsan spectans Horatij, lib. 1. od. 5.*

Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha sub antro?

Hinc uideant, quàm stultè Critici quidam culpent apud Virgilium Didonem ne Vna quidem comitante ancilla aufugisse in speluncam, non uidentes id Iunonis factum opera, quæ dixerat

tonitru cælum omne ciebo,
Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.

cum præsertim inquiat

insequitur commixta grandine nimbus. *&*
ruunt de montibus amnes.

ita ut

ita ut eam etiam sequi uolentibus interclusus illico fuerit cursus, & transitus. Quin obserua multò prudentius fecisse nostrum, quam ueteres poetæ, qui Venerem cum Anchise in ripa Simoentis, Iouem cum Leda in ripa Meandri, Bacchum cum Ariadna in iugis Naxi, Lunam cum Endymione in Latmio monte concubuisse canunt. quare etiam Statius

Namq; vt passa deũ Nemei ad fluminis vndam.

Vt Iuppiter cum Iunone in Ida monte apud Homerum illum obdormit, quem solum Pegasum reliquis terram pulsantibus cælum petere dicunt Mantuano, & Italo inuidentes cęlo, sub quo tam clarum, & egregium scientiæ, & prudentiæ iubar oriri contigit, qui solus uidens, quid decorum esset dictu, & factu, non in propatulo belluarum more, ut Indi, Nassomones, & Massagetæ montani facere dicuntur, utque Græcus consueuit Diogenes (suspice præclarum sophũ) suos cubantes facit, sed in antra abdit ideoq; etiam apud inferos eos myrtea silua tegens. Veneri enim dicata est myrtus, quare in Bucollicis, Formosæ Myrtus Veneri.

hacque coronata Paridis iudicio adstitisse dicitur à Nicandro in Alexiphar. Venerique simulacrum nouit Pelops ex pullulãte Myrto. Myrteam uerò siluam curis cupidineis se torquentes inhabitasse dicti sunt, quoniam Amor apud Platonem ex Poro affluentiæ deo in hortis ebrio, & Penia, uel Inopia natus, parentum uidetur referre naturam: ut enim diuites affluentes sæpius relictis urbibus, & publicarum rerum cura rus concedunt, siluasq;, & amoeniora quæq; amant; sic amatores siluas amare hac causa finguntur, quoniam omnem non modo

publicarum, sed priuatarum etiam, & domesticarum rerum curam negligunt. sic enim pastori Virgiliano ecl. 2. semiputata uitis in ulmo est. Didoni Aen. 4.

Nō coeptę assurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet; pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes *sic apud Liuium libro. 38.*

Anthiocus captus amore Chalcidensis Virginis Cleoptolemi filiæ tandem impetrata re, tanquā media pace nuptias celebrat, & reliquum hyemis oblitus, quantas simul duas res suscepisset, bellum Romanū, & Græciam liberādam omissa omnium rerum cura in conuiuijs, & vinum sequentibus voluptatibus; ac deinde ex fatigatione magis, quàm satietate earum in somno traduxit, eademque omnes præfectos regios, qui vbique ad Bœotiā maximè prępositi hybernis erant, cœpit luxuria, in eadem & milites effusi sunt, nec quisquam eorum aut arma induit, aut stationes, aut vigilias seruauit, aut quicquam, quod militaris, operis aut muneris esset, fecit. *Sicque Annibal Capuæ delitijs contabuit. Talisque Sybaris, & Neobole sunt Horatij. Phædra Senecæ, Ruggerius Ariosti, Riccardus Torquati Tassij. hinc maximi sumptus in noxijs voluptatibus, hinc à ueri, honesti, & boni indagatione uacatio, curaque omnis in ijs, quæ ne demens quidem curarit, & puer. testes fasciculi florum, & seruata quęuis amicę crepundia. hinc præterea tanquā ex Poro, & affluentia editi, nouis semper induti uestibus comunt se, odoribusque, & superuacaneis se uenditant ornamentis, audaces, uehementes, pulcris insidiantes,*

semperq;

semperque nouę artis amatoriæ aucupes, quorum omnium rationem affert Alexander Aphrodisæus. sicque pro facinus indignum! cincinnatis, & calamistratis comis feminas referunt, ut de ijs dici possit illud Maronianum

iuuenis quondam nunc femina Ceneus

& hæc Tertulliani lib. de pallio Naturam concussit Larissæus heros in virginem mutando *& aliquantò post*, patiens certè iam vstricolas, certè iam virum alicuius clanculo functus adhuc sustinet stolam fundere, comam struere, cutem fingere [legerem pingere] speculum consulere, collum demulcere, aurem quoque foratu effeminatus: quod illi apud Sigęum statua seruat. plane postea miles est: necessitas. n. reddidit sexum. *& paulo post*, Cæterum si post incentiuum quoque puella perseueraffet, potuit & nubere. *Peniæ præterea dicitur filius Amor, quoniam pauperum more pallet amans, inedia contabescit, præ lassitudine sæpius in strato membra cubili deponit, nocte iacet pernox sæpius ante amicæ fores. sic audis Horatium minantem* Non hoc semper erit cælestis aquæ Patiens latus.

Plutarchus, & Mazzonius sarcasmum non bene appellarunt. Scaliger uerò præclarè. Ironica Concessio qualis Homero, Virgilio, Tassio curis auferri somnum physica ratione. Sat. XVI.

I*Acobus Mazzonius in Danthem lib. 1. c. 18. ex Plutarchi libro de Homero Ironiæ quartam speciem fa-*

Artium inuentores Dij habiti, ideoque alba induti veste. Artium laus. Saty. XCIII.

OBSERVATA relegens eo decore per imprudentiam vidi à me exutos litteratos, & artium inuentores, quo eos meritò insigniuit Maro, ut enim eos è cęlo quasi delapsos in terram ostenderet, diuinosque habitos indicaret, niuea ornauit vitta, qui color superos præcipuè decet, & uirtutem candida ueste ornat Prodicus apud Xenophontem lib. 2. de Dict. & fact. Socrat. ac Ceus sophista apud Clementem Alexand. in Pedag. vti etiam alba veste induuntur gratię. & musas si credimus Aeliano, nemo vnquam finxit, aut pinxit armatas, variaq; , sed candida amictas stola, ut appositè qui eas aut

Inuentas vitam excoluere per artes
Omnibus his niuea cingantur tempora vitta.

Platonem, & Aristotelem Philosophorum, Homerum, & Virgilium poetarum deos appellatos ignorat nemo. sic enim olim (inquit Cicero) ex beneficijs dij constituebantur, hinc Ceres obrepertas fruges, Triptolemus ob repertum aratrum, Bacchusque ob repertum vinum dij habiti, in quo hyperbolica potius excusanda ratio decorandi de se bene meritos, quàm culpanda grati animi significatio. cum alioquin prudentiores, hos non deos: sed artium haberent inuentores. Itaque non sua laude priuandus est Solon ille Salaminius, qui non ignorans quàm præclara esset artium cultura, illud prudentissimè, & fructuosissimè sanxit (ut nobis auctor est Plutarchus) ne parentes senes alere tenerentur liberi, qui

cum pueri essent, genitorum suorum culpa, aut negligentia nullam artem didicissent. & merito nam opum quidem fieri facilè iactura potest, sed artes ipse in ipso naufragio nobiscum enatant, ut ferendum ciuibus suis iussit Aristippus, postquam naufragio facto ad Rhodiensium littus appulsus benignè ab ijs exceptus multis est auctus opibus. quare vulgò iactatur.

Arte valens non patre carens; sed diues vbique.

vt contra uir pauper qui nullam didicit artem, tutò, inquit Philemon, uiuere nequit. & Nero ipse de imperio deijci timens sæpius illud asserebat (ut asserit Sucton.)

Articulam omnis terra nutrit.

Dionque inquit, eum constituisse ire Alexandriam, cytharaque sibi parare uictum, Dionysium imitando, qui Tyrannide expulsus Corynthi ludum aperuit: Idq; certè est, quod sibi volebat Themistocles, litteratum hominem & uirtute præditum nusquam esse peregrinum, sed qualibet in urbe ciuem, & si seruiebat, aiebat Aristippus, uera tamen nobilitate suos præcurrere dominos. quare ars ab ipsa Arate, quæ latinè Virtus est, dicitur D. Augustino.

Impudicę mulieres cur vaccæ, scrofæ, porcæq; vocentur. Libidinis detrimenta & dedecora.

Satyra XCIV.

IMPVDICAS *feminas vaccas hodie dicimus, & scrofas non recentiore epitheto: nam à Saluacca famosissimo scorto eas accepisse nomen censuit alicubi. P. Victorius: sed mihi Horatius eas vaccas vocasse visus*

est

est cum Epod. 12. vaccæ Lesbiam comparauit in his.

pereat male, quæ te

Lesbia quærenti taurum, mõstrauit inertem:

idemque voluisse credam Ionem Inachi filiam in vaccã versam, & Europam quę tauro, & Pasiphaen quę ligneę inclusa vaccę taurum in se ruentem passa est, & Prætides *quæ* implerunt falsis mugitibus auras *eędem & porcę, & Scrofę dicuntur non recenti vocabulo, non modò quod graueolentia inhabitant volutabra in quæ se inuoluunt sues vt immundi immundę Veneris. Vnde Menis Aegyptius rex ob libidinem obscęnam suis Imagine in columna expressus est. sed quòd Salomon etiã omnium sapientissimus Prouerbiorum 15. eodem nomine eas appellauit in his.* Circulus aureus in naribus suis, *potentiores indicans feminas, & nobiliores, sed tamen à scrofis, & suibus non dissimiles ob vetitam libidinem. his spectatis dixit Menander.* Thesaurus malorum omnium mulier, *eademque nil deterius & grauius esse inquiunt Orpheus, & Homerus. Plautusque* mors, mare, mulier mala tria. *huiusmodi igitur pestis euitanda prorsus est: nã vt tabes robustissimum quoduis corpus debilitat, & conficit, sic fortissimi, & qualibet alia in re prestantissimi viri animum perditi amoris labes corrumpit, & turpissimę seruitutis iugo subijcit. Herculem Tyrannorum, & monstrorum domitorem, præclarum virtutis instar, & quem humeris acceptum ab Atlante cælum sustentasse prædicant, hac certè ratione tantis exornant encomijs, vt denique eum Omphales, quæ vmbilicum feminæ significat Veneris sedē subiectum referens mancipium, inanes quosuis labores,*

nugato-

nugatoriasq́, virtutes omnes esse ostenderet, eas cum vna deturpat libido. & maxima certè amplificationis hæc ratio, vt orbis terræ moderatorem muliebri freno domitũ hinc agnoscamus. q̃ quidẽ cuiq́, fieri possit, & debeat nulla ratione verisimile, nisi Alexãdrum Macedonem quasi solem fulgentissimum, qui virtutum omnium, & rerum præclarè gestarum gloria reges, & prestantissimos quosuis exercituum Imperatores breuissimo tempore anteiuit, demum facinus hoc teterrimum perpetuis ignominiæ tenebris non obscurasset, cum Persopolim Persarum, & totius orientis insigniorem, & regiam vrbem ad nutum Thaidis temulentæ meretriculæ, temulentior ipse illico comburendam iusserit. quare non mirùm vt senior Cato id cogitans aliquando dixerit, quod & Pisistrati filium etiam penè simile attulisse legimus. omnes homines vxoribus imperãt, nos omnibus hominibus, & vxores nobis. itaque merito Seneca in Oct:

Turpis libido dominatur.

& Claud. in Stil. 2.

Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper
Corporis arbitrijs hebetat caligine sensus
Membraque Cyrcæis effeminat acrius herbis

& verè quidem : nam hac non modo animus : sed ipsum etiam corruit corpus, interpresque Aristo. de caus. long. & breuit. vitę qui multum coeunt parũ viuere asserit *& Pius Secundus apud Platonem.* hęc ætatem omnem fædat, senectutem extinguit. *& Cicero de Senectute,* libidinosa, intemperansque adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.

Quod verò ad animum attinet, tanta est illius labes, &

virus , vt sola etiam cogitatione eum enecet. notum illud Virgilij Aeneid. 1.

Occultum inspires ignem, fallasque veneno

& Horat. lib. 1.*od.* 15

Quam lentis penitus macerer ignibus

& Virgilij Aeneidos quarto

Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem

& Seneca in Hypp.

Labitur totas furor in medullas
Igne furtiuo populante venas:

& rursus pectus insanum vapor,
Amorque torret intimas sæuus vorat
Penitus medullas, atque per venas meat.
Visceribus ignis mersus, & venas latet:
Vt agilis altas flamma percurrit trabes.

& Virgil. de iuuenca, quod ad amorem in mulieres transferre licet vritque vidēdo Femina, nec graminis patitur meminisse, nec herbę. *nam amator inquit Plato* animum habet suo in corpore morientem, in alieno viuentem *quare Eunucho iratus Babyloniorū rex, quòd cum eius pellice deprehensus fuerat, Apollonium interrogans, quo afficiendus esset supplicio, accepit, vt viueret, affirmans, quòd omne supplicium, si vixisset, passurus erat. Quod verò ad animæ perniciem attinet. Mulieres prima castæ mentis dicuntur tentamēta & labes, & si cū uiris habitent diaboli viscarium non deesse inquit D. Hieronym. mentesq; ferreas libidine peruinci, & perdomari. itaque si omnes abijs canere debent, hęc præcipue cura in sacerdotes incumbit, qui ad Deum castè adire lege etiam* 12. *tabularum iubentur*

bentur: nam si apes asperrimè accipiunt Venere immunda sordidos, & qui *inquit Cassiodorus 2. Varior. ep.* 2. Sericum purpuræ intingunt, purissimā habere debent corporis castitatem quia talium rerum secreta refugere dicuntur immunda, quantò magis Deus venerea pudicitia sordentes refugit. *ideoque forsan Persarum Magi Deum albis solum vestibus delectari asseuerabant, quod etiam ibi uoluisse uideri debet Solomon.* In omni tempore candida sint vestimenta tua.

Furtiua Venus, Melenitis, Michea, Horatius expositus. Vindicatus à Criticis Maro, culpatis Græcis. Amoris parentes cur Porus, & Penia.

Saty. XCV.

Q*VAE Venus dea candida dicta est à poeta, eam amorem honestum referre potest: nam quæ inhonestum, & vitium ipsum significat, ea coruscanti veste induta est Xenophonti in præmonstrato nuper loco, superfluaq́, & varia distinctis coloribus Ceo Sophistæ apud Clementē, lib. 2. & 3. Pedag sed si ut inquit idem* quēad modum fumus ignem, bonus color, & pulsus sanitatem, ita etiam amictus, qualis sit nostrorū morum constitutio indicat, *furua Venerem decebat, ut quæ furuo præsertim tempore exercetur, furtisque gaudet amantum cum ea sint nota,*

Nox gratis tenebris potens
Queis tutis cupidè perfruitur Venus.

Vulgò enim dicitur. Nox, & mulier, & adolescentem

illum Terentianum Nox, amor, vinum suasit. *quare Ariostus*

Per quanti occhi ch' hà il cielo, quando scuopre
De soleciti amanti i furti, e l'opre.

celari enim vult sua furta Venus quare in Geor. lib. 4.

Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta.

vt mireris minus si amantes Maronianos

Secreti cælant calles, & myrtea circum
Silua tegit. *& apud Pausaniam in Arcad. est Veneris cognomine Melænitidis, idest, Nigellæ ædes, cognominisque causam* nullam aliam, inquit, esse arbitror, quàm quòd noctu maximè homines liberis operam dent, cum pecudes interdiu ferè sui quęque generis feminas ineant. *quare apud Græcos Venerem esse dicunt cognomento Michream, quòd abdito gaudeat loco. & Philostratus Venerem in antro statuit molliter in stratis recubantem floribus, illud forsan spectans Horatij, lib. 1. od. 5.*

Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha sub antro?

Hinc uideant, quàm stultè Critici quidam culpent apud Virgilium Didonem ne Una quidem comitante ancilla aufugisse in speluncam, non uidentes id Iunonis factum opera, quæ dixerat

tonitru cælum omne ciebo,
Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.

cum præsertim inquiat

insequitur commixta grandine nimbus. &
ruunt de montibus amnes.

ita ut

ita ut eam etiam sequi uolentibus interclusus illico fuerit cursus, & transitus. Quin obserua multò prudentius fecisse nostrum, quam ueteres poetæ, qui Venerem cum Anchise in ripa Simoentis, Iouem cum Læda in ripa Meandri, Bacchum cum Ariadna in iugis Naxi, Lunam cum Endymione in Latmio monte concubuisse canunt. quare etiam Statius

Namq; vt passa deũ Nemei ad fluminis vndam.

Vt Iuppiter cum Iunone in Ida monte apud Homerum illum obdormit, quem solum Pegasum reliquis terram pulsantibus cælum petere dicunt Mantuano, & Italo inuidentes cęlo, sub quo tam clarum, & egregium scientiæ, & prudentiæ iubar oriri contigit, qui solus uidens, quid decorum esset dictu, & factu, non in propatulo beluarum more, ut Indi, Nassomones, & Massagetæ montani facere dicuntur, utque Græcus consueuit Diogenes (suspice prçclarum sophũ) suos cubantes facit, sed in antra abdit ideoq; etiam apud inferos eos myrtea silua tegens. Veneri enim dicata est myrtus, quare in Bucollicis, Formosæ Myrtus Veneri.

hacque coronata Paridis iudicio adstitisse dicitur à Nicandro in Alexiphar. Venerique simulacrum nouit Pelops ex pullulãte Myrto. Myrteam uerò siluam curis cupidineis se torquentes inhabitasse dicti sunt, quoniam Amor apud Platonem ex Poro affluentiæ deo in hortis ebrio, & Penia, uel Inopia natus, parentum uidetur referre naturam: ut enim diuitijs affluentes sæpius relictis urbibus, & publicarum rerum cura rus concedunt, siluasq́; & amoeniora quæq; amant; sic amatores siluas amare hac causa finguntur, quoniam omnem non modo

publicarum, sed priuatarum etiam, & domesticarum rerum curam negligunt sic enim pastori Virgiliano ecl. 2. semiputata uitis in ulmo est. Didoni Aen. 4.

Nō coeptę assurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet; pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes *sic apud Liuium libro. 38.* Anthiocus captus amore Chalcidensis Virginis Cleoptolemi filiæ tandem impetrata re, tanquā media pace nuptias celebrat, & reliquum hyemis oblitus, quantas simul duas res suscepisset, bellum Romanū, & Græciam liberādam omissa omnium rerum cura in conuiuijs, & vinum sequentibus voluptatibus; ac deinde ex fatigatione magis, quàm satietate earum in somno traduxit, eademque omnes præfectos regios, qui vbique ad Bœotiā maximè pręposití hybernis erant, cœpit luxuria, in eadem & milites effusi sunt, nec quisquam eorum aut arma induit, aut stationes, aut vigilias seruauit, aut quicquam, quod militaris, operis aut muneris esset, fecit. *Sicque Annibal Capuæ delitijs contabuit. Talisque Sybaris, & Neobole sunt Horatij. Phædra Senecæ, Rugerius Ariosti, Riccardus Torquati Tassij. hinc maximi sumptus in noxijs voluptatibus, hinc à ueri, honesti, & boni indagatione uacatio, curaque omnis in ijs, quæ ne demens quidem curarit, & puer. testes fasciculi florum, & seruata queuis amicę crepundia. hinc præterea tanquā ex Poro, & affluentia editi, nouis semper induti uestibus comunt se, odoribusque, & superuacaneis se uenditant ornamentis, audaces, uehementes, pulcris insidiantes,*

semperq;

semperque nouę artis amatoriæ aucupes, quorum omnium rationem affert Alexander Aphrodiseus. sicque prò facinus indignum! cincinnatis, & calamistratis comis feminas referunt, ut de ijs dici possit illud Maronianum

iuuenis quondam nunc femina Ceneus

& hæc Tertulliani lib. de pallio Naturam concussit Larissęus heros in virginem mutando *& aliquantò post*, patiens certè iam vstricolas, certè iam virum alicuius clanculo functus adhuc sustinet stolam fundere, comam struere, cutem fingere [legerem pingere] speculum consulere, collum demulcere, aurem quoque foratu effeminatus: quod illi apud Sigęum statua seruat. plane postea miles est: necessitas. n. reddidit sexum. *& paulo post*, Cæterum si post incentiuum quoque puella perseuerasset, potuit & nubere. *Peniæ præterea dicitur filius Amor, quoniam pauperum more pallet amans, inedia contabescit, præ lassitudine sæpius in strato membra cubili deponit, nocte iacet pernox sæpius ante amicæ fores. sic audis Horatium minantem* Non hoc semper erit cælestis aquæ Patiens latus.

Plutarchus, & Mazzonius sarcasmum non bene appellarunt. Scaliger uerò præclarè. Ironica Concessio qualis Homero, Virgilio, Tassio curis auferri somnum physica ratione. Sat. XVI.

I*Acobus Mazzonius in Danthem lib. 1. c. 18. ex Plutarchi libro de Homero Ironiæ quartam speciem fa-*

dit sarcasmum, hunc enim esse dicit Plutarchus cum cõtrarijs verbis alteri quidpiam exprobrãs subridere se fingit. *vt Achilles Iliad.* 1. Grata cũ con iuge porrò oblectet se se. *ad quẽ locũ ait Mazzonius, ex Plutarchi uerbis* cognosci sarcasmum esse, cum aliquis simulato risu, & simulatis verbis in eo se acquiescere ostendit, quod sibi stomachum, eumque grauiorem facit. *Verùm ambos deceptos puto, ironicam concessionem sarcasmum putantes: cum sarcasmus sit irrisio in hostem uictum, cumque uel iam mortuum, uel mox moriturum, ab eaque causa nomen accepisse censet Scaliger Poetic. lib. 3. cap. 86. est enim caro cadaueris propriè, unde carnifex, & dicerem* Sarcophagus *lapis carnem uorans. Sarcasmus est Mezentij libro decimo* Nunc morere, ast de me diuum pater, atque hominum rex Viderit: *vbi uide nullam esse Ironiam, ut hic* Istic nunc metuende iace. *sic illa Irrisio est Opis, & sarcasmus* Huc periture veni, *cui additur etiã Ironia* capias vt digna Camillæ Præmia. *inde indignatio cum contemptu* tu ne etiam telis moriere Dianę? *Concessio uerò Ironica est ea Achillis apud Homerum, qualis illa Aristei ad Cyrenem matrẽ, Geor.* 4.

Quin age & ipsa manu felices erue siluas,
Fer stabulis inimicũ ignẽ, atq; interfice messes:
Vre sata, & validam in vites molire bipennem.

& Aeneidos 4. I sequere Italiam ventis, pete regna per vndas, *vbi artificiosa prohibitio agnoscitur à Seruio, dum enim addit ventis, & per vndas Italiam quærendam, dissuadet quæri. sic Iuuenalis*

Inunc, & ventis vitam committe dolato
Confisus ligno digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem si sit largissima tæda.
& Vassius libro sexto decimo
Vattene pur crudel con quella pace
Che lasci a me.
Illud verò non Ironicos dictum fuit à Deiphobo, & si Physicæ reclamare videatur veritati
Tum me confectum curis, somnoque grauatum
Infelix habuit thalamus, pressitque iacentem
Dulcis, & alta quies.
Phisicæ dixi reclamare veritati, quoniam animo vehementius ad aliquā rem intento suspenditur à ventriculo calor, quare serius concoctionis vapores in cerebrū effert, quibus somnus gignitur, vnde Horat epist. 10.
Est vbi diuellat somnos minus inuida cura.
& libro primo ode sexta decima
Nec leues somnos timor, aut cupido
Sordidus aufert *& Tibull.*
Somnus sollicitas deficit ante domos
& Claudianus in Ruf. hic mollis panditur herba
Sollicitum curis non abruptura soporem
& Seneca in Hyppolito
Celerius somnus premet securo
Dura membra versantur toro
sed dic Deiphobum ante fuisse confectum curis, iamque egisse partem noctis falsa inter gaudia, quòd abijsse censebat hostes Danaos.

Sicheus,

Sicheus, & Dido inter se amasse cur dicti apud inferos quos hircos dicerent veteres, animas amare, & nosse inter se, & scire per nuncios quę hic gerantur. de vehiculo ostreaceo & aereo, animas & moribundos futura scire, curque nesciret Palinurus per profanos scriptores probatum.

Satyra XCVII.

ANIMAS *corpore solutas inter se amare locupletissimus nobis auctor est Maro, qui unũ Sicheũ recẽset apud inferos inter amantiũ mulierum choros æquātẽ curas, Didonique in amore respondentem, quod factum uideri potest à poeta ut quę de Didonis fama detraxerat, ei apud inferos aliqua redderet ratione: quomodo enim si eam se cum Aenea turpissimè miscuisse cognouisset, amare potuisset? uide igitur mutuum hunc amorẽ dici, ne ad dicendũ impellaris, Sicheũ fuisse eorũ instar qui sũt*

Ad calices docti vigilanti stertere naso,
Quos hircos veteres, nec non dixere recentes,
Obscena ut quondam testata est Musa Catulli.
Consortes quoniam thalami patiuntur, vt illi
Femellas perferre suas dicuntur iniri.
Nam certè hæc labes nullis detergitur vndis:
Sed ferro solum incestum per pectus adacto.
Vnde viros inter non est referendus, at inter
Femineum genus abiectum qui vilis, & excors
Hac labe inficitur: crudeli tabe peredit
Hunc etenim sic durus amor, speciosaque caprę
Forma suę, vt nutu solo ridentis ocelli

Iram collectam demens effundat in illa
Oscula non vnis crebro nigra reddita moechis.
Sic deuicta olim Atrides post Pergama, ferro
Irruit exardens, Helenam occisurus: at illa
Oscula pro clypeo obiectans pugnantia linguæ
Vulnera ab ore ferens, illius fregit eburnum
Ensem, atq; amplexu non dũ pudibũda pepẽdit.

Sed certè Sichæus eos inter recensetur, de quibus Seneca in Octauia

Amor perennis cõiugis castę manet. *& in Thiest.*
Quos amor verus tenuit tenebit.

præter poetas uerò si animæ amẽt inter se, & intelligant, uidendus est Diuus Thomas parte prima quæstione 89. ar.5. nam à corpore separatæ uim uegetatricem, & sensitiuam earumque simulacra & habitus ipsa separatione deperdere aiunt, nec tamen habitus, & simulacra uoluntatis, aut intellectus, præter illos, qui statui beatorum, uel damnatorum repugnant. animas item inter se nosse apud inferos, & multa familiaritate frui aßeruit Plato libro. 10. de rep. quod & D. Augustinus. libro de agenda cura pro mortuis cap. 13 non denegat, fatendum esse, *inquiens,* nescire quidem mortuos quid hic agatur, dum agitur vtiq; sed postea tamen ab eis audire, qui hinc ad eos moriendo pergũt. *Quod & refertur Canon. Decret. cau 13. Quæst. quam Platonis sententiam non ignoraße uidetur Maro, apud quem Pyrrhus sic Priamo mandat*

referes ergo hęc, & nuncius ibis
Pelidę genitori illi mea tristia facta,
Degeneremq; Neoptolemũ narrare memẽto

Vt

Vt etiam Tiberius cuidam, qui mortui auribus quidpiam insusurrauerat, rogatus, quidnam dixisset, cum se ei mandasse respondisset, ut Augusto referret, à Tiberio non reddi plebi, quæ ille mandauerat legata, statim necato iussit, ut ipse met nuncius ad Augustum accederet. ut Suetonius, & Xiphilin. Auctor epist. ad Octauium. aut quem accipient de suis posteris nuncium illi veteres Africani, Maximi, Pauli, Scipiones? *& in extremo*, quę quidem si nullo alio, me tamen internuncio ad illos celeriter deferentur. *& Dido Virgiliana*

Audiã, & hęc manes veniet mihi fama sub imos.

& Theocritus Idil. 12.

Vt mihi iam fatis Acherusia templa tenenti

Nunciet hęc aliquis sęclis post verba ducentis.

& Cicero libro secundo de Orat.

Quid illam annuntiare patri vis tuo.

& Polixena apud Euripidem in Hecuba.

Quid est tibi ad Hectorẽ, aut senẽ dicã maritũ?

Hecub. Nuntia omnium me miserrimam.

ex eodẽq; fabula colligitur, scire animas quæcunque apud nos fiunt, aut facienda essent. sic enim Polydori umbra Fatum verò impellit mori sororem meam hac ipse die. *& Zoroaster olim animam etiam morti proximam, ne dum corporis uinculo exutam futuri præsciam dixit, uehiculo se eximentem, quod Platonici uocant ostreaceum, & in ęthereum, & cęlestem se recipientem. Vtque moribundi uera prędicant, patet etiam ex Sophocle in Aiace Flagellifero, apud quem Aiax precatur, Agamemnon, & Vlysses à suis necentur apud*

Homerum

Moniturum Hector Achilli predicit mortem. Calanus Indus petenti Alexandro num quid uellet, nihil inquit, breui te uidebo, ut accidit. apud Lucanum Domitius ad Caesarem

te saeuo marte subactum
Pompeioque graues pœnas, nobisque daturum
Cum morior sperare licet.

si que in Senatu ante Pompeij statuam tribus, & uiginti vulneribus confossus cecidit. quare apud Tassium etiam

Pari destin t'aspetta, e da più forte
Destra a giacer mi serai steso a canto.

Verùm nec corpore tamen exutis omnibus futura scire datum censebatur, patetque exemplo Palinuri, qui quòd blasphemus multa sorde scelerum turpatus erat, multaque ideo in umbra uix cognitus, cadauer suum humandum nesciebat; ideoque expiandum accipiens à Sybilla pullus est parumper corde dolenti tristi. quòd si dices à Creusę umbra statim Aeneę regnum Italię, Tybrim fluuium, & regiam coniugem prędictam; à muliere scelerum sordibus non polluta, & Cybelis sacerdote id factum uide.

Mulier ornatus appetens facilè corrumpitur. Alexandri Seueri laus. famam optimam affectasse etiam facinorosos. Clypei, & in ijs imagines. Virgilij loci expositi. Parma alba quę.

Satyra XCVIII.

MVLIER mulierum ornatus est silentium, *inquit Aiax Tecmessę apud Sophoclem in Aiace Flagell. ut apud Horatium lib. 3. ode. 24.*

Doe

Dos est magna parentum
Virtus, & metuens alterius viri
Certo foedere castitas.

Quare Helena Lacęna iure optimo apud Dictem Cretensem libro primo culpatur, quòd coram uiro Męnelao, & Legatis facta sibi optione à Priamo redeundi in patriam ad priores nuptias, nec se inuitam nauigasse, nec cum Menelai nuptijs sibi conuenire respondit, nec mirum quidem; mirata enim fuerat, inquit Horatius libro quarto ode. 9. comptos adulteri crines, & aurum vestibus illitum, regalesque cultus. *ut Eryphile aureum illud mirata monile uirum prodidit.*

Nam quas non vincit musis comitatus Homer',
Thersites vincit modico spectandus in auro.

Quod non ignorans Alexander Seuerus duos à legato quodam dono acceptos pretiosissimos uniones inusitatę magnitudinis inauribus Veneris, ut ait Aelius Lampridius, dicauit, ne si eos uidisset uxor, alias suo exemplo ad luxum excitasset, sicque fieret, ut multarum famę hęsisset ad metas, dum nimio, quàm decebat ornatu, domesticis rebus, & pudori quasi quosdam admouissent cuniculos. Hinc enim illa fluxerunt Horatij

Sed iussa coram non sine conscio
Surgit marito, seu vocat institor,
Seu nauis Hispanæ magister
Dedecorum pretiosus emptor.

& tamen oportet, *inquit Plutarchus in Politicis,* etiam malam suspicionem de nobis vel tenuissimam fugere. qui enim peccatum magis detestatur, quàm prauā hominum de se opinionem,

famam omnium rerum præclarissimam negligit, & vitam etiam honestam infamia labefactat. *Fit enim inquit Plato ep. 2.* natura quadam, vt ignauissimi homines nihil curent, quæ de ipsis opinio futura sit; probatissimi autem homines cuncta faciunt, vt in futuris sæculis benè inter homines audiant. *Quamobrem etiam Neroni ipsi uirtutis hosti infestissimo erat [inquit Suetonius] æternitatis, perpetuæque famæ cupido, sed inconsulta. Ideoque multis rebus ac locis uetere appellatione detracta nouam induxit ex suo nomine. Mensem quoque Aprilem Neronem appellauit, & Romam nuncupare Neropolim destinauerat. quo etiam desiderio æstuans Commodus Carthaginem à suo nomine Commodianam dixit, sublatoque de Neronis colosso capite, suum imposuit. itemque menses quosdam, ut retulit etiam Baptista Fulgosus lib. 8. à se appellauit. sed* irridenda prorsus, *inquit Tacitus libro quarto;* illorum socordia, qui præsenti potentia credunt extingui posse etiam sequentis æui memoriam: nam annales Cordi senatus decreto in gratiam Tiberij [mos enim gerendus fuit sæuissimo tyranno] ab ædilibus cremati fuerunt, qui occultati tamen mansere, ac post æditi sunt. *Multas ad scelerum suorum famam extinguendam extulerat Domitianus imagines, & clypeos in curia, quæ tamen detracta, solo illisa, & afflicta sunt. per clypeos autem breuia scuta accipe, in quibus tituli honorum legebantur, in quibusque paruulæ erant imagines, quod Plinij ostendunt uerba libro 35. capite tertio.* Decora res vtique

si libe-

si liberorum turba paruulis imaginibus ceu nidum aliquem sobolis pariter ostendat, quales clypeos nemo non gaudens, fauensque aspicit, *quos primus in sacro, uel publico priuatim dicare instituit Appius Claudius.* scutis enim, *inquit idem,* qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines, vnde & nomen habuere clypeorum. *& rursus,* Pœnique ex auro factitauere & clypeos, & imagines, secumque in castra tulere. *& certè captis eis talem Asdrubalis inuenit Q. Marcius, & si Liuius libro vigesimo quinto non aureum, sed argenteum clypeum repertum ait Asdrubalis cum ipsius imagine, & alibi, clypea argentea templis illata, ac dijs dicata asserit. Ac Trebellius Claudio clupeum aureum Senatus totius iudicio in curia collocatum scribit. quem morem acceptum à Grecis ostendere uoluisse censuerim Horatium libro primo ode. 28. cum de Pythagora inquit* quanuis clypeo Troiana refixo Tempora testatus. *ex templo enim Iunonis Argiuę illud dereptum est. sicq; etiam App. Claudius apud Plinium in ęde Bellonę maiores suos posuit, placuitque in excelso spectari, & titulos honorum legi.*

Verùm prudentius multò egit Belisarius sępius in Italia deuictis Gothis, rege eorum Vitige capto, atque in Africa Vandalorum rege Glismere, Africaque, & Sicilia receptis, & de Persis celeberrimo acto triumpho cruci aureę gemmis contextæ centũ pondo Gręcis, Latinisque litteris, victorias suas inscripsit, eamque Romę D. Petro munus dedit ad ęternum suæ uirtutis monumentum.

Cum in clypeis imagines essent eos gestantium, cum poeta inquit libro secundo

primi clypeos, mentitaque tela

Agnoscunt. *nosco forsan melius, quàm Seruius, poetę sententiam, pictæ imagini non respendere effigiem gestantium; addente presertim ad expositionem* atque ora sono discordia signant. *& si ille ibi.* Vadimus immixti Danais haud numine nostro, Neptunum in Troianis, & Mineruam in Græcis clypeis esse dixerit. *capita enim in ijs expressa erant Græcanici habitus, & gestaminis. & profectò libro tertio Aen.*

Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis

Postibus aduersis figo, & rem carmine signo.

Aeneas hęc de Danais victoribus arma.

in clypeo Abantis imaginem pictam fuisse ex eo colligendum datur, quoniam alioqui Gręci hominis esse Gręcus hostis facilè denegasset ad ipsius Aenes decus diminuendum. Quin hinc etiam nobis astruere licet, quòd Tirones in clypeis suam pictam non gestabant imaginem ob illa dicta parmaque inglorius alba. *quod sit accipiendum monet me quasi manu ducens Plinius: de ijs enim agens.* Origo, *inquit*, plena virturis faciem reddi in scuto cuiusque, qui fuerit vsus illo *etsi rem aliam etiam referre possent egregiam, quam patrassent, unde translatum ducens Lycus apud Sophoclem*

Ducet, *inquit*, è genere inclyto

Nouitas colorem nostra.

Mm Dido

Dido cur inter eos, qui se interfecerunt non recenseatur, sed inter amantes. Mors fatalis, & merita quæ, preter Rhodigini, Agellij, Turnebi, P. Nannij, Seruij, & Ferrarij sententiam.

Satyra XCIX.

COGITANTI mihi cur quinque feminis malis duas tantum iunxerit bonas Maro, Euadnem, & Laodomiam, illam præ nimio dolore ex uiri obitu in ardentem illius se conijcientem rogum; hanc uerò in complexu umbre, & simulacri amati uiri expirantē, occurrit illud Euboli Comici; cum enim Medeę Penelopem, & Clytemnestræ Alcestim opposuisset, tertiamque adderet improbam Phędram, queritur probarum sibi deesse nomina; prauarum uerò superesse examina. Quare Moretus Var. lect. lib. primo capite duodecimo non multum negotij habuit notans exempla Phędrę similia octo; & Canterus Nou: lect. libro sexto capite primo sex: nam rem quęrens illud post alias plurimas adductas Iuuenalis afferre poterit.

Scriptus & in tergo, nec dum finitus Orestes.

Cum uerò probę improbis misceantur, Didoque non supplicio afficiatur, quòd sibi ipsi manus attulit, quęrit Mazzonius in Danthem. libro tertio cap. 79. mihi sic ludere uisum est.

It comes; æquali quoniam delicta putantur.
Vno, eodemque gradu, quæ parit vnus amor.
Et facilè omnis amans venia donatur eadem
Cuius ab insano culpa furore venit.

Aegro-

Aegrotique velut, sic commiseremur amantis,
Quod sepe insanus visus vterque fuit.
Laodomia viri immoritur complexibus vmbrę,
Si quęris causam, causa feretur amor;
Ast amor insanus:nam quid cũ mollibus vmbris
Cuique voluptatis corporeo esse potest?
Quid nam Pasiphaen, an non dementia adegit
Quem reliquę horrescũt posse subire bouem?
Euadne ardentes se se coniecit in ignes,
Quos quicunque sapit tangere posse negat.
Ardet amãs Dido, atq; furẽs tota vrbe vagatur,
Supplicia & tandem digna furoris habet.
Ergo si castam, turpemque in amore puellam
Vna eademque simul Myrtea silua tegit,
Ne mirere:furor namq; has vt compulit omnes,
Sic est communis his domus vna satis.
Et magis has inter meritò Sidonia Dido
Errat ab illorum dissociata locis,
Stulti qui æternę affectantes dona quietis,
Lethum informe sibi sponte tulere manu.
Quòd veluti multo calefactus membra Lyæo
Dat Plato, vt à cena quilibet ire queat;
Sic Dido potuit vita discedere amore
Ebria; vel potius capta furore graui.
Quare vt demẽtẽ nulla vnquam pœna coercet,
Sic pœnę est expers hæc quòd amore perit.

quod ex poeta multis in locis cognoscere potes verissimum. de furore

Vritur infelix Dido, totaque vagatur
Vrbe furens. *quin statim libri quarti initio*

Vnanimem alloquitur male sana sororem. *& paulo infra Iuno eam* tali persensit peste teneri. *&* nec famam obstare furori. *&*
Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem. *quin se ipsam aliquando insanam agnoscit*
Quid loquor? aut vbi sū? q̄ mētē insania mutat? *&* Ergo vbi concepit furias, euicta dolore. *& demum poeta ut ostenderet, se non immeritò eam locasse inter amoris furore correptos, & insanientes, libri quarti extremo rem sic aperit*
Nam quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed misera ante diem, cęcoque accensa furore *Ad quem locum etsi ex Turnebo lib. 9. cap. 19. Agellio. P. Nannio, Seruio, & Ferrario multa afferat Iacobus Pontanus: tamen nobis etiam aliquid reliquit loci, & symbolę. Nam etsi Turnebo, & Ferrario mors naturalis sit eadem cum fatali*, Mors, *inquit*, naturalis est, cum fatalem annorum summam confecimus, morimurque in senectute profunda. *& Rhodiginus lib. 21. cap. 4.* Mors fatalis eadem quæ merita, seu debita, ex naturali proueniens [*inquit ipse*] disgrasia. *& P. Nannius dicat* eam non fatali perire morte, sed ante diem, idest pręter fatum, merita nec morte ob vllum peccatum, sed cęco furore accensam: *tamen cum Cicero dicat Philippica. 1.* Multa sibi impendere pręter naturam, prætereque fatum, *hoc est mortem violentam, inopinatam, etsi Agellius de hoc quęrens inquit, Ut omnia intra fatum clauduntur, quod non denegandum est, si fatum pro diuina voluntate accipitur, eiusmo-*

ius nutu, & renutu omnia accidũt: tamẽ putarẽ cũ fatum etiã dicatur pro casu, infortunioque, Vt nescio quo fato accidit; *vt fato perire dicat qui domo egrediẽs tegulę lapsu opprimiĩ; merita verò morte pereat, qui eã pertẽtauit, & accersiuit, quare Aeneas lib. 2. Aeneid.* et si fata tulissent, *Diuina quippe voluntas*, Vt caderem, meruisse manu, *pertentasse, accersisse, ut apud Plinium epist. lib. 1. Cerelius Rufus, qui podagra laborans sex, septem dies cibo pertinaci animo abstinens se inedia necauit. quam Plinius vocat mortem accersitam in his.* est enim luctuosissimum genus mortis, quæ non ex natura, nec fatalis videtur: nam vtcunque in illis, qui morbo finiuntur, magnum ex ipsa necessitate solatium est, in ijs verò, quos accersita mors aufert, hinc insanabilis dolor est, quod creduntur potuisse diu viuere. *Vbi vide, Vt Ciceronis more mortem facit, aliam naturalem, aliam fatalem, aliam accersitam, quam noster dicit meritam, vt naturalem expressit ibi*, sed misera ante diem.

Itaque neque cum Turnebo, & Ferrario exponerem naturalem, & fatalem eandem esse, etsi fatum sepe pro diuina voluntate sit Ciceroni, neque cum Rhodigino dicerem meritam mortem esse expositionem fatalis; neque cum Agellio omnia intra fati necessitatem contineri, nec cum P. Nannio acciperem verba ea misera ante diẽ *expositionem illius* Nam quia nec fato. *nec illa* subitoque accensa furore, *expositionem eius*, merita nec morte peribat; *nec cum Seruio mortem meritam acciperem pro naturali: sed his omnibus reiectis tanquam penitus verba, & poetæ sententiam non expla-*

nantibus, sic, & quidem paucis integram expositionem astruerem.

Nam qui a nec fato, *fortuito, casu, aut infortunio*, merita nec morte,, *accersita, & pertentata: non enim accersiuit, sed amore Aeneę illaqueata sui compos non erat. quare dolet aliquando resipiscens*

Quid loquor? aut vbi sum? quę mentem insania mutat? Sed misera ante diem, *idest vitę cancellos sibi pręstitutos à natura*, cęcoque accensa furore, *insania, quę nec naturalis, nec fatalis, nec accersita est, sed immerita: quis enim amare incipiens, quod naturale est, se furore corripiendum censeret? qua etiam insania furens (vt insani, & stulti solent) peractum est vsque vitæ cursum fortunæ tribuit, inquiens*

Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi.

Venustas pulchritudinis summa, in quo consistat. hæc Virg. in carmine de floribus à Corydone oblatis egregia, cuius explicatione impudicitiæ nota deletur, qua ab Apuleio, & alijs temerè iniustus fuerat poetarum princeps. Satyra C.

TOT & tanta sunt, quæ ad poema ornandum requiruntur, vt sexcenta inter, vix vnum interdum arrideat, cum illud extet Horatianum oraculum Et quantum à summo discedit vergit ad imum *Iulius Cæsar Scaliger, qui poeticos canones omnium optimè tradidisse mihi semper uisus est, quique omnino ob egregium ingenium, & summam rerum plurimarum*

scientiam

ſcientiam mihi ſemper cuiuſdam numinis fuit loco. Poeticés libro 4. capit. 1. Venuſtatem pulchritudinis ſummam perfectionem, & gratiam eſſe ſcribit, quæ ex ſymmetria, vel conuenientia proficiſcitur. tumque inquit dici partes cõuenire, & ſuam oſtendere pulchritudinem, cum in iis modus eſt, figura, ſitus, numerus, color. & quoniam eodem libro cap. 6. in his carminibus ecl. 2. agnoſcit uenuſtatem tibi lilia plenis

Ecce ferũt nymphæ calathis, tibi candida Nais
Pallentes violas, & ſumma papauera carpens,
Narciſſum, & florem iungit bene olentis aneti.
Tum caſia, atque aliis intexens ſuauibus herbis
Mollia luteola pingit vacinia caltha.

Iaceſſit cupiditas hoc tanti uiri præuio lumine perſcrutandi, an hæc pulchritudo, & venuſtas inſit his carminibus, ut aperiam quàm prauè faciant, qui eclogam eam in ſententiam inhoneſtam, & in ſummum honeſtiſsimi poetæ dedecus rapiunt, ut Apuleius Apologiæ. 1. & ne eos imitari uelle uidear, qui quòd latinè neſciũt, uel parum admodum ſciunt, ſed ſolum ex latinis in patrium ſermonem quædam, eaque prauè ut plurimum conuerſa legunt, pulchritudinis nullam ſcientes rationem, ſæpius poematia pulcra, & uenuſta dicunt eorum

Qui ſe ſe ad numerũ vatũ adſcripſere, quòd aſtra
Deceſsiſſe polo dicunt, cum lumina Hiella
Suſtulit, vna illis Phoebeę lampadis inſtar.
Vtque etiam radios reſtinguere crine ſoluto
Hęc eadem coepit ſolis, riſuque recluſit
Obſtructum cæli limen. pauimentaque olympi
Illius pedibus non ſuccubuiſſe queruntur.

Mille alia & portenta sibi summo oris hiatu
Eructant ausi leges violare, priorum
Qui veri vates &c. *Primum itaque pulchritudinem totius considerantes putemus pastorem ubi suis opibus nihil promouisse sensit, confugiße ad cestum Veneris: sic enim Nympharum ministerium illi præsto fore ait.*

Modus est, ut nec plura quàm par est, apponantur, nec pauciora. hunc uide in eo, quòd nymphas plenis calathis lilia fundere dixit ad eum super aspergendum. Naiadem, ut à genere ad speciem descenderet, albas uiolas, papauerum, flores, narcissum, & anetum nectere dixit illi ad corollam, demumque compinxiße fasciculum ex caltha, & hyacintho, quem per uaccinia accipit Ruellius, cui casia, & aliæ suaues herbę admixtæ essent, quem manu gereret ad se oblectandum, & nares reficiendas, unde collige modum, uel debitam quantitatem tribus partibus constantem, carminibus sex expressam, in quibus sex tantum numerantur flores: nam caltha, & casia herbæ potius, quàm florum odore suaues sunt.

Quod verò ad figuratam attinet orationem. habes fundere lilia, plenis calathis, quod est vberrimè, candidum pro pulcro siue diuino, quòd dij careant tenebris, pallens pro albo ex coloris cognatione; & signatè quidem nullus enim alius color amantes decet magis. quare Horatius. Nec tinctus viola pallor amantium. *summa papauera pro eorundem floribus, eaque figurarum omnium demum pulcherrima figura, quòd nihil figuratè dictum uidetur.*

Situs uerò duplex est, & quòd floridis in siluis hæc dicta sunt, ad quas inuitatur Alexis, & suo etiam loco quilibet

quilibet flores ad aspersionem, corollam, & fasciculum apti, siti sunt, verbaque item id omne exprimentia suo sunt accommodato loco posita; nihil enim inuerso, & præpostero ordine dictum est.

Numerusque item non defectu, nec excessu molestus: sex enim flores totidem versibus referuntur.

Numerusque item alter est, idest conueniens sententię sonus ex compositione, & dispositione partium: composita enim sic uerba sunt ex elementis, & syllabis, itemque membra ex uerbis, ut aures iocundissimè pertingant: non enim leuia sunt uerba penitus, idest vt plurimum ex vocalibus constantia, nec item aspera, in quibus multò plures sint consonantes, quàm uocales, sed mixta, & temperata sunt vtrisque vt similem compositionem commendat Demetrius Phalereus.

Dispositio item, vel ratio, & modus compositionis inest: nam qui de floribus ministerio nympharum curandis ad aspersionem, corollam, & fasciculum acturus erat, verba talia moderata scilicet tali ordine collocaret, necesse erat.

Colorque est, & nitor verborum: nitidius enim, & quasi coloratius est pallens, quàm album, neque sic cuique obuium. Maroni autem decerptos flores pallescere scienti, & eorum pallore colorem amantium referri quasi vsitatum fuit ex cognatione sæpius afferre alia.

Et veluti etiam picta, & colorata sunt verba, luteola caltha pro crocea. pingit, pro compingit, coniungit in fasciculum, sic accommodatè vt pinxisse videri possit, pręmisit verbum Mollia, *quo se molle genus dicendi imitatum innuit more suo: sic enim & libro quarto dicens*

Dulces

Dulces exuuiæ dum fata, deusque sinebant.
quid dulce magis afferre potuit, cum littera ne vna quidem aspera insit? cui tamen alij subsequentes non sunt addendi. sic quid illo horridius? Geor. 2.
Inseritur verò foetu nucis arbutus horrida.
atque eo quid fugacius? ecl. 3.
Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.
vbi etiam vide eam consistentem in tertio loco per spondęum quasi gestum puellæ cunctantis imitantem. atque hoc quid magis mutum? lib. 12.
Stat pecus omne metu mutum, mussantq; iuuēcę
& libro nono.
Molle pecus mutumque metu.
& sexcenta alia, in quibus verbum apposuit picturæ à se confictæ indicium.

Ex quibus omnibus sic conuenientibus inter se & partibus, & toto fit pulcritudo, cuius summa perfectio, & gratia est uenustas.

Prętcrea quoniam venustas non spectari solet in verbis, & rebus, itemque vtrorumque compositione, & modo, sed etiam in argumento, & materia ipsa, ad quam pertractandam res, & verba in vnum conferuntur, contemplemur an venus sit in hoc argumento. Agitur certè de floribus, & quidem Nympharum manibus ex earum amoenissimis hortis carpendis in pueri formosi gratiam; quod certè argumentum per se eam continet pulchritudinem, & venerem. vt si à Cherilo pessimo poeta, uel Archilocho, qui virulenta suæ mordacitatis rabie omnia adspersit, scriberetur: lepidum tamen & iocundum eßet. sic enim Demetrius Phalereus

ſimulac de leporibus egit, qui ex verbis educi ſolent *addit*, ſunt autem hi quidem in rebus lepores, ceu nympharum horti, Hymenæi, cupidines, tota Saphonis poeſis, huiuſmodi namque quanuis ab Hipponacte dicta fuerint, lepida ſunt, & ipſa res hilaris ſua ſponte eſt: nemo enim canit Hymenæum iratus, neque Cupidinem Erymnim faciet, aut gigantem vi locutionis, aut ridere, plorare.

Vtque magis omnes in his carminibus Veneres eſſe agnoſcantur, dicimus paſtorem hunc, ut amatores ſolent, his floribus amatoriarum rerum ſymbola, & ſignificationes clanculum indicaſſe. primum enim, quòd ad lilia attinet, ea ſpei ſunt ſignificatio, qua ille ſui amoris fruendi tenebatur. cum ſpes ſit expectatio boni, & floribus aſpectis in ſpem proximæ veniamus frugis. Indicant & lilia pudicum amorem.

Lilia nam foetens gramē velut inter, & herbam
Suaue rubēt, halantque magis, ſic intus, & extra
Candida tota nitet ſemper ſibi concolor vni
Haud alij ſimilis, nix vt candentior omni
Non maculam tanto adſpergit bene pura nitori
Quæ pietas animo intacto ſpecioſa refulget.

Vnde in ſacris litteris paſcitur ſponſus inter lilia, ſiue mauis candidiſsimos virginum choros, *inquit D. Hieronymus. ideoque etiam Gentes hæc nymphis offerebant. Propertius*

Sæpe tulit blandis argentea lilia nymphis.

Papaueris etiam flores prӕter cӕtera amoris ſunt indices: nam veteres amatores ex folio papaueris ſuper pugnum

poſito,

posito, manuque altera alliso, & crepitante in amore sibi responderi diuinabant (inquit Pierius in Papauere) quare Theocritus

Neue supercusso crepuere papauera pugno.

& sub persona Cyclopis rubroque in flore papauer

Quo crepero miseri consuerunt ludere amãtes.

ut sic papaueris flores sint mutui amoris inditia.

Narcissus deinde ostendit amorem hunc non esse circa corporis formam [ut peruersè nimis quidam censuerunt] quæ fluxa est: ob id enim se in fluentis aquæ fonte spectans periisse dictus est, & in cognominem florem uersus; sed in formam, & pulchritudinem animi, idest sapientiam; ideo enim ei adiunguntur vaccinia, uel hyacinthus eam denotans: fuit enim hic amatus ab Apolline musarum, ingenij, & litterarum deo; quia sensus naturalis, tanquam puer mentem ad sui contemplationem excitans feruore ætatis deposito, prudentiæ, & sapientiæ florem ex se gignit suauissimis uirtutum odoribus flagrantem, quam rem magis exprimit flos bene olentis aneti, casia, atque alię suaues herbæ, & præsertim caltha herba magis, quàm flore olens uirtutis ueræ Symbolum in actione potius, quàm in exteriori aspectu consistentis, quæ etiam luteo suo colore indicat, quem ex ardenti bonarum virtutum studio colorem pallidulum contrahunt ipsarum amatores, & studiosi.


Vt tandem hinc liceat colligere, pastorem teneri spe honesti sui amoris fruendi, uersantis circa animi pulchritudinem suauissimis uirtutum odoribus fragrantem, cuius etiam honesti, & virginei amoris indices sunt hone-

stę, &

stæ, & virgineæ nymphę ad florum huiusmodi ministerium accersitę. Hæcque Virgilius à virginali modestia, Græcè etiam Parthenias dictus, commentus fuisse videri potest, Augusti gratiam sibi conciliare cupiens.

Hæc ego crediderim castum sensisse poetam
Tu nisi credideris, somnia nostra puta.
Et simul oraculū hoc credas, q̄ scripta, decusq;
Noluerim vllius commaculare viri.
Democriti ast veri occulitur quæ dulcis imago
Tentare, è puteo quo elicienda modo.
Cum lateat tantum, & tantis sit septa, tenebris
Quæ nitidum offuscant illius vsque caput;
Vt mihi non soli fuerit tentanda, sed omni
Qui lucem hanc visit, ni velit esse pecus.
Si bene quid dictum, aut factum, sit, gratia facti
Et dicti, soli gratia sola Deo.
Si malè quę dicta, aut facta, hæc Antonius orat
Cerrius infecta, & nec sibi dicta putes.
Tuq; etiam meliore via putei ima retentes,
Illinc educas vt speciosa magis.

Finis Secundæ Centuriæ.



EIVSDEM ANTONII CERRII CARMEN DE DEIPARAE VIRGINIS Imagine à D. Luca picta.

Ad S. P. Q. Bononiensem.



Bis impress. Bononiæ, tertio Arimini apud Ioan. Simbenium. 1607.

Permissu Superiorum.

DE DEIPARAE VIRGINIS IMAGINE.

A. D. Luca picta.



AELICOLVM regi, magnæq; accepta parenti
Felsina Parthenicæ; quæ nam te angustior vrbe,
Orbe viget? iactent lata ditione tenere
Se populos aliæ terræque, marisque potentes:
Nam tu sola pium numen deducere olympo
Es mihi visa potens. quòd ni mea carmina magnis
Parua fidem minuunt, ea nec breuis atteret ætas,
A te quisque parens studiorum maxima discet,
Quo sit honore Dei Mater dignanda, quibusue
Sit veneranda modis tantæ genitricis imago.
Tu modò Diua mea adiungas in carmina vires,
Vt cupio, supplexq; rogo, transacta retexens
Quo mihi cunq; modo licet; est erroris abundè,
Sat nugis hucusq; datum. sunt carmina solo
Digna Deo, repperta Deo. Subuectus ad Arcton
Iam fuerat, quòq; usque licet producere anhelos

Phoebus equos, iam nocte breui irrorabat eous
Gramina; messorem flauis induxerat aruis
Quisque suis, vt quisque suas expleret in annum
Spes ductas; agmen cęlo cum venit aquarum,
Totque dies madidas austris quassantibus alas,
Defluxit, caput vt languens demitteret aruis
Flaua seges nulli prorsus stringenda maniplis,
Inter opes inopem deiecta falce colonum
Frustrata, afflictis posthac succurrere rebus
Sic desperantem, sic & rationis egentem,
Penè diem vt summam, & non eluctabile tempus
Semper inexpletum ingemerent urbanus, & omnis
Agricola incassum terram molitus aratro.
Dementes homines, causis accepta secundis
Pleraque qui referunt, prudens queis solus habenas
Cuncta regens auriga Deus laxatque, premitque
Virginis ad nutum illius, posse omnia cęlo
Cui prece permissum, atque intercedente corona
Cęlicolum. Ergo Deus tantum tibi gloria, mater
Et tibi Virgo Dei, tantam quę auertere pestem
Es dignata hominum longos miserata labores,
Supplicis atque urbis, sacra sub Imagine numen
Quę pia uirgo tuum recolit. Tua dulcis ab usque
Bosphoreis nam forma fretis. quà concitus asper
Faucibus ostriferi feruescens pontus Abydi
Europam, atque Asiam angusto disterminat ęstu,
Huc miris aduecta modis, sub luminis auras
Vix subitò elata ętherei, pia dispulit omnes,
Collectas, ut sępe alias consueuerat ante,
Imbriferas cęlo nubes, solemque reduxit,

Spemque

Spemque dedit non cuncta etiam delenda supremo
Exitio fore perpetuùm. sic sole cadente
Quę cęlum densa inuoluunt humentibus umbris,
Diffugere, diem ut primum mortalibus almum
Extulit aurora igniferis radiata pyropis.
Sic qua purpureas detorquet Ariminus undas
Flauus in Adriacas memini me sępe minaces
In cęlum elatos fluctus spectare repressos
Compositis subitò uentis, illudere arenę,
Agmine ceu longo sinuosa uolumina uectis
Illudunt talis. Quare illo ex tempore honores
Hęc per solstitia, & meritas tibi ducere pompas
Felsina consueuit, donec labentibus annis
Quattriduo ante diem festum super ardua olympi
Quàm Christus rediuiuus adit, solemnia vota
Hęc eadem bene lęta refert, renouatque quotannis.
Hoc etenim redeunte iuuat tota urbe uidere,
Et populum, augustosque patres, summumque senatum
Relligione pia exultantes: namque uocati
(Egregium pietatis opus) de nocte silenti
Composito gressu coetus ex urbe fluentes
Diua tuas sacro celebrantes carmine laudes
Conscendunt montem, bis denis distat ab urbe
Qui stadijs Rhenum propter, florentis ad ortum
Occidui Zephiri, Lucę de nomine dictum
Virgineum partum calamo qui expressit, & ora
Virginea, ut sibi posse datum fuit arte; colendam
Namque polo faciem quis dignè pinxerit? ipse
Cum genitus mira captus dulcedine in illa
Immotos solum summo pietatis amore

Admirans oculos figat; sed cætera circum
Cælicolum legio radiantibus obstupefacta
Humanis insuctùm oculis, nictantia vultu
Lumina demittens sacro veneretur honore?
Aede igitur qua parua olim Byzantia templa
Est visum mutare sacris, precibusque peractis
Mox redeunt tanto sublato pignore, patrum
Sueta ministeria illorum, vt femorale reductum
In tergum caput obrasum queis obtegit album,
Ima parte caua & fulcit queis lignea plantas
Sic solea, vt candens enudet cætera lorùm;
At tunicam albentem fumi simulata colore
Læna tegit, colloque pedes dependet ad imos;
Quod nudum de more gerunt. & semper olentes
Omnigenum herbarum succos, floresque vaporant
Suppositis vitro flammis, medicina salubris
Liquitur vnde ægris. Reddunt resonantia longè
Interea sinuosa viç decliuia cantus,
Et quæ circunstant latebrosa volumina valles,
Dum tandem effigiem primi sub lumina solis
Matthiæ ante aras statuunt: funalia namque
Peruincunt noctis tenebras; distinguit & omnes
Passim flamma vias, flauos & purpurat agros:
Dant signum tormenta graui displosa fragore,
Et quæ sacratis resonant in turribus æra,
Quç teres à summo dependens verberat ima
Parte calybs, caua quæ alternos fert icta sonores,
Dum retrò, & citra resti librata supernè,
Nec dimota loco, spatijs per certa feruntur.
Tum si quos somnus compresserat arctius, alto

Corripiunt

Corripiunt strato corpus, properantque, ruuntque
Suppliciter læti, & numen sub imagine adorant
Dià tuum, secum & taciti meditantur, vt olim
Te magnum adspirante animum, mentemque benignam
Insigni pietate viro decedere heræmo
Byzanti, & Sophiæ augustis succedere tectis,
Tamque diu quæ picta forent lustrare, tabellam
Dum vidit, Lucæque senis deducta colore
Ora tua agnouit genitrix, genitoris & ora,
Quem genuiße potens sola es dignata tonanti.
Extremaque videt tabula, dum singula lætus
Perlegit eße tholum Lucæ super ardua montis,
Guardia qui fertur, decorandum munere eodem
Quò subitò gliscens tacitùm, lætamque pererrans
Mirus amor mentem incessit. quare inde refixit
Incertas animo certus disquirere terras
Vsque adeò vigili dictum de nomine montem
Inueniat, quem post terraque, marique labores
Exhaustos reperit duce te: nam Guardia nostris
Omine dictus auis mons est, de numine nomen
Ante tuo accipiens, quòd tu custodia nostræ
Vsque futura fores patriæ, & tutamen ad omne
Mons cui te monte assurgat Cyllenia rupes,
Cælifer atque Atlas, Cynthus, Parnassus, & Ida.
Namque Deum dum diua paris, cunabula præstas
Te minor, & terris celsus succumbit olympus.
Ne dum te montis nostri retinente cacumen
Sponte sua quicunque caput mons arduus effert,
Huic se subijciat, merito & dignetur honore.
Mons, quo te omnigenum accepto iam fonte bonorum

Huc bona cuncta fluunt, refluũtque Bona omnia cunctis,
Cuius te summas arces; summumque colente
Diua iugum, haud dubitet quisquam sub tegmine formę
O pia Virgo tuę: tutum munimen ad imbres
Nam quis nescit eam? borea spirante sereno,
Vrente aut ęstu segetes, quis nescit eadem
Vix nudi emißa, gelidique sub ętheris axe,
Aera sic subitò in nubes, imbresque coactum
Largifluos, ut quę ęgra seges peritura fuisset
Sit subitò lęta, & ridens conspecta? salubres
O quoties cæli tractus hęc dulcis imago
Reddidit ante diu corruptos, cum ęgra peredit
Passim dira lues alijs animalia terris,
Ciuibus atque urbes exhausit, & arua colonis?
Quin etiam sileant ueteres male sana poetę
Turba, in pręruptis quę adstantem turribus olim
Pallada confinxit belli simulacra ciendo
Aegida quassantem: tu nam, tu sępe virago
Humanis oculis adstans pro moenibus urbis
Sępius hostiles visa es fudiße phalanges.
Quin & uirgineus coetus, sacraque puellę
Queis datur id pignus tantum, & tua dona tueri,
Barbaricas acies inter, turmasque rebelles
Relligione pia decrrantes, atque parantes
Auspicijs Borbona tuis tibi Roma supremum
Seruitium, intrepidę duce te, per tuta feruntur
Nulli conspectę in patriam, sacrosque penates,
Pennata superum circum stipante coborte.
(O rem mirandam) ter deno milite namq;
Dum septas se nocte putant sacra limina ad usq;,
His

Hisque parant, queiscunque datur, persoluere tanta
Munera muneribus, dignaue rependere laude,
Mox abijsse uident, tenues ceu fumus in auras,
Aut fugit ante oculos neruo stridente sagitta.
Quid referam, dulcis viduata ut lumine solis
Dum sacrum aerij conscendit femina montis,
Senserit ex oculis cecidisse, obducta tuenti
Quæ fuerat nubes, moxque intra limina templi
Clara magis cuncta aspexit, consueuerat ante
Quàm caligerent humentia lumina circum?
Tu puerum inualidum prorsus, uix membra mouentē
Confirmas, robur spargens iuuenile per artus,
Attactu crucis, & tetigit quæ te ante corolla,
Sex denis tribus & baccis confecta rotundis
Quæ monumenta refert, olim quot vixeris annos
Diuinæ in terris reddens miracula formæ.
Petroni è summa delapsam turre puellam
Tu prece tacta pia seruas, disrupta fuisset
Mille licet deiecta illinc in fragmina ferri
Massa ruens. Rabido & puerum quem dente momordit
Dira canis, virusque imo sub vulnere liquit,
Iam canis immanem rabiem, & latratibus ora
Sæua retorquentem mulces; namque attigit aras
Cum primum exutus rabiem, & furialia membra
Lętus ab amplexu patris, colloque pependit,
Liber & inde pedem referens, lætaque recurrens
Voce domum caræ expleuit genitricis amorem.
Quid dicam exhaustos vino, & putealibus vndis
Sæpe cados, ideoque æstus tolerare nequiret
Turba tuos ingressa lares, manasse liquenti

Fonte

Fonte, & hiulca sitis postquam est extincta repletos.
Ceu foret occultis perducta canalibus vnda,
Seu scatebris potius saliens erumperet; alto
Plurimus imber aquæ aut se se ingessißet in illos?
Atque alios vndaße mero interiore relictos,
Siccatos paulò ante penu, dum cura puellæ
Virgo tua afflictis suetæ succurrere rebus
Vota per, & voces querulas tua numina adorant?
Quid referam nuper lapsum de culmine tecti
Conuersum huc animo, seruatum morte, lacerto,
Crureque perfracto mutilum? post deinde viarum
Longa diu emensum spatia accessisse, referret
Muneris accepti vt grates; quibus inde peractis,
Dum se se attollit, firmis vestigia plantis,
Nec titubata solo pressit, validumque lacertum
Sensit, & amissas rediisse in pristina vires?

Cento Virgiliana.

Cum se ad delitias ferrent, & frigora Rheni
Pilentis matres in mollibus, agmine magno
Quadriiugos in equos immensis orbibus anguis
Tollit se arrectum, & magnis terroribus implet.
Credo equidem, nec vana fides, genus esse vetusti
Tartarei monstri, proceres, primumque parentem,
Qui contra vetitum discordia carpere poma
Impulit, impulsu quo nos malus abstulit error,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis:
Nec requieuit enim, donec vi feruidus axis
Excutit, effunditque solo, & proiecit in vndas
Vnam ex virginibus sociis te Virgine dignam,
Aerea quam obliquam rota transit, dextera seruat

Quam tua non ſpoliata armis MARIA, omnia cælo
Cui pater intacta pro virginitate reponit,
Vnde genus ducit, vitę & mortalis honorem.
Alter cana legens tenera lanugine mala
Robora comprendit, perque alta cacumina regnat,
Et quantum longi poterant ſe extendere rami,
Cum ſubita incautum dementia coepit amantem
Maxima quęque manu legere, & ſub tecta referre,
Lætior ab nimium, at ſpatijs excluſus iniquis,
Singula dum captus circumuectatur amore:
Ter ſe ſe attollens, & brachia forte remittens
Voluitur in caput, aſt illum Dea tollis in altum
Sic poſitum, vt ſummo veſtigia puluere ſignet.

Ingentes animos deponite ſubſidentes:
Quidam etenim temere aggreſſi tua ſacra videre
Ora oculis capti, & dextris languentibus horridi
Vſque adeò ſteterunt, donec miſerata dolentes,
Corporis, atque animi vires, lucemque referres?
At quorum inſanas dextras furor impius, egit
Inque Sacerdotem, ſacrum dum conficit aris,
Compulit, immotas ſic comprimis vſque minantes
Interea, atque ictus validis inferre lacertis
Conantes fruſtra, vt ſomno cum promere vires
Sæpe videmur aprum contra, ſæuumque leonem.
Sic memini rapido in præceps dum voluitur amne
Sæpius auulſum truncum ſpectare repreſſum,
Illiſumque vadis, ſummiue cacumine ſaxi
Euerſam quercum, trepidoque fragore ruentem
Obijcibus lapſu in medio mox eſſe retentam.

Vt qui

Vt quibus insenuit non dum vesana cupido,
Nec vitijs semper lapidescit fibra renatis,
Concrescitque magis, gelido ceu flumine crustæ,
Hi demum per te fracti conuertere mentem
In meliora solent, siluestres ceu exuit arbos
Sæpe animos, mitesque capit perdocta putando.
Ipse ego, dum supplex nuper tua limina adirem,
Non semel audiui referentem perdere ferro
Se duro statuisse animo, vix esse superstes
Cui poterat, pennis liquidas si enasset in auras.
Tumque sibi (prò stulta Deo mortalia curæ
Si qua negat gens vlla vsquam) pius ore poposcit
Dum mentem in melius, tantosue explere furores,
Idque licere sibi certis prænoscere signis,
Fit subitò elinguis, stupor & sic vrget inertes,
Atque hebetat sensus, vt tanquam mutus ab aluo
Materna ueniens, totos sex ordine menses
Infelix fuerit, stulti cessere furores
Dum penitus; veniam & lacrymis tam sępe petiuit,
Te miserante pia, donec retinacula sensit
Paulatim solui linguæ: ut cum blesa figurans
Verba puer gestit; verum hęc integra referre
Posse videns, exultat hians, iteratque reponens.
Quin nulli spectare licet tua numina vultus
Ante nisi exuerit mentem, vultusque ferarum,
Quos miser induerat deceptus fraudę veneni,
Quod velut è patera, pulchri & sub imagine recti
Initio dulcis, tandem sed amarior herbis
Sardois cuicunque offert Cyrcæa voluptas;
Dum stupet, atque oculos inhians defixus in vno

Ad spe-

Adspectus primi adflatos miratur honores.
Qua fama impulsę quædam graueolentia linquunt
Ante volutabra, in quę se inuoluere, sues ut
Immundi immundæ Veneris. Quædamque pudendo
Ore scelus mentita, tuis dum aduoluitur aris,
Flosculum ut è tabula posset decerpere sacra,
(O uindex cęli numen, temerandaque nulli
Relligio) nubes subitas sic colligit aer,
Sic tonuere poli, & tremere omnia uisa repente,
Insuetusque diem rapuit nigror, abstitit inde
Dum iussa infelix meretrix; memorabile in oras
Quodque magis fuerit semper, semperque uerendum,
Hoc visum nulli, nullisque auribus haustum,
Quàm præter simul adstantes sub culmine tecti.
Aede vna nigror, atque horror, sed cętera cælum
Omni nube carens, & prorsum lucidus æther.
DISCITE *iustitiam moniti, nec temnere Diuę*
Consilia, impuręque manus absistite ab aris,
Et simulacrum omni solum pietate colendum
Noscite; & his nostris ideo decedere terris
In Venetas renuisse olim. Mercator auarus
Hoc etenim venale ratus popularibus ollis,
Auertit, simili apposito, cum sensit odore
Longum iter emensus fragrantia cuncta repente,
Hocque abiisse uidet; trepidus quare inde recurrens
Quò prius abripuit, ueniam petiturus, adesse
Idque uidens, alio amoto, quod subdolus ipse
Supposuit, doluit furtum, pacemque poposcit.
Mox & inauditum, insolitum, mirabile, magnumque
Insinuat per corda hominum. concursus ad ędem

Vndique fit celebris, subitò fama euolat: omnes
Auxilium implorant. Claudi vestigia læti
Firma domum referunt; Mutis fit peruia verbis
Inuia quæ fuerat virtus. Vis humida cæcis
Excidit ex oculis; Decedunt corpore febres,
Tartareæ dant terga canes. Foedissima ventris
Proluuies sistit. Cuiuis medicina paratur.
Vna, eademque via simul indiscreta cliente
Quæque cohors intenta sibi celeberrima fertur.
Sic Arabum extremo, Lybicoue in littore nuper
Fons dulcis si erupit aquæ simul agmina ceruos,
Immanesque vrsos videas, Nomadumque molossos
Iungere dissidii immemores, ardentia quando
Exta sitis solum exagitat, sitis vna retorquet.
His igitur quando nostris optasse videris
Sponte locum, nolis vnquam te auertere terris;
Sed formæ has proprias sedes lętare dicatas
Esse tuæ: & ne te externas hinc tollere in oras
Crimina nostra queant, nostram tu dirige mentem,
Tu summum exores veræ pietatis amorem,
Hinc sibi quisquis opem poscat, siue accola Rheni,
Siue Athesim, Eridanumque bibat, siue hostia vasta
Hinc potet diuersa procul, circumuagus alto
Quæ pater ipse sinu absorbet, reuomitque meatu
Oceanus tacito subter labentia terras.
Hinc quæ prę duris voluerunt stamina fusis
Ferrea sæcla prius, ducent fulgentia longè
Velleribus posthac deducta rigentibus auri.
Hactenus & longos tot iam dominata per annos
Lini inter segetem, atque inter flauentia culta,

Frumenti-

Frumentique herbam paliurus sentibus asper,
Carduus, & tribuli occiderint, purgataque culmi
Farra ferent sulcis, segeti & pretendere acanthus
Incipiet sepem, iussa & decedere campo
Lilia mixta rosis, albisque intexta ligustris.
O pia Virgo tuis precibus, precibusque meorum
Te duce perpetuùm optata qui pace fruuntur,
Claustraque despectant cæli stellantia; Ageus
Qualis, & Hermetus, Caius, Theodorus, Iberus,
Gusmannusque pater, patriæ munimen, & auctor
Illorum, queis grata rosas, queis grata coronas,
Lilia & effundis: Felix, Iocundus, & ipse
Zamma; prior datus est qui olim tibi Felsina pastor.
Basilius, Proculi gemini, Vitalis, & vnà
Agricola: & columen primum Petronius, atque
Doctus Isidorus, letatur quo Hispalis; alma
Nec Florianus abest quartum tutamen ab vrbe:
Namque quaterdeno hic situs est cum milite, postquam
Christiadum infestos hostes saturare cruore
Gaudentes petiere piam per vulnera mortem.
Nec tibi feminei generis clarissima desunt
Lumina, que Catharina inter subnixa columne
Quinta velut patrie solido ex adamante, nitenti
Integra sede sedens, diuinum corpore odorem
(Argumentum ingens virtutis) spirat, & ipso
Mollis ita attactu, vt vitales carperet auras.
Argumentum ingens, excepto crimine patrum
Corporeo ex nexu graue nil ut traxerit vnquam.
Hincque ideo pura prorsus compage relicta
Terestri celum subijt sub imagine solis,

Purior

Purior occasu si quando apparet in ipso
Vndique discutiens radianti nubila vultu.
Quin velut Hesperias idem concedit in undas,
Emensus postquam sub certa lege, modoque
Est spatia, æternus statuit quæ illi arbiter omne
Se complens, nutuque regens; sic ipsa fluentis
Mortalis uitæ cursum ut bene pura peregit,
Sol uelut igne nouo assulgens se se intulit alto,
Stellarum circum innumerum plaudente chorea;
Nulla ut splendidior terreni ex aggere busti
Ante diu iubar extulerit, siue inter earum
Sit nitidos dignata choros, augustior orbe,
Purpureumque magis rutilans; ceruice refulget
Inter odoratos ignes uelut unicus ales
„ Mille trahens uarios aduerso sole colores:
Lucis inexhaustę delibans luminis haustus
Læta suos, capiensque suę pietatis, & omnis
Virtutis fructum, excoluit quem gnauiter annos
In quoscunque sua euoluit speciosa rotatu
Stamina felici squalentia diuitis auri
Munere: magnę animæ solum soluenda potenti
Præside, diuinos diuina uoce liquores
Lucis inaccessę ęternùm suadente: perennis
Vt mirum sit cuique minus, si illius amore
Semper inardescens cælum affectauerit, atque
Hinc ideo arrecta ad cęlum expirauerit; ales
Vt, quo non alius tantum se extollit in auras
Rore leui adspersus dum primi ad lumina solis
Suspiciens solem fertur renouare senectam.
Ergo ò muneribus tantis, & sorte beata

Felsina,

Felsina, sic superum quondam domus inclyta, sacris
His fruere auspicibus, queis non te ditior vlla:
Nam ter dena tibi, & centum sunt corpora sacra
Illorum, merito quę si decorabis honore,
Vt debes superis semper gratissima, rerum
Vbere læta vigens, morbos, rixasque, famemque,
Horrendasque neces, & diri semina belli
Odrysios acta in campos Thracasque videbis,
Extremum aut versa in Tanaim, vel monstra Geneuæ.
Pectore tumque alius ducens suspiria ab imo,
Da pia Virgo, inquit, ne quod supereße minantur
Quinque vrbi exitium cuidam per carmina vates
Tempora in hæc nostra eueniat: nimis omnia quando
Conueniunt, augentque metum, sic percitus oestro
*Namque *Ieremias sacro grauis intonat ore* Cap. 51.
O quæ in thesauris locuples super æquora ponti
Aduenit finis, præcisio dicta pedalis
Vt tua iam fuerit: quartum nam secta manusque,
Atque pedes quì stare potes? celeusma canetur.
*Hinc nam dicit Amos * Ter te miseratus ab alto* Cap. 1.
Est lapsam Deus: at quartum se lumina dixit
*Supra haud versurũ *Naues vlulate marisq;* Isaias ca. 3.
Alter ait. statio cecidit nam vestra priusque
** Cethis ab exẽplo edocuit fugiẽda reuelans* 1. Cyprus vt
Ob facinus simile hostiles perpessa furores. D. Hier.
Constituit spoliare Tyrum Deus ipse corona,
Illius quanquam sit princeps institor atque,
Sint mercatores proceres venatibus aucti
Sidonijs, frugesque metant, quas demetit amnis
Proxima deripiens per campos lapsus apertos.

Quin post sic ridet turpis ludibria formæ.
Cingulum an vlterius non est Sidonia Virgo?
Solueret vt Zonam dextram super æquora ponit
Extendit Dominus, regna & dimouit in hostes
Ire Chananęos, quibus & maledixerat olim?
ca. 28. *Inque hos Ezechiel hinc robustissima gentis*
Ductorum dominum minitatur; cor quod in altum
Eleuat illorum princeps, audetque superbus
Se iactare in sede Dei sedisse, & in ipso
Corde maris, monte atque Dei calcasse hyacinthos,
Apoc. *Gemmarumque genus quoduis. Additq; Ioannes*
ca. 17. *En veni vt ostendam exitium meretricis, in vndas*
Quę sedet imperitans multas, quam sustinet alto
Bellua coccinea in dorso blasphemia onusta
Nominibus multis septeno vertice surgens:
Vt montes septem sunt, queis dominatur, & effert
Cornua celsa decem, gemmis, ostroque decora.
Atque vt sacra iubens gestans hoc nomine frontē
Inscriptam Mysterium; habēs pateramq; nitentem
Ex auro stupris, sorde & quacunque repletam,
Atque immunditia; sanctorum sanguine multo
Ebria. & vt noscas hic qui nam sensus inhæret.
Est meretrix vrbs magna, īqt, quę regna gubernat:
Sunt capita, & septem montes, & cornua dena
Dicere quos reges poteris, moderamina regni
Hi deni haud cœpere licet, capturi at in hora
Consilio, & virtute pari qui bellue adhęrent,
Iusque illi omne dabunt regni, sortemque regendi
Qui bis quinque viri efficient, vt lapsa ruina
Desolata cadat, nuda, atque vorata cremetur,

Corde

Corda mouente Deo illorum, Vt quodcunque facessant
Belluæ erit placitum, dum tandem oracla quiescant.
Pugnabuntque Agnum contra, & vincentur ab Agno:
Quandoquidē hic dominus dominorū, rexque regentum,
Atque illos ducit secum, appellare Vocatos
Quos decet, electosque Dei, Christique fideles.
Institor hincque ideo, atque rates quicunque gubernat,
Diues ob hanc vnam causam, qui factus in illa, Apo.
Absistent procul, & magno clamore vlulabunt, ca.18.
Et repetent repetentes. Væ, vę, væ perit illa
Magna vrbs, cui coccus, byssus, cui purpura amictus:
Aliger ipse Dei sublatum namque molarem
In mare detorsit lapidem, ne appareat vltra.
Ezechiel quod & ipse alio prenunciat ore. ca.28.
Morte incircunciforum vt morietur in ipso
Corde maris: quippe vt nunquam lustralibus vndis
Perpurgata, lapis nulli est Vt peruius imbri.
Quod Diua exitium precibus tu auertę, tremendo
Nam cadet hoc genere exitij quicunque Verendas
Romulei temnit leges, & iussa sedentis
Solis in vrbe patris, dicunt quo nomine Romam* 70.
Hoc argumento, cædunt ceu sidera Soli, interpr.
Pontificis solio cędant sic queque corone
Diuina stat lege datum. licet inuida pestis
Huic quædam illudat sępe, impulsoribus illis
Qui Sauli, Raualiue magis sunt iure vocandi
Tartareo subter fulgentes igne cucullo,
Caluini deforme pecus, germenque Luteri
Lingendis foedi tantum multralibus orti:
Transfugæ in atra diu qui intrarunt septa, pudendo

Ore Sacerdotes nullum myrrhithis odorem
Reddentes: soliti at sæuam exhalare mephitim
Scorpitesque magis, tophosque referre colore:
Buffonum specus horrendum, atque exesa chelydris
Antra, Phlegonteosque æstus, queis sola voluptas
Est cordi, inconcessa Venus, furor omnis, & Unctum
Abdomen curæ, ludis nati, atque Lyæi
Tempestas, dira illuuies, ventresque supini.
Perterebropatinæ turpes, quos nulla repleret
Noctilatentiuoros quæsita cupedia. quorum
Pro rostris aliquem spargentem dira venena
Caluini ex patera, quę dat iucunda palato
Mancipia immundę Veneris, legumque rebelles
Sic auida aure bibunt, releguntque ex ore loquentis,
Aeria Ut si mella fluant, & nectaris imbres.
Errore hoc capti miseri, vt quæ credita labris
Est Pitho inscdisse fuit productior vna.
Littera ab obscena Python emersa Gehenna,
Tartareaue magis, linguam moderetur Erynnis
Illi cum maior Stygio ex Acheronte refusa
Quàm miscere freto cœlum Uallata colubris
Venerit, effundens passim exitiale venenum,
Dum tonat eloquio, atque ardet Fulgentius igne
Ignotas per mille vias, per mille figuras
Lędendiue artes mille, & per nomina mille
Vt quosuis ad Uota trahat, retrahatque sequentes,
Impia quæque magis quamuis effutiat amens.
Sed quid agas? homines duxit sic naribus Hermes,
Sit licet informis truncoque simillimus Hermes.
Sicque boues centum suspensa nare trahentem

Vidi

Vidi ego pastorem, quem parua tegebat abolla;
Is licet & bardus foret, & stultissimus omnium
Cuius si causam inspectes caput esse videbis
Acephalum vt bubalum, acephalam sic esse videbis
Romanum quęcunque patrem gens impia temnens
Seiuncta à solio illius sperare salutem
Audet, eo & sine se sperat conscendere Olympum.
Ergo istam, dum posse datur, precor, exue mentem
Gens quęcumque putas alio te hinc auspice cęli
Posse aperire fores, uno quàm patre sub illo
Qui datus illarum est custos solemnia verba
Illa per. IN terris fuerit quodcunque ligatum
Per quicunque vices nostras exercet, id omne
Arbiter haud vnquam superi persoluet Olympi.
Ergo pæniteat, datur hic dum certa facultas
Ne velut incircuncisa, & baptismate frontem
Non abluta cadas, lapidique simillima prorsus
Quem dicit Vates: quoniam lapis imbibit haustus
Nil vt aquæ, pelago quanquam iacet obrutus alto:
Sic tu si esse velis lapis vt, nec peruia rori,
In te per tacitos lapsus quos fundit Olympus,
Vt pumex fueris, medio qui exęstuat imbre,
Cui solus Phlegeton ardentes temperat ęstus,
In cineres vertens, rediuiuaque semina flammis
Aeternis fœcunda iterum nascentia pœnis.
Impia namque iuuant quid te nunc vota, precesque,
Aedibus & sacris vetitos quos fundis odores
Corpore de sacro abscissa? & qui membra videbit
Posse vigere, simul fuerint de parte resecta
Vnde in se fusus penetrabat uiuidus humor?

Impia nonne vides, vt quanquam turba frequentet
Nunc sacras ędes, venerandaque limina diuum:
Aedituus tamen è cælo qui clauiger illa
Est datus & reserare potens, & claudere solus,
Quandoquidem his procul eße iubet, prohibetq; pfanos:
Turba tua hæc tamen esse putans sibi peruia: vectes
Quod mouet ad libitum, quamuis hęc thure vaporet,
Seque litare putet supplex per vota, precesque
Labra mouens: tamen infelix nil promouet unquam
Illius arbitrio quòd quæ sunt obdita claustra
Postibus his nostris, eadem mox cardine verso
Obdita sunt illis superum ex adamante perenni.
Propterea incassum se exercet limina circum
Inconcessa sibi, cauda vt truncata colubrę,
Quæ varios tentat flexus, variosque reflexus,
Posse sequi vt si forte caput se stulta putaret,
Tam ridenda diu, sentit dum luminis expers,
Muneris atque pedum tandem vt non proficit hilum.
Ergo aut per nexus capiti te iunge salubres,
Aut pereas miseranda atris immersa cauernis.
Seu libet in Rhodopen, siue in deserta Getarum
Abdere te, vt pestem, aut vasti trans limina mundi.
Dum secum hæc quidam loquitur, vel cogitat inter
sollicitas quas ferre preces conatur in æde,
Alter subiungit. Per te sanctissima Virgo
Christiadas inter reges pax aurea regnet.
Vt rursum Europæ proceres, geminasque coactas
Fœdere ad arma canam Hesperias ingentia contra
Agmina Threieij regis, Scythicasque Phalanges.
Romulidum armorũ memini vt sacro auspice classem
Bisto-

Bistonidum quondam disiectam littore Achæ
Curriculo exiguo, & puncto vix temporis actam
In stragem, subitamque necem, exitiumque tremendum
Pontificis semper summi, semperque verendi
Sollicitis precibus, sancto qui nomine, & ipsa
Mente PIVS, semperque omnes memorãdus in oras
Illius adiunxit magni monumenta trophoei
Non extrema Cruci, quę nil detraxerit ęuo.
Tum Vaticana quanquam diuersus in ęde
Ille procul PIVS, & supplex solemnia summo
Rite Deo faceret sacra, vt victoria classi
Christiadum foret, ut fuit illicet ocyor Euro.
Dum sacris etiam supplex altaribus ipsis
Hæreret voce, atque animo defixus in vno,
Qui PIVS armorum nostrorum præses Olympo
Ni citus hinc nimium translatus deinde fuisset,
Mox ego regnatorem Asiæ pręcordia fastu
Sic tumidum cecidisse animis mirabar, vt ictu
Fulminis igniuomi pręrupto vertice montis
Decidit annosa expandens sua brachia Quercus,
Aut attonsa caput siluis iacet eruta Pinus.
Nam tria tum sacro coniuncta in foedere castra
Veliuoli Venetum currus, peditesque, equitesque
Ad nutum Hispania armipotens quos fundit in ęquor,
Italicum & robur, pharetrati militis agmen
Quod non prostrassent, geminas ad sidera palmas
Illo olim vt Moses tollente? animisq; pijsq;
Vocibus à superis semper socia arma rogante?
Christiadumq; hortante acies, & numen, & omen
Vsque suum prębente? licet nam semper abesset

 Castris

Castris ille suis: tamen ad sua vota cohortes
Voce ciere potens superum, aligerumque maniplos
Sic illos nulli inspectos hostilia contra
Moenia. & aduersas acies mouisset, Ut uno
Agmine strauisset peditum quot millia, densas
Quotque hostis turmas campo instruxisset aperto.
Inuictus Gedeon quondam ceu milite lecto
Exiguo Madiam fregit, non ense tremendo
Confisus tantum, quantum ui luminis ollę
Inclusi, atque oculos mox perstringentis, & ipso
Quem gladium Deus in turmas inuisus agebat:
Innumerabilibus quanquam tum fluctibus ille
Aequandas prorsus, sparsisque per arua locustis
Sic acies circum innumeras struxisset, ut omnes
Iordanis circum ripas, uallemque tenerent.
Hęc uarij referunt animis, & uoce precati
Matthię sacro sub culmine, cedere uesper
Inuitos adigit donec; processit Olympo
Purpureo at latas distinguens lumine terras
Postera cum primum rediens lux, conuenit omnis
Rite quaterdena incedens uaria ordine pompa
Ad talos tunica, contectaque tempora lino;
Atque Sacerdotum haud simili distincta cucullo
Sacra cohors ter dena crucis uexilla canendo
Prosequitur, maiorque omni grauitate senatus,
Tumque quatersenæ, uarias discriminat artes
Teßera quas omnes, non illis purpura Serum
Vellere sub raso desit, quam plurimus ambit
Męander lęui argento contextus, & auro.
Tempora turrito affulgent umbrata galero,
Purpu-

Purpurei extremas cuius circumferit oras
Vellere se tenui inuoluens, reuomensq; nitores
Diuersos pastu bombix. Medicata supellex
Siue ab odoratis ad nos diuecta Sabæis,
Brasiloue mag is, quæq; hinc diuersa Malacæ.
Baccatum aut gemmis instar prædiuitis Indi.
Pictus acu aut truncus, floriq; inspersa nitellæ
Aurea flauicomo. Muriq; euersor, & auctor
Malleus. Aut hebenum iuglans imitata nigrantem,
Vel iuuenile decus largita nouacula floris
Languentis biduò. Conataue scruta priorem
Occultare situm, occiduo consperfa decore;
Edomitum aut corium, varias reddensue figuras,
Pellita atq; senum toga. Versicolorq;, recensque
Tenia, crinalisue acus. Errabundus & albo
Concolor argento piscis. Taurusque securim
Non satis excutiens. Varijq; coloris amictus
Vndiq; decerptus. Conspersaque uellera fuco.
Collybus externo ingratus. Variaque recoctus
Ardenti fornace calybs. Monumentaque seruans
Perpetuis membrana locis, pia cura nepotum.
Et conata suo simulare colore poesim.
Sublimi incessu credas spectare thetrarcas,
Purpureosue videre duces, magnosq; Philippos.
Quatriduo hæc populus celebrat solemnia lustrans
Sic vrbem. donumque omni pietate verendum
Circumfert subter tentoria diuitis auri.
Hosq; canunt, recinuntq; simul per mutua versus.
Virgo pulchra nitens solis circundata amictu,
Quæ stellis redimita comas, sic sola supremo

Es soli

Es soli placita, ut Solem se fuderit in te
Integer infractam; lux vt se interserit albæ
Crystallo, aut vitreis se se specularibus infert.
O Sapiens Virgo, quin & prudentior vna,
Virgineo quę sola choro sic lampade fulges
Egregia, ut totum lustres. Adamantinus vmbo,
Quemlibet atque tegens, unus tela omnia contra
Ducitur euicto quo tandem morte triumphus.
Virgo expers culpę, pura undique, lumine uitam
Hanc lustrans, aliamque nouis splendoribus ornans,
Concretæ simul ac sordis mortale reliquit.
Per te qui genitus, genitus per sæcula patri
Aequalis, similis penitus per singula, & idem:
Hoc distans vno, hic genitus quòd dicitur, ille
At summus genitor nullo à generante, sed auctor,
Fons, & principium generis, cum Flamine Sancto,
Et genito trinum nomen, Deus unus, & idem.
O Virgo humanos semper miserata labores,
Quæ fontem reseras nobis pietatis, & ipsum
Iustitiæ æternum aspiciant quem sæcula Solem
Cuncta serenantem, errorum tenebrasque fugantem.
Tu carum, tu dulce triplex complexa sub uno
Es genitæ, & matris nomen, sponsęque potentis
Regis, inexplicitos nexus qui soluit, ut omnes
Hinc se felices possint attollere olympo.
Virgo nitens, stabilisque uigens, sublimis ab alta
Quæ cæli specula ut ferimur, trahimurque procellæ
Cernis; & insultet ueluti gens impia; læta
Ah ne sit, petimus. licet & sint impia; nostra
Facta; memor sis illa tamen facta impia terræ

Suppo-

Suppoſuiſſe polum, atque tuam transmittere in aluum
Illa eadem potuiße Deum : nam perdere morte
Ille ſua vt mortem poſſet, foret inuia morti
Et via quæque Deo, Velut eſt quæque inuia fraudi.
Attamen ò nulli via peruia. peruia amori
Sed ſoli via ſola Dei? de ſede ſuprema
Sic ſe ſubiecit noſtris, mortalia membra
Cæperit ut Deus, omne nefas ut tolleret, atque
Sic ſimul ingentes potuit perſoluere poenas,
Quas genus humanum ſæuę ludibria mortis
Semper inexhauſtùm æternas perferre, patique
Debuit ęternam ob noxam, crimenque parentis,
Primus in immeritos fudit qui damna nepotes,
Quos inter licet intacta, & puriſſima prorſus
Omni labe carens, atque hos ſeruata per uſus,
Tota nitens, integra nitens, atq; undique pura
Ex gnato prognata tuo caſtiſſima Virgo,
Attamen illeſa hunc fudiſti prorſus ab aluo
Carne tibi humana ſimilem, ut de germine germen,
Aut ignem ex igne, ęterno ſed ſemine natum
Patre Deo, genitumque Deum ui Flaminis ipſo
Ex patre, & genito efflati, complentis & aluum
Virgineam foetu perfecto temporis actu :
Illud at ob noſtros quod ius uiolare parentes
Non puduit, genus omne hominum ſæuiſſima peſtis
Cum raperet, contecta oculos, armata ſagittis,
Sicca genas, euulſa comas, exuſta lacertos,
Nec ſiccas poßet fauces expleſſe cruore
Vt recens hauſto quoſuis populata penates.
Hinc prius admorſo ſteterat quæ in ſtirpe cicatrix.

Inglu-

Ingluuies hominis primi, delenda secundo
Huic fuit, illius specimen qui solus, & instar
Diuersum penitus contraria facta rependens
Cuncta redargueret viuens, moriensq́;. velutq́;
Fraude mala draco tartareus sub imagine recti
Pollicitus vitam deceptos morte fefellit
Incautos patres; sic artem vt luderet arte
Mortali de matre Deus mortalia membra
Indutus moriens æternæ munere lucis
Donauit mortale genus, vestigia vitæ
Si tamen illius seruet: turbamq́; rebellem
Sic animo hærentem more alternante fefellit
Hinc hominem, hincq́; Deum referens, vt cũcta regentẽ,
Sanantemque manu, & nutu de sede putaret
Demissum ætherea in terras: sed dira luentem
Supplicia vt vidit, vitam & per cuncta trahentem
Pœnarum exempla, exemplar, caput atq́; malorum
Crederet implicitum, atq; horrendi criminis instar.
Tam magno hospitia, & tanto connubia nostræ
Huic steterunt carnis. Nam*q́; Vt transferret olympo*
Infirmum genus, infirmis bene firmus adhæsit
Visceribus nostris: tamen & non destitit esse
Quod fuerat: licet inde fuit, quod non erat, augens
N*ostra suis, sua nec minuens: sed nostra refingens*
In meliora, suis, haud degener: at pius ad se
Nostra trahens, cumulansq; suis magis omnia donis.
N*amq; homo mortalis mortali ex matre, Deusq;*
Patre Deo datus est nobis, in tempore natus
Sub lege, & Verbum Caro factum. Viuida virtus
Ast diuina fuit quæ primum, & gloria inhærens

Sicq́;

Sic miris complexa modis eſt ſemper vtrunq;
Humanum vt nulla attulerit contagia gluten,
Et nunquam exuerit ſemel eſt quo indutus; at omni
Supplicio ſolum ſe ſe ſubduxerit expers,
Immuniſq; ferens hominem perferre, ferendum
Quod nobis fuerat, fibris laceraſſe renatis
Quos nunquam ſatis eſt. CERTIS *ſub finibus orto*
Vſque adeo magnum eſt homini violaſſe ſub vllis
Finibus haud ſeptum æternum, & memorabile numen,
Concilias quod ſola tamen pulcherrima rerum
O Virgo, tota incubit cui gratia toto
Miſſa polo, quæ ſumma humili virtute locata
Aſtra ſuper miſerata audis te uoce vocantes.
Myſtica tu tellus ſemper fulcire ſalutem
Sueta hominum, vt tellus fulcit quodcunque quietas
In qua noſtra capit proprias terra anxia ſedes.
Terra Paleſtinis patribus promiſſa, recenti
Semper lacte fluens, & dulci nectare, verum
Enixa optatum, taliq; ex inclyta partu
Parthenia, atque Dei dextra ſuſpenſa, & ab omni
Parte tui librata, cadens miſerata receptans
Quodq; ſinu, nulloſq; tuis complexibus arcens.
Tu cęlum, alta Dei ſedes, vnde ille gigantis
More uorare uiam doctus deſcendit ad imum,
Exultim ad ſummum rediens. Tu ſolis & aureus
Es Thalamus, ſponſus gradiens vnde exilit altè
Incedens Deus; humanum licet extera forma,
Et mortale ſonans in terris redderet. Almæ
Tu Lunæ in morem procedis candida pectus
Rore velut gelido irrorans ardentia, menti

Diſcu-

Discutiens hominum fraudis suffusa nigrore.
Et velut alipede expellit præ nubila curru
Orta Aurora, nouo sic tu fore sole fugandas
Ambages, legum & tenebras prænuncia monstras;
Quin eadem ut nascente fugam clamore dederunt
Nocturnæ striges, lucem & quæcunque recusant
Ferre oculis, gaudentque magis sub nocte; refulsit
Sic vbi Virgo tuum iubar, excessere loquaces
Chaoniæ volucres, demissis cornibus Hammon
Corruit in præceps, siluit latrator Anubis,
Delphica nec dubios Phœbi cortina fefellit;
Nec fibræ inspectæ, aut coruus delusit hiantes;
Et quæ sexcenta implebant erroribus ęgras,
Insanasque hominum mentes deliria uatum.
Semper in aduersum nitens, & nescia vinci
Tu Palma ingentes superans euecta labores.
Tuque perenne uirens, enodis, & ardua Cedrus
Affectans cęleste solum, nunquanque reflectens,
Sed gremio insertum referens super astra cacumen
Miratum insolitas frondes, & non sua poma.
Tu Myrrha effundis contra graueolentia odorem,
Hincque etiam Nardo similis, similisque Cupresso
Tartareos flagrante fugas nidore chelidros,
Tuque Rosa Hiericuntis opes, non sentibus vllis
Icta comas, uallata licet sis undique circum,
Et frustra scelerum mucronibus obsita patrum:
Lilia nam foetens gramen velut inter, & herbam
Suaue rubent, halantque magis, sic intus, & extra
Candida tota nites semper tibi concolor uni,
Haud alij similis, Nix vt candentior omni

Non

Non maculam tanto adſpergis bene pura nitori.
Tu nos anxiferis uexantibus undique curis,
Sępius obſcura nimborum nocte coorta,
Lux menti affulges, & tanquam Sidus inerrans
Palantes pelago ut nautas per inhoſpita tutos
Ducis ita, ut nec Scylla uorax, nec vaſta Carybdis
Raptet in abruptum, uel quę pellacibus undis
Syrenum ut cautes inter ſe ſubdola condunt,
Naufraga perdentes hominum data corpora ponto.
Alta petens, Aquila ut prępes connixa parentis
In gremio foetum ſummi foediſſimus ales
Sordibus aſſuetus ſcelerum quem non petat ullis
Improbus inuidię aculeis. Tu ſemper oliuę
Paciferę inſignis ramo, ſine felle Columba
Pumice nacta cauo nidum, diffundere rores
Aſſueto, queis ęgra ſitis reſtinguitur omnis,
Diſcruciat quicunque homines, & feruidus ęſtus:
Quo lapide, aut potius transfoſſo pectoris antro
Vitale emanans ſanguis defluxit, & agmen
Vber aquę, quę noſtra lauat, fœcundat, & auget.
Quo decantatus deſcendit plurimus auro
Imber alens ſolus cęleſti munere fœtus
Quoslibet, unde uigent rediuiuo ſemine cuncta,
Vnde fluunt, refluuntque ſacri ſeptemplicis amnis
Flumina aperta pijs, tantumque occluſa profanis;
Aurea quę pater ipſe Dei munuſque, viceſque
In terris referens celſa de Tybridis arce,
Finitima ętherę ęternùm quę immota procellas
Deſpectat boreę, ſtrepituſque Acherontis auari,
Si quando reſerat clemens mortalibus ęgris;

Tum venię, optatę & pacis pia limina pandi
Gens pia quæque canit, lęta atque accurrit, & ęstus
Ardentes scelerum extinguit, pater optimus illos
Diues inaccessos alij, ad sua vota patentes
Namque vt thesauros aperit, radiante lapillo,
Atque adamante magis pretiosos, diuite vena
Semper inexhaustos, diuerso ex hoste receptos
Arma inter, rapidosque ignes; durosque labores;
Spes homini, pignusque datos, quo soluat ab omni
Se tandem ęre graui; glacies siue inter, & ignes
Relliquijs scelerum ablutis super enatet astra,
Astra super, quò sola Gradus traducere nostros
Infirmos bene firma potes, stipantibus vnà
Cęlicolum te mille choris: pulcherrima Phœnix
Namque tui es similis solum, decedit & vni
Femina, virque tibi non illa quidem interuallo
Proxima longinquo; hicque procul vestigia adorans
Ante alias Hester ceu pulchrior Heroinas
Quę regina micas varia circundata abolla,
Sola potens regum regi placuisse potenti
Inclyta blanditijs, tantæque assistere dextræ,
Fulmina permulcens; & sacri pectoris iras
Si quando exitium terris immane minatur.
Nam tu sola Dei Templum altitonantis, & Ara,
Cui super impositum quod uis fecisse litata
Sacra potest nostra. excelsi tu Ianua cæli;
Nauis & in portum nunquam mersabilis undis
Tenuia nostra ferens, queis commutata reponis
Dona fruenda auro, atque omni potiora metallo.
Candida Gemma foris rutilans, intusque refulgens;

Aurea

Aurea claustra super stellantis Regia solis
Tota nitens, integra nitens, atque undique pura.
Vrbs suprema Dei, solidoque adamante recincta;
Sole recens orto Sidus noua lumina terris
Spargens, vique noui reges splendoris adhortans
Eoas liquisse plagas, angusta subire
Antraque Bethlemia excelsum referentia olympum.
Celsa Columna, tholus ueluti prefixa reseruans
Arma, quibus duce te, uictus prosternitur hostis,
Tu Nubes leuis haud patrum frustrata Vocatus;
Fudisti Rorem, reficit qui solus hiantes,
Atque diu cupidis clamantes uocibus. Hortus
Vndique conclusus, nulli qui peruius; vnde
Flos apprima tenax se optandum præbet, & aureus
Cuncta suo, celum, & terras aspergit odore.
Tu Solium auricomi Regis, celsumque, quod vnus
Omnipotens rerum sator ascendisse Cubile
Dignatur, statuque suæ virtutis obumbrat.
Rore madens Vellus; Rubus correptus ab igni
Semper inextinctùm flagrans, & nescius ullis
Comburi frustra crepitantibus Vndique flammis.
Cinnama odora; noua vernans propagine semper
Vitis, & eternùm gemmans, uberrima fructu.
Aerio melle Vrna fluens, placitumque saporem
Cuiq; ferens. Fons iugis aquæ: pia foederis Arca;
Fons oleum manans, durum mollire quod omne
Mentis opus possit: pelagi mansuescere fluctus
Nam uelut hoc fuerunt, nostri sic turbida sensus
Deturgent, ponuntque tui sub numinis aura.
Quin uelut hoc contacta uigent prædura palestra

Corpora, & ad captum redduntur lubrica, mens stat
Sic munita suo per te pia robore: & arcet
Fraude palestrites Stygius spe captus inani
Hanc frustra, affectatque dolis iam morte sub ipsa,
Languentem & cursum. candens tu Calculus ora,
Cordaque perpurgans humanę sordis, & Aula
Regia; conclususque Liber, reseratus & vnà
Cum cęlo pariter cupidis mortalibus. Alta
Turris in excelso solido constructa elephanto.
Mons cęlo eductus, cuius non attigit arces
Decertans Boreæ Zephirus, nec turbida quicquam
Flabra petunt, nubesque tegunt, aut fulmina vexant,
Sordentesue magis curę rapiuntque, feruntque,
Quaque vndas propter nunquam contingitur vndis
Tu Platanus, germenque nouum præ nobile cunctis,
Extrusit sicco radix quod Iessea ligno.
Arbor pulchra comis, arbor pulcherrima fructu:
Balsama, queis seruanda uigent ignara futuri
Exitij quęcunque homines fecisse laborant
Cęlesti dignanda penu. lætissima Myrtus
Suaue virens, diuinùm & olens, semperque renidens.
Plurima Nux vitio nulli penetrabilis, almum
Quo mentis posset quicquam euanescere germen.
Lenta Salix cuiuis semper flectenda precanti,
Hoc ideo pręstans alijs. sterilescere flore
Illius quòd pasta ferunt, quo nomine gaudet
Virginitatis opus, flos cunctis floribus vnus
Præfulgens violis, atque Idalijs Amaranthis.
Virgo Parens, & sponsa Dei radiata corona
Non temere insertis gemmis: nam fonte perenni

Effusa

Effusa humanis spargens se gratia rebus,
Cyanei hanc referunt lapides, redolentia & ora
Diuinum rubicunda rosas imitata Rhoditis.
Vt tempestates herebi, scelerumque repressas
Demonstrat facies non istic vilis Achates,
Neglectus terris, cęlo dignatus Achates,
Barbaricas ueluti Hęmatites sępe fugatas
Irarum, bellique faces, & sęua malorum
Agmina, in exiguo & pręstat ceu corpore virtus
Sępe magis, magis atque viget sopitus ut ignis,
Se cinere atque augens alitur; sic viuida prorsus
Tecta humili virtus animo se se extulit alto
Exardens nunc vsque magis, quod & ęmulus istic
Myrrhytes redolens ostendit, myrrha colore
Quem reddit non grata oculis, sit naribus ille
Pergratus quanquam, & spiret tractatus odores.
Hicque velut nullius egens virtutis, at omni
Laude nitens, tibi nulla tamen quęsita labore
Præmia poscebas palmæ speciosa reponi:
Sed quam callebas insignem gnauiter artem
Femina non humilis, nullius & inuida sortis
Illius auctorem rerum, superumque potentem
Noscebas genitum: reparatæ ut cornua Lunæ
Luce Selenites reddit; variosque meatus
Asterites Astri rutilans candore niuali,
Lumine quam spargit tremulo quæ lucida solis
Orbe iacit furata iubar complexa Hyacinthis
Pallida cum cæli facie variantibus ora.
Quin etiam ne plura sequar, quæ uiua refulgens
Splendebas virtute lapis, nunc exprimit istic

Paderus omnigenum gemmarum aspersa nitore,
Ignitis circum tanquam præcincta Pyropis.
Beryllus, Sapphyrus, Onyx, Lycnitis, Iaspis,
Chrysolithi, & virides permisti Adamante Smaragdi,
Vlla corona tua niteat nc pulchrior Astra
Illa inter, solium ante Dei *quæ lumina fundunt*
Sideribus, motusque docent, cursusque retardant.
Hęc simul, aut quæ sæpe magis sunt reddere docti.
Solque prius medium quàm sit subuectus ad axem,
Effigiem statuunt festi sub fornice templi,
Cui nomen de Morte datur, traducere quanquam
In Vitam soleant, ægrotaque corpora curam,
Qui proceres huic inuigilant noctesque, diesque.
Atque illic sacrum peragit solemne sacerdos,
Dulce choris velut aligerum modulantibus; atque
Composito circum mulcentibus ęthera cantu.
Nec tamen interea uacui permittitur ęde
Quidquam: sed supplex magis addensatur, eadem
Digrediens, rediensque Via pia turba precantum
Solis ad occasum, spatio tum rite peracto,
In patrium, & placitum montem referenda locatur,
Petroni ante sacrum limen, quò cuncta coacta
Turba foro prostrata genu referentia sacram
Signa crucem expectat, fingit quam deinde sacerdos
Dextram in sublime elatam non absque tabella
Virginis in faciem gemmis, auroque rigenti
Indutæ, à summo ex ritu dum ducit ad imum,
A læuaque petit dextram. Tunc *illicet omnis*
Vrbs pia te insequitur voto, & comitatur euntem;
At caua terrificos sonitus quę imitantur olympi

Aera

Aera tonant ; reboantque adeò sic cuncta repente,
Vt crepitu horrisono tremat undique murmure cælum.
F E L S I N A *lęta tua vt nullus perturbet amaror,*
Perpetuò at felix sis, atque B O N A O M N I A; *sacros*
Hos ritus serua, & meritorum haud immemor usque
Hac facito maneant in relligione nepotes.
Sic qui nunc campos, qui nunc interluit vrbem
Fæcundet campos, atque Vrbem Rhenus inauret,
Vt quæ nunc Italas inter generosior oras
Diceris hac pietate, alijs augustior orbe
Sis cunctis, alias & idem docuisse feraris.

Sic equidem bene facta iuuant. Lusisse labores
Non ego nunc querar, agricolam ceu sæpe dolentem
Audiui: ingratę dederit quòd semina terræ:
Nam mihi tu V I R G O *semper centesima messis,*
Nec seges ingrata insanis stringenda poetis,
Dum mortale Deum faciunt per ludicra nota.
Redditus exemplo quorum prudentior, Uni
D I V A *tibi hic carmen Voueo, calamumque repono.*

FINIS.



Errata

PAg. 1. b. v. 26. l. in conuicio. 3. b. v. 11. P. Cabotius. pag. 5. v. 17. l. Liuius expositus ex coniectura. pag. 6. b. v. 6. l. *segnesque*. 18. a. v. 20. l. *Persei*. 19. b. v. 2. post vocem fluctibus adde, & iunctis, sed longo interuallo tamen iunctis in æquor ferantur frontibus. ead. pag. v. 10. post *uermiglia* ad. vel vt Appianus 2. bell. ciuil. inter Pharsalum, & Enipeũ. 22. b. v. 30. l. fugandis 28. b. v. 21. l. *Veneremq́ uorabant*. 48. b. v. 30. post Tacitũ, pro loci l. specie. 49. a. v. 1. l. specie pro genere deffenditur, 54. a. 23. l. tabo. 60. a. v. 2. l. homicidij. 60. b. v. 9. l. fit. 74. a. v. 26. l. auidè. 83. a. v. 19. l. *Inachi*. 84. b. v. 26. post serpentem ad. ante. 90. b. post v. 18. adde apud Pliniũ lib. 21. cap. 3. Romanus *populus florum honorem Scipioni tantum habuit: nam qua illius funus efferebatur, flores è prospectu omni sparsit*. & apud Agellium lib. 5. cap. 14. Androdi seruatorem leonem floribus sparsum leges. Alexander ab Alex. lib. & cap. 6. In triumphis per vias effusos omnem sexum, & ætatem in communi gaudio flores iacere consueuisse scribit. 92. a. v. 22. l. vitę. 103. b. v. 8. l. Horten. 104. b. v. 2. post induimus ad. & Plaut. Casina initio *te in laqueum indue*, & Seneca in Hercule Furen. v. 1027. *pectus in tela indue, uel stupitem istum*. & quanquam in eiusdem penè extremo v. 1311. legitur *lethale ferrum pectori impressum induam*; veteres tamen, vt meus, habent *lethali ferro pectus impresso induam*, id est *inducam pectus in lethale ferrum impressum*. 113. a. v. 4. l. *ulmus*. 119. a. v. 15. post *Achilles*. illud verò ep. 12. ad Lucceium lib. 5. quo auctore dixerit nescio. *cuius studium in legendo non erectum Themistoclis fuga, redituq́ retinetur?* nam Plutarch. certè pag. 402. eum in exilio perijsse inquit epoto taurino sanguine veneno infuso. ead. pag 2. v. 23. post negant. ad. preterita quòd reprehendi potius possint, quàm corrigi inquit Liuius Dec. 3. l. 10. 120. a. v. 4. l. *Angitiae* ibid. v. 7. l. Angitios. 122 a. v. 6. l. talaris. 123. a. v. 18. l. *Poeonia*. 123. b. v. 21. l. risu. 124. b. u. 10 l tamen. 128. a. u. 5, post *risu*. ad per. 130. b. v. 14. l. *manium*. 143 a. v 16. l. *Accius*. 144. b. v. 10. l. superbo. 145. a. v. 3. l. *desolutum*. 145. b. v. 1. l. Martial. lib. 1. *quaeris qui hic sit excidit mihi nomen* ibid ver. 8 post Liuij ad. *Anibalem, & Carthaginem excidisse de memoria*, & 146. a. v. 1. l. *tua sacra*. 147. a. v. 22. l. *hospes*. 148. a. v. 6. l. nulla. ibid. v. 9. l. tanta ead. b. v. 26. l *sedibus*

bus. 154. a. v. 5. l. *Et nos tela pater, ferrumq́ haud debile dextra.* post pag. 154. aduerte Typographi somnolentia iterum repeti. à 145. quod velut nescius ne esses, ne indicem alicubi culpares. 151. a. v. 27. post asserit, ad. quanquam Alexander ab Alexandro lib. 4. cap. 9. multorum testimonio comprobatum inquiat, *in Citeriori Germania intra Danubium loca esse, in quibus uites maxima parte anni sub niuibus humo conteetae, demum iis liquatis aestate, & calore ingruente mirificè germinent, & quod admirationis est praecipuae, clauiculos & plerumq́ candicantia folia ex puro auro non ubiq́, sed modò hic, modò illic fortuito euentu effundant.* 152. a. v. 3. l. qui. ibid. v. 22. l. Farnesiæ 154. b. v. 11. l. decorare. 156. a. v. 13. l. Cyrenēsis. 157. a. v. 10. l. in ora. 160. b. v. 19 post Virgilius ad. de. 165. b. v. 6. l. *thermopolium.* 169. b. v 12. l. 12. 172. b. v. 18. l. *Teut.* 173 b. v. 7. l. 89. 174. b. v. 10. l. paruo. 175. b. v. 22. l. a *lectri.* 177. a. v. 6. l. siderea sedet in sede. 179. a. v. 3. l. temporis. 196. b. v. 4. l. Cęsar. 199. b. v. 4. l. Euripidis. 200. a. v. 8. l. hicque. 204. b. v. 20. l. surrectum. 205. b. v. 19. l. lib. 2. 217. b. v. 30. l. prodigialiter. 218. a. v. 26. post versus adde hos. 222. a. v. 16. l. *Remuli.* ibid. b. v. 5. l. sessorem. 226. a v. 18. post proferant ad. Calabri, & Brutij, & 227. b. v. 18. l. grauem auctoritatem. 228. a. v. 16. post debet. ad nomen. 229. b. v. 28. l. filet. 232. a. v. 12. l. quorum nusquã. 240. b. l. Sinuessę. 245. b. v. 24 post Dirar. adde auctor. 246. a. v. 7. l. ira. ibid. vers. 26. l. condat. 248. a. l. referendum. 250. a. v. 22. l. sit. 252. a. v. 26. l. Sat. xcv 1. 254 a. v. 25. post Quæst. adde 2. ibid. b. v. 19. dele est. 256. a. v. 27. l. afflicta sunt. 261. b. v. 19. post non adde tantum. 263. v. 7. l. *oraclum.* 267. b. v. 13. l. *pedes dependet.* 273. b. v. 3. l. ponti. 276. b. v. 10. l. *praestinguentis.* 278. a. v. 18. l. *illaesa.*

REGISTRVM.

†. ††. †††. ††††. †††††. ††††††. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp.

Omnes ſunt Quaterniones, præter P qui eſt duernio, Q ternio, & Pp duernio.



ARIMINI, Apud Ioannem Simbeneum. 1607.

Superiorum Permiſſu.





